





Philip Henry Wicksteed.
April. 1885.



Edward Lowry Barnwell M.A.

To the Rev Charles Wicksteed

ÆSCHYLI TRAGŒDIÆ

QUÆ SUPERSUNT.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

ÆSCHYLI TRAGŒDIÆ

QUÆ SUPERSUNT.

RECENSUIT

VARIETATE LECTIONIS,

ET

COMMENTARIO PERPETUO

ILLUSTRAVIT

CHR. GOD. SCHÜTZ.

TOMUS I.

LONDINI:
SUMTIBUS G. ET W. B. WHITTAKER.
1823.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

PRÆFATIO.

Cum libellum commentationum in Agamemnonem Æschyleum, ante aliquot annos editum, non displicere vidissem viris doctis, quibus ut probaretur, vehementer optassem, alacrior factus sum, ad editionem omnium, quæ ætatem tulerunt, principis Tragicorum reliquiarum, quam octo abhinc annis institueram, perficiendam, cujus nunc quidem volumen primum e manibus dimittere non possum, quin de consilii, quod secutus sim, ratione, ac de subsidiis, quæ mihi profuerint, benevolos lectores breviter admoneam.

Ac primum quidem, cum omnium, quæ ad Æschylum illustrandum seu ipse observassem, seu ex aliorum libris enotassem, rudem quasi et indigestam farraginem oculis perlustrarem, quam potissimum in seligenda ac disponenda hujus editionis materia viam ac rationem tenerem, diu multumque dubitavi. Sæpenumero claris etiam scriptorum antiquorum editoribus hoc accidisse videbam, ut, quid lectorum commodis, vel studiosorum desideriis, vel emtorum denique rationibus deberent, aut nunquam cogitaverint, aut certe parum curaverint. Quid enim omnino, ut editori commodius, ita lectoribus molestius esse potest, quam, ut in Stanleiana editione factum, priorum editorum integras animadversiones sic in chartam conjici, ut primum v. c. Robortelli, deinde Stephani, tum Canteri, postremo novi editoris notæ se ordine excipiant; ut, si quis, quid ad hunc vel illum versiculum interpretes forte adnotaverint, scire cupiat, sex locorum intervallis, et frustra quidem plerumque, librum misere volvendo ac revolvendo quærere cogatur? Quid deinde Græcarum

litterarum studiosis, Tragicum nostrum cognoscere cupientibus, minus conducibile est, quam sine delectu, quæcunque superioribus interpretibus in mentem venerint, sive vera, sive falsa sint, in unum quasi corpus, collatis undique membris, redacta, legentium oculis obtrudi, præsertim si in tanta conjectaneorum mole, plurimis tamen locis, iisque difficillimis, ut sæpe factum est, se desertos esse videant, atque, ut Tantalus aquas in aquis, sic commentarium in commentario quærant? Quid denique emtoribus iniquius aut acerbius accidere potest, quam si iis hæc necessitas imponatur, ut propter paucas animadversiones, quibus ægre careant, multo major inutilium rerum acervus bona sit pecunia redimendus? Ut e. c. ante hos octo et triginta annos Pauwius fecit, qui Stanleianam editionem, ne vitiis quidem operarum correctis, repetitam, nec melius, quam antea fuerat, adornatam, futili ac tædioso commentario, (sic enim jure Brunckius V. C. appellat,) oneravit magis quam ornavit. Tale editionum genus, utut plurima in iis bona insint, propagando inter eruditos homines Gæcarum litterarum studio parum prodesse certo scio, meliusque, quamvis minus gloriose, de eo mereri arbitror, qui curent, ut correcta, quæ merum textum auctorum habeant, exemplaria, exiguo pretio venalia in manus studiosorum veniant, quod, ut alios prætereaam, laudabili instituto nuper facere cœpit Societas Bipontina.

Omnino autem de adornandis veterum scriptorum editionibus et ad certum finem justumque consilium exigendis nemo aut judicavit acutius, aut salubrius præcepit, quam celeberrimus ille, quem exteri Germaniæ, populares Gottingæ gratulantur, *Heynius*, qui cum sæpe de ea re in Ephemeridibus academiæ, quam ornat, litterariis admonuit, tum in Virgilii potissimum ac Tibulli editione verissimum et criseos fructuosæ, et commentarii doctis pariter ac studiosis profuturi exemplum edidit. Cujus quidem species sic animo meo insedit, ut in adornandis atque exponendis iis, quæ ad Æschylum emendandum et interpretandum clarissimi cultiorum Europæ populorum Philologi contulissent, vel ipse lectione, qua multis, aut ingenio, quo plurimis me inferiorem esse sentio, reperissem, illam, quasi exemplar quoddam, respicerem, ad eamque mentem ac stilum diri-

gerem. In quo, quantum opera ac diligentia assecutus sim, alii videant; me enim prima sequentem, etiamsi in multo inferioribus constiterim, vel sola melioribus consiliis parendi voluntas consolabitur.

Collatis itaque ac diligenter excussis Æschyli tragœdiarum editionibus ad unam omnibus primum hoc egi, ut textum melius ac rectius, quam in superioribus factum esset, constituerem. Atque in tribus quidem primis tragœdiis, multa quæ ipse observaveram, occupavit, plurima autem alia, in quæ forte absque eo nunquam incidissem, suppeditavit Brunckii V. C. excellens ingenium, insignis diligentia, doctrina vero admirabilis. Non tamen ejus recensionem ita secutus sum, ut nunquam discederem; subinde potius aliam viam et rationem mihi magis placere candide professus sum. Cum enim, quid Æschylus vere scripserit, non quid scribere potuerit debueritve, unice sit editori quærendum, conjectura textum emendandi prolubium his quidem finibus coercendum esse putavi, ut, nisi conjector se Æschyli manum ingenio suo assecutum esse certissimis argumentis nobis persuaserit, antiqua codicum MStorum lectio, etiamsi falsitatis indiciis se ipsa satis prodat, in textu relinquatur.

Præter varietatem lectionis e Codd. a Brunckio aliisque collatis accedunt in hac editione quatuor librorum MStorum lectiones, Mosquensium duorum, quorum alter Prometheum vinctum, et Septem adv. Thebas, alter præter has tragœdias etiam Persas continet; Vitebergensis, qui easdem tres tragœdias, et Guelferbytani, qui omnes complectitur. Mosquensium et Vitebergensis excerpta singulari Cel. *Matthæi*, felicis hymni antiqui in Cererem repertoris, humanitati atque benevolentiæ debeo. Antequam vero ea in manus venirent, programmate jam utebar *Zeunii* V. Cl. Prof. Gr. Litt. Viteb. quo eundem codicem Vitebergensem, judicio etiam sæpe de lectionibus interposito, accurate recensuit. Guelferbytani autem usum a Serenissimo Duce Brunovicensi, intercessione humanissimi ac doctissimi *Langeri*, inclytæ Bibliothecæ præfecti, cum jam prelo commissum esset primum textus Græci volumen, impetravi. Non enim ab initio mihi propositum erat, Codicum Manuscrip-

torum subsidia ambitiose conquirere, sed, si quædam ultro aut sine magnis impensis mihi offerrentur, ea non negligere. Veruntamen, omnes hi codices nimis recentes sunt, ita ut parum aut nihil inde Æschyli textus ad integritatem profecerit; et si quas hic ibi bonas lectiones in tribus prioribus tragœdiis habeant, eos jam ante e Regiis Parisiensibus eruit Brunckii sollers industria. Ceterum vel hoc nomine doctis viris, qui istorum codicum mihi copiam fecerunt, gratias mecum habebunt Æschyli lectores, quod semel diligenter excussis ejusmodi libris, alii supersedere eadem opera possunt, cum sciant nihil amplius ad emendandum textum præsidii ab iis expectandum esse.

Varietatem lectionis, laudabili nonnullorum editorum exemplo, a Commentario separavi; judicium de lectionibus, quotiescunque necessarium videretur, interposui, ubi eo paucis defungi licebat; in aliis lectores ad Commentarium, ne bis eadem dicenda essent, ablegavi. Lectionem, quam veram et genuinam esse aut certis rationibus, aut saltem verisimillimis, mihi persuaseram, in textum recepi; ubi res incerta esset, vulgatam lectionem intactam reliqui. Ingeniosis aliorum emendationibus sæpe honorem hunc habui, ut in textum reciperem; in meis, de quibus penes alios arbitrium esto, parcius, ut æquum erat, isto editoris jure aut licentia usus sum.

In Commentario, quicquid ad intelligendum poëtæ sensum, ad venustatem elocutionis seu inventionis calliditatem percipiendam, denique ad earum lectionum, quæ arctiore nexu cum ipso verborum sensu junctæ essent, veritatem discernendam pertineret, inclusi, sive meum id esset, sive alienum. Aliena vel ipsis auctorum verbis, nomine eorum laudato, concepta exhibui, vel brevitatis causa, recisis ambagibus, in compendium redacta, ne hic quidem celata auctoritate, proposui. De nostra quidem opera dicere, non est verecundiæ aut tenuitatis nostræ; quamquam speramus, eam nec studiosis juvenibus inutilem futuram, nec plane indignam esse, quam hic ibi doctiores etiam arbitri cognoscant. Sed ut ab ipso commentario varietatem lectionis segregavimus, sic duplex etiam observationum genus ex eo circumcidendum esse duximus: alterum, quod in copiosiore, quam

ad sensum recte intelligendum opus esset, singulorum vocabulorum ac phrasium illustratione versaretur, id quod multo melius et commodius lexico Æschyleo, quod uberrimum et plenissimum erit, inseri arbitrati sumus; alterum, quod ad scriptorum aliorum cum Æschylo comparationem pertineret; e quibus ea tantum in ipso Commentario contulimus, quæ sive ab aliis jam observata, sive propius cum sensus intelligendi necessitate conjuncta essent. Reliqua vero, quæ haud pauca ex Græcis Romanisque scriptoribus enotavimus, in quibus ii vel citarunt Æschyli versiculos, vel imitati sunt Tragicum nostrum, vel saltem similem imaginum et sententiarum conformationem secuti, hæc omnia secundum ordinem tragœdiarum et versiculorum, ad modum Virgilii a Fulvio Ursino cum græcis scriptoribus collati in singulare apparatus historici caput conjecimus. Quam quidem rationem nisi tenuissemus, injuriam fecissemus iis lectoribus, qui ipsum Æschylum cognoscere et intelligere, non autem Æschyli occasione grammaticis disputationibus vacare, aut aliorum scriptorum collatione distineri voluerint. Quorum ut maximum numerum esse credibile est, ita minime erat committendum, ut in ipso lectionis cursu tot ambagibus distraherentur, et quamvis nolentes e recta via ad diverticula et anfractus abriperentur. Quo consilio etiam longiusculas quasdam disputationes Excursibus complexi sumus, ad finem Commentarii ad singulas tragœdias rejectis, in quo lectores Virgilii editionis Heynianæ imitationem agnoscent, quamquam eam, quæ illius viri excursibus inest, eruditionis copiam magnopere (facile enim prævideo) desiderabunt.

Fragmentorum Æschyli collectionem pleniorem, et nunc primum satis emendatam atque illustratam, quarto editionis tomo subjiciemus.

Scholia Græca quam plurimis locis correcta sic edemus, ut brevibus notulis de pretio iis statuendo subinde lectores admoneantur

In apparatu historico, *primum* Æschyli vitam enarrabimus; ubi simul de Tragœdiarum ejus charactere, variisque in arte sce-

nica inventis universe disseremus; *deinde* metrorum rationes exponemus; *post* de Æschyli tragœdiarum Codicibus MStis, Editionibus, Criticorumque veterum et recentiorum de Æschylo sive meritis sive judiciis agemus: *postremo*, ut diximus, Æschylum cum reliquis Græcorum tragicis, aliisque, Latinis quoque scriptoribus, parcius autem cum recentioribus poëtis sive exteris, sive popularibus, comparabimus.

Deinde præter Indicem rerum historicum et geographicum accedet lexicon Æschyleum, in quo non solum e septem Tragœdiis, quæ aut integræ, aut saltem paucis tantum versibus mutilæ ad nos pervenerunt, sed etiam e fragmentis deperditarum, ordine elementari colligetur, atque ubi opus fuerit, illustrabitur Græcitas Æschylea, quod, qui Æschylum non tantum ut poëtam, sed etiam ut Græcæ linguæ antiquum auctorem legere voluerint, haud sine fructu consulturos esse speramus.

Ad externam hujus editionis formam quod attinet, nec diligentem vitiorum typographicorum correctionem, nec typorum elegantiam, nec denique chartæ candorem, æqui lectores desiderabunt, præsertim si pretii, quo venditur, mediocritatem reputaverint. Erat enim instituti nostri curare, ut iis etiam emtoribus, quibus haud magnam in hoc genus litterariæ supellectilis pecuniam erogare licet, editio nostra inserviret, nec tamen ob nimiam externi cultus negligentiam a beatoribus fastidiretur. Scr. in Academia Jenensi a. d. viii. April. CIↃIↃCCLXXXII.

CHR. GODOFR. SCHÜTZ.

NOTARUM,

QUIBUS IN RECENSENDA LECTIONIS VARIETATE USI SUMUS, EXPLICATIO.

Ox. Codex Oxoniensis, continens Prometh. et Sept. adv. Theb.
Ar. Codex Arundelianus, continens tres priores tragœdias.
} a Stanleio collati.

Cod. Reg. A. Codex bombycinus Bibl. Regiæ Paris. No. 2884. continens tres primas Æschyli tragœdias, et Sophoclis Antigonen.
Cod. Reg. B. Codex bombycinus ejusd. bibliothecæ No. 2787. continens easdem Æschyli tragœdias.
} a Brunckio collati.

Viteb. Codex Vitebergensis, cujus V. L. recensuit in programmate nuper edito Cl. Zeunius; chartaceus, seculo circiter xiii. scriptus, qui præter alia continet tres Æschyli tragœdias priores, in principio Promethei usque ad versum 268. mutilus.

Mosq. 1. Codex Mosquensis seculo xiv. aut xv. scriptus, chartaceus, bibliothecæ Sanctiss. Synodi, 4to. No. CCLIX. in foliis CCXII. Æschyli Prometheum vinctum, septem adv. Thebas, Persas, Euripidis Hecubam et Orestem continens.

Mosq. 2. Ejusdem bibliothecæ 8vo. No. CCCXCII. chartaceus, folior. CCX. seculo xv. aut xvi. scriptus. Continet Sophoclis Ajacem Electram cum Æschyli Prometheo et Septem adv. Thebas. Utriusque excerptam lectionis varietatem Cel. *Matthæi* humanitati debemus.

Guelferb. Codex bibliothecæ ducalis Guelferbytanæ, chartaceus, seculo xiv. aut xv. scriptus, omnium tragœdiarum, in Agamemnone mutilus.

Pleniorem horum codicum descriptionem dabimus in apparatu historico ad Æschylum.

Codices ab Askewio collati.

Hi tantum in Commentario ad Septem adversus Thebas memorantur; eorum enim V. L., quantum ad istam tragœdiam pertinent, Cl. *Askew* cum Joh. Burtono πενταλογίας sive tragœdiarum græcarum delectus editore communicaverat, cujus ex editione ii. a Thoma Burgess Oxonii 1779. curata enotavimus. Sunt autem qui sequuntur:

Med. MS. Membran. in bibl. Laurent. Medicea in pluteo xxxii. No. 9. vetustus, quo P. Victorius usus est.

Colb. 1. Bombycinus in bibliotheca Colbertina Lut. Par. No. 4016. Sæculo circiter xv. scriptus.

Colb. 2. Bombycinus in bibl. Colb. scriptus anno 1299. ut patet ex notula calci subjecta.

Ask. A. Bombycinus in bibl. reg. Galliar. No. 3320. Sec. xiv.

Ask. B. Chartaceus in eadem bibl. bonæ notæ.
Ask. C. Chartaceus in bibl. Reg. Gall. No. 333. vetustus.
Ask. D. MStus in charta eleganter exaratus olim manu Jani Lascaris in bibl. Reg. Gall. No. 3521.
Ask. a. MS. Chartac. in bibl. Cl. Askew, annos habens circiter 500.

Præter hos a Burtono etiam citantur Codex Baroccianus 4. in bibl. Bodlei. et Seldenianus.

* * *

Ald. Editio Æschyli tragg. *Aldina* Venet. 1518.
Rob. Editio Franc. *Robortelli* Venet. 1552.
Turn. Editio Adr. *Turnebi* Paris. 1552. 8.
Vict. Editio Petri *Victorii* ex officina Henr. *Stephani,* adjunctis hujus observationibus, Paris. 1557.
Cant. Editio Guil. *Canteri* Antwerp, 1580. 12.
Stanl. Notæ Thomæ *Stanleii* in editione ejus tragœdiarum Æschyli, quæ textum Canterianum repetiit, Lond. 1663. fol.
Pauw. Notæ Jo. Cornel. *de Pauw,* adjectæ Stanleii editioni ab eo quobus voll. 4. repetitæ Hagæ Com. 1745.
Arnald. Georgii d' *Arnaud* specimen animadversionum criticarum ad antiquos scriptores græcos, nominatim Anacreontem, Callimachum, Hephæstionem, Herodotum, Xenophontem et Æschylum, Harling. 1728.
Abresch. Frid. Ludov. Abreschii Animadversionum ad Æschylum libri duo. Medioburgi 1743. Earund. liber iii. Zwollæ 1763. 8.
Heath. Benj. Heath notæ sive lectiones ad Æschyli, Sophoclis, Euripidis quæ supersunt dramata, deperditorumque reliquias. Oxon. 1761. 4.
Morell. Αἰσχύλου Προμηθεὺς δεσμώτης, cum Stanleiana versione, Scholiis α'. β'. et γ'. ineditis, amplissimisque variorum notis, quibus suas adjecit, nec non scholia de metro ac anglicanam interpretationem, Thomas *Morell,* Lond. 1773, 4.
Burton et *Burgess.* Πενταλογία sive tragœdiarum græcarum delectus cum adnotatione Johannis *Burton.* Editio altera. Cui observationes, indicemque Græcum longe auctiorem et emendatiorem adjecit Thomas *Burgess.* Tomi ii. Oxon. 1779. In secundo tomo insunt Æschyli Septem adv. Thebas.
le Grand. Lucæ le Grand Specimen observatorum in Æschyleo Agamemnone, Basil. 1778. 8. Hic ibi aliæ quoque doctissimi viri memorantur conjecturæ mecum per litteras communicatæ.
Brunck. Æschyli Tragœdiæ Prometheus, Persæ, et Septem adv. Thebas, Sophoclis Antigone, Euripidis Medea; ex optimis exemplaribus emendatæ (cura Rich. Fr. Phil. Brunck). Argent. 1779.

De omnibus his editionibus aut animadversionum libris copiosius exponetur in apparatu historico.

IN

ÆSCHYLI

PROMETHEUM VINCTUM.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Prometheus cum Jovi genus humanum exstinguere volenti se opposuisset, multisque beneficiis affecisset miseros mortales, in quibus hoc primarium erat, quod ignem de cœlo furatus iis divisisset, iratus Jupiter tradidit eum Vulcano, numinibusque quæ appellantur Κϱάτος καὶ Βία, h. e. *Robur* et *Vis*, jussitque eum in rupe quadam Scythica religari, et clavis affigi. In scenam igitur prodeunt [a] Prometheus captivus, comitibus Vulcano, clavos trabales, cuneos catenasque ferente, item Robore ac Vi acerbis immitibusque supplicii exactoribus. Hi Vulcanum propter generis affinitatem Promethei misericordia captum, ideoque a crudeli pœnæ ministerio refugientem, cunctantemque urgent, impellunt, ac nisi mandata exsequi properet, Jovis iram minantur. Victus necessitate Vulcanus [b] Prometheum ad rupem præruptam et scopulosam affigit. Ille præsentibus supplicii exsecutoribus neque vociferatur, neque ingemiscit, sed omnem e cruciatibus dolorem premit atque continet, nec prius, quam isti discesserunt, silentium clamore et lamentatione rumpit [c]. Mox tamen ad fortitudinem suam redit, animumque perturbatum fati necessitate, conscientiaque immortalitatis suæ consolatur [d]. Hæc secum reputanti superveniunt Nymphæ Oceanitides, ferramentorum, quibus Vulcanus Prometheum affixerat, strepitu excitæ, curruque alato per aërem advectæ [e]. Quibus postquam se Promethei eventum fortunamque miserari, ac de futura ejus conditione sollicitas esse significassent [f], causas pœnæ sciscitantibus [g], Prometheus, quam bene de Jove meritus fuerit, et quomodo pro-

[a] v. 1. sqq. [b] v. 54. sqq. [c] v. 87—100.
[d] v. 101. sqq. [e] v. 114. sqq. [f] v. 127.—192.
[g] v. 193—196.

pter beneficia generi humano tributa iram sibi ejus et pœnam contraxerit, enarrat [h]. Interea Oceanus quoque ad visendum Prometheum venit, equo alato, seu alite quadrupede, quem gryphem interpretantur, vectus [i]. Is flebilem propinqui casum deplorat, eumque a pertinacia abducere, et ut animi ferociam compescat, seque præpotenti Jovis numini submittat, persuadare cupit [k]. Imo se ipsum fortunarum ejus deprecatorem apud Jovem futurum profitetur. Ille vero tantum abest, ut amici voluntatibus obtemperet, ut potius iter ad Jovem, cui se Oceanus obtulerat, ultro ei dissuadeat, seque deorum regis iram, donec ipse eam remiserit, constanter perlaturum denuntiet [l]. Itaque Oceanus obstinatum eum videns infecta re discedit [m]. Chorus deinde tristem Promethei statum lamentari pergit [n], eumque postquam beneficia sua hominibus tributa fusius exponentem audivit [o], ut saluti suæ consulat, monet, ac se de futura ejus liberatione bene sperare profitetur [p]. Respondenti Prometheo obscura quædam verba de fatali necessitate, quam ne ipse quidem Jupiter evitaturus sit, excidunt; quorum explicationem petente Choro constanter detrectat, salutem suam ejus rei reticentia contineri significans [q]. Chorus inde reverentiam suam erga summam Jovis majestatem declarandi, Prometheique monendi, et ob animi ferociam amice objurgandi, occasionem capit [r]. Tum Io scenam ingreditur, Inachi filia, quæ propter sævam Junonis iram œstro acta, vagisque per orbem terrarum erroribus exercita, in hanc quoque Scythiæ oram pervenit [s]. Cui quum se Prometheus cognoscendum præbuisset, petenti ut sibi causas pœnarum, quas patiatur, enarret, et quinam sibi errorum finis futurus sit, aperiat, neutrum quidem ille recusat; prius tamen, ut ipsa Nympharum choro causas ærumnosi exilii facieique misere deturpatæ enarret, impetrat [t]. Narrationem [u] Chorus mœrore et lamentatione prosequitur [x]. Tum Prometheus Ioi, quinam eam porro labores et itinerum pericula maneant, et quo pacto tandem in Ægyptum delatam Jupiter eam saluti pristinæque formæ restituturus sit, vaticinatione declarat [y]. Simul, ut verbis suis fidem faciat, Ioi partem itineris jam peracti, et nonnulla, quæ ipsi huc advenienti acciderant, narrat [z]. Tum Io novo furoris accessu agitata discedit [a]. Cho-

[h] v. 197. sqq.
[i] v. 284.
[k] v. 307. sqq.
[l] v. 330. sqq.
[m] v. 393.
[n] v. 397. sqq.
[o] v. 436—506
[p] v. 507—510.
[q] v. 511—525.
[r] v. 526—562.
[s] v. 563. sqq.
[t] v. 614—644.
[u] v.645—691.
[x] v. 692. sqq.
[y] v. 702. sqq.
[z] v. 829—882.
[a] v. 883. sqq.

rus autem æqualitatem conjugii carmine celebrat, et potentiorum numinum amorem aversatur[b]. Prometheus, qui jam Inachi filiæ se ab heroë quodam ex ejus posteris oriundo vinculis liberatum iri prædixerat, post ejus abitum Jovi male ominari pergit, eique nuptias quasdam fatales esse denuntiat; quas si contraxerit, eum a filio, quem ex hoc conjugio suscepturus sit, de regni possessione deturbatum iri[c]. Venit igitur Mercurius a Jove ablegatus, qui Prometheum patris nomine, quænam sint istæ nuptiæ regi deorum fatales, edicere jubet[d]. Prometheus autem ab animi fortitudine adeo non discedit, ut audacius etiam vociferetur, nec tanquam captivus cum Jovis legato, sed tanquam liber cum servo loqui videatur[e]. Mercurius, ubi se nihil verbis proficere videt, horribiles Jovis iras ac pœnas denuntiat[f], Chorumque monet, ut fugam, meditetur, ne in summi, quod Prometheo jam impendeat, periculi societatem veniat[g]. Chorus autem amicum in ipso salutis discrimine deserere recusat[h]. Jamque subito fulgura ac tonitrua oriuntur; mare procellis intumescit; terra vehementi motu concutitur, ac Prometheus, ne his quidem terroribus victus, cum ipsa rupe, cui alligatus est, præceps in Tartarum deturbatur.

Actus hæc fabula non magis habet, quam ceteræ Græcorum tragœdiæ, si nimirum hoc nomine intervalla notantur, quibus scena omnino vacua relinquitur, aulæo, ut antiquis mos erat, sublato, aut, ut hodie fieri solet, e lacunari demisso. Nonnulli tamen, ut Heathius, quinque hujus fabulæ partes faciunt, quas item actus appellant; quorum ex rationibus actus primus versu 283. secundus v. 434. tertius v. 562. quartus v. 914. finitur. Multo autem aptius est scenas numerare, quæ personarum ingressu vel discessu continentur; et has quidem in textu, etsi non numeris, lineola tamen interposita, ac titulis personarum distinximus. Ita prima fabulæ scena incipit. v. 1. secunda v. 88. tertia v. 114. quarta v. 284. quinta v. 397. sexta v. 563. septima v. 893. octava et ultima v. 952.

[b] v. 892—914. [c] v. 915. sqq. [d] v. 951. sqq.
[e] v. 961. sqq. [f] v. 1015 sqq. [g] v. 1066. sqq.
[h] v. 1071—1078.

FABULÆ PROMETHEI VINCTI NOMEN, FUNDUS, LOCUS, TEMPUS, PERSONÆ, ORNATUS SCENICUS.

NOMEN tragœdiæ, Προμηθεὺς δεσμώτης, quod ab ipso Æschylo profectum esse nullus dubito, sæpius ab antiquis scriptoribus citatur. Vocabulum δεσμώτης occurrit in ipsa tragœdia v. 119. Sæpe vero veteres simpliciter hanc tragœdiam Προμηθέα nominant; etsi duæ aliæ ejus nominis tragœdiæ exstabant, a poëta nostro scriptæ, Προμηθεὺς nempe πυρφόρος, et Προμηθεὺς λυόμενος, de quibus in notis ad fragmenta dicemus. Attius ap. Ciceronem Tusc. ii. Prometheum nominat *religatum asperis vinctumque saxis*, et Martialis quoque religatum appellat [i].

Fabulæ de Prometheo antiquissimus auctor est Hesiodus [k]. Sed Æschylus ejus narrationem aut plane neglexit, aut saltem, sive ingenio obsecutus, sive aliorum scriptorum auctoritate usus, aliter informavit, et consilio suo melius accommodavit. Ignorat certe noster ridiculam illam Hesiodeæ narrationis partem de fraude Promethei, qua Jovi pro carnibus ossa dolose multa adipe contecta apposuisse fertur. Sed universæ de Prometheo fabulæ origines ac vicissitudines, ne lectorem ab ipso statim limine ad diverticula abducamus, Excursu I. latius persequemur.

Locus, ubi in hac tragœdia Prometheus affixus esse fingitur, citra dubium est rupes Scythica; et recte quidem Stanleius observavit intelligi Scythiam Europæam, quæ ab Istro ad Tanaim pertinebat. Scythiam aperte Æschylus designat versu 2. Clarius etiam scenæ, in quæ fabulæ geritur, notitiam informat v. 415. ubi vicini Prometheis scopulis dicuntur Colchi, et Scythæ circa paludem Mæotidem. Æschylus itaque finxit Prometheum ad rupem quandam in desertis Scythiæ partibus affixum fuisse, ita quidem ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset et Pontum Euxinum in prospectu haberet. Nam eum haud procul a mari alligatum fuisse exinde patet, quod sub finem fabulæ ipse ait se videre cœlum ponto misceri, ξυντετάρακται αἰθὴρ πόντῳ, quod, nisi e loco, ubi affixus erat, in mare prospicere licuisset, utique dicere non potuisset. Si vero aliis magis placeat scenam Promethei vincti versus Oceanum,

[i] Epigr. iv. [k] Op. et Dier. v. 86. ac præsertim Theogon. v. 521. sqq.

quem Scythicum veteres appellabant, ac fortasse in promontorio Scythico, cujus hic ibi mentionem faciunt[l], ponere, pertinacius me repugnantem non habebunt. Hoc vero certissimum arbitror, falsam esse eorum opinionem, qui putant in hac fabula ex mente poëtæ Prometheum ad Caucasum religatum fuisse, et in hoc monte veram dramatis scenam esse quærendam. Id primum refellitur docta Grammatici observatione, qui ad vers. 1. hæc adnotavit; ἱςέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις τέρμασι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἐςὶ συμβαλεῖν. Respicit nimirum Grammaticus, v. 725. ubi Prometheus Ioi suadet, ne fluvium, quem Hybristen appellat, prius transgrediatur, quam ad Caucasum montium altissimum pervenerit. Atqui si hæc verba is pronuntiasset, qui ipse in Caucaso versaretur, nihil fuisset ineptius. Accedit, quod Æschylo statim in principio Caucasus nominandus fuisset, si ibi voluisset hanc fabulam geri. Nunc diserte nominat Scythiam desertam, v. 2.; de Caucaso plane silet. Denique commentum hoc refellitur Chori carmine v. 411. sqq. ubi inter vicinas gentes, quæ miserari fortunam Promethei dicuntur, post Asiatas, Colchos, Scythas, ultimo demum loco nominantur Caucasi accolæ, ὑψικρημνὸν οἳ πόλισμα Καυκάσου πέλας νέμονται, de quibus profecto Chorus nec hoc modo, et alio ordine locutus esset, si in ipso Caucaso jam pedem fixisset. Sed Pauwium, et qui cum eo sentiunt, in errorem induxit scriptorum Æschylo recentiorum narratio, qui uno ore omnes Prometheum ad Caucasum religatum fuisse testantur. Mirum ipsis videbatur tot scriptores Æschylo repugnare. Ridicule; quasi in fabulis poëtarum, quas alius alio modo contexit, consensus omnium exspectandus sit. Sed hanc famam de Caucaso Promethei religati sede, ne repugnare quidem Æschylo docebo. Neminem vidi interpretum, qui observarit, secundum Æschyli rationes Prometheum bis in excelsa petra vinculis constrictum fuisse, primum in rupe Scythica, deinde in Caucasi jugo. Atqui hoc primum intelligitur e Mercurii verbis[m], ubi Prometheo minatur, Jovem hanc petram, ubi affixus sit, fulmine disturbaturum Promethei vero corpus in Tartarum dejecturum esse. Post multos annos deinde cum rursus in lucem protractum iri denuntiat, ubi Jovis aquila jecur ei dilaniatura sit. Hic etsi Caucasus non nominatur, Æschylum ta-

[l] v. c. Plin. Hist. Nat. Lib. vi. c. 20.

[m] Prometh. v. 1025. 1029.

men novo huic supplicio non aliam scenam quam Caucasum designasse, ex fragmento Attii [a] constat. Notum est hunc poëtam Æschyli Prometheum λυόμενον latine convertisse. Jam in loco hujus fabulæ, quem Cicero exscripsit, quemque inter fragmenta Æschyli exhibebimus, postquam Prometheus vivis coloribus cruciatum illum ex fero aquilæ pastu depinxit, hæc addit :

> Atque hæc vetusta seclis glomerata horridis
> Luctifica clades nostro infixa est corpori,
> Ex quo liquatæ solis ardore exudant
> Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi.

Neque vero existimare quisquam debet, scenam in ista tragœdia forte ab Attio mutatam, et cum Æschylus aliter instituisset, in Caucasum translatam fuisse. Id enim prohibent Ciceronis verba, quibus sibi aditum facit ad hujus loci commemorationem. *Veniat Æschylus,* inquit, *non poëta solum, sed etiam Pythagoreus. Sic enim accepimus. Quo modo fert apud eum Prometheus dolorem quem excipit ob furtum Lemnium, unde ignis lucet mortalibus clam divisus? eum dictus Prometheus clepsisse dolo, pœnasque Jovi fato expendisse supremo. Has igitur pœnas pendens affixus* ad Caucasum *hæc dicit* : tumque ipsi versus Æschyli sequuntur. Positum sit igitur nobis hoc inprimis, scenam Promethei vincti in Scythia, Promethei autem soluti in Caucaso fuisse. Hæc autem altera Promethei vincula posteritatem magis celebrasse mirandum non est, propterea quod Herculis facinore, qui ex iis Prometheum liberabat, clariora atque illustriora fiebant.

Temporis diei, quo scilicet actio fabulæ incipiat, aut peragatur, nulla in hoc dramate nota occurrit. Estque ea in adornatione totius tragœdiæ simplicitas, ut spectator nusquam sentiat majus temporis spatium ad veritatem rerum quæ hic geruntur, quam ad fictam imitationem requiri. Nam etsi hoc fortasse cuipiam a veri specie alienum videri potest, quod Nymphæ vixdum sono ferramentorum audito, statim ad Prometheum advolant, cogitandum tamen est, eas non humano more bobus aut equis, sed potius mirabili genere vehiculi, h. e. curru alato vehi ; cui spectator celeritatem tantam, quantam maximam animo comprehendere potest, tribuere debet. Idem de Oceani adventu judicandum.

Personæ dramatis sunt, præter Prometheum, Vulcanus, Κράτος et βία, Chorus Nympharum Oceanitidum, Oceanus, Io, et Mercu-

[a] Apud Ciceronem Tusc. Qu. ii. 10.

rius. In Codicibus quibusdam MStis inter personas dramatis recensentur Γῆ et Ἡρακλῆς, quos, cum in hac Tragœdia locum non habeant, ad Prometheum solutum pertinuisse Stanleius recte existimat.

Κράτος et Βία jam ab Hesiodo [o] memorantur, qui eos cum Ζήλῳ et Νίκῃ Stygis, Oceani filiæ, ex Pallante filios esse perhibet. Has ait semper apud Jovem sedere, neque unquam ab eo segregari [p]. Βία autem in hac tragœdia muta persona est. Κράτος enim suo et illius nomine loquitur. Utramque enim simul in scena locutam fuisse, quod Stephano in mentem venit, nemini credo post eum probabitur.

Chorum nympharum Oceanitidum quot personis constare jusserit Æschylus, definiri nequit. Longum earum catalogum præbet Hesiodus [q]. Multo autem pauciores in scenam invexisse Æschylum, ideo credibile est, quod eas curru alato advenire finxit. Talem autem machinam haud magnum numerum feminarum capere potuisse facile intelligitur.

De artificio poëtæ in exprimendis harum personarum moribus propter eos, qui primum ex hac editione Æschylum cognoscunt, in extremo Excursu ad hanc tragœdiam, quam h. l. disputare malo.

Quod ad scenæ adornationem attinet, extremus ejus paries (*der Hintergrund des Theatres*) absque dubio rupem repræsentavit, cui Prometheus affigebatur; ima vero scenæ pars aream planam ante istam rupem imitabatur; in qua Chorus consistere et saltare posset. Festivus enim est Pauwii error, qui quia in prærupta rupe res agenda fuisset Chorum conversiones Strophas et Antistrophas peregisse negat. Quasi scilicet, Heathius inquit, Nymphæ istæ circa ipsa rupis latera inter abrupta et præcipitia sicut glires hæsissent, ac non potius circa rupis basin solo æquiore et Chori conversionibus saltem non incommodo constitissent. Machinis in hac tragœdia usum fuisse Æschylum dubium non est. Oceanitides enim non solum per aërem curru alato advehebantur, sed etiam aliquamdiu sublimes pendebant, antequam de curru in solum descenderent [r]. Oceani quoque ales quadrupes machina fuerit necesse est, quæ funibus traheretur. Quam callide vero ad

[o] Theog. v. 385.

[p] Similiter Callimachus hymn. in Jov. et Apollodor. lib. i.

[q] Theog. v. 349. sqq.

[r] v. 135-276.

fallendos spectatorum oculos has machinas fabricaverit Agatharchus architectus, cujus opera Æschylus utebatur, silentibus de ea re scriptoribus, incertum est. Personatos autem Græcorum histriones in scenam introisse tralatitium est. In Prometheo vincto ejus moris duo vestigia deprehenduntur. Primum quod τῷ Κράτει insignis deformitas, ac truculenta oris figura tribuitur[s]; quam larvæ forma expressam fuisse credibile est. Deinde quod Io cornuta apparuit; nisi enim cornibus deformata fuisset, non potuisset coram spectatoribus βούκερως aut κεράστις appellari[t]. Quinimo fieri potuit ut persona, quæ Iûs caput tegebat, bovinam faciem, non cornua solum representaret. Certe sic διαστροφὴ μορφῆς, cujus Io cum pudore mentionem facit, interpretari licet. Atque ita sub eodem schemate Io in scenam prodiisset, quo eam sub Isidis nomine apud Ægyptios cultam fuisse ex monumenti antiquis apparet. Exitus denique fabulæ, tonitrua saltem excitatis quocunque modo fragoribus simulata fuisse, nobis persuadet. Verum de universo apparatu scenico, quo Æschylus fabularum actionem ornavit, cum ad vitam Æschyli pervenerimus, copiosius disseremus.

[s] vers. 78. [t] v. 592. 679.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.
ΗΦΑΙΣΤΟΣ.
ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.
ΧΟΡΟΣ ὨΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.
ὨΚΕΑΝΟΣ.
ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.
ΕΡΜΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

ΧΘΟΝΟΣ μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.

V. 2. ἄβατον εἰς] ἄβατον τ' εἰς Rob. Sed illud τε vim appositionis et metrum turbat.

V. 1. Χθονὸς---πέδον. Hæc loquendi figura Æschylo familiaris est. Sic alibi γαίας πέδον, Theb. 306. et γῆς Ἀχαιΐδος πέδον, Pers. 486. et χώρας Ἀπίας πέδον, Suppl. 268. dixit. τηλουρὸν χθονὸς πέδον idem est quod alibi τηλουρὸν γῆν vocat; *extrema terræ ora; extremum terræ solum.* Sic Ennius, lib. iii. *Sed sola terrarum postquam permensa parumque* etc. Hoc nomine veteres designant partim terras ultimas, quæ sibi cognitæ erant, partim eas, quas Oceano conterminas esse vel certo sciebant, vel saltem opinabantur. Sic Noster Æthiopiam τηλουρὸν γῆν, Prometh. 813. appellat. Nam ut Orientem versus Indiam, et ad Occidentem Hispaniam, ita versus meridiem Æthiopiam, et versus Septentrionem Scythiam in ultimis terræ partibus ponebant; teste Ephoro apud Strabonem, lib. i. p. 34. ed. Casaub.

ἥκομεν. Unde venerint, Κράτος non significat. Sed absque dubio eos Olympo descendisse poëta supposuit. Sæpius autem utuntur Tragici verbo ἥκω in exordiis personarum advenientium. Sic Oceanus: ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου etc. Prometh. v. 284. adde Eurip. Hecub. v. 1. Medea 866. Androm. v. 309. etc.

2. Σκύθην ἐς οἶμον. *Scythica via* pro Scythica regione; οἶμος nempe h. l. non significat viam tritam, quod repugnaret sequentibus verbis ἄβατον ἐς ἐρημίαν, sed potius solum terræ, ubi ire aliquis potest. Eodem fere modo posuit Homerus, Iliad. μ'. 168. ὁδοῦ vocabulum, cum dicit apes cellas sibi parare ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ, i. e. in loco

Ἥφαιστε σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς,
Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις

3. Ἥφαιστε. Hic Ald. et Rob. puncto distinguunt. Stephanus autem recte cum sequentibus conjunxit, sublato distinctionis signo; reliqui commate tantum exclamationem notant. [μέλειν] μέλλειν cod. Ar. mendose. ἐπιστολὰς] ἐπιτολὰς Schol. contra versum et Æschyli usum; cf. Pers. 785. Suppl. 1019. Lectionem denique ἐπιστολὰς confirmant Eustathius qui h. l. citat ad Hom. Il. v. 25. Et Schol. Arist. Ran. v. 826. It. Hesychius, v. Ἐπιστολαί. Lectionem ἐπιτολὰς in libro suo invenisse videretur Thomas Magister, voce ἐπιστειλάμην, nisi addidisset Æschylum ita scripsisse propter metrum. Quod cum ineptum sit (metrum enim hac ipsa lectione turbatur); non displicet Abreschii ratio, qui hæc verba Thomæ Magistri: καὶ ἐπιστολὴ ἀντὶ τοῦ προσταγὴ, ὃ δὴ καὶ ἐπιτολὴ παρ' Αἰσχύλῳ διὰ τὸ μέτρον ἐν Προμηθεῖ, mutata distinctione hunc in modum sublevat, καὶ ἐπιστολὴ κ. τ. π. (ὃ δὴ καὶ ἐπιτολὴ) π. Αἰσχ. δ. τ. μ. ἐν Πρ.

confragoso, pedibus certe viatorum non trito. "Σκύθην vero dixit οἶμον pro Σκυθικὸν, idque veteres Critici inobservatum præterire noluerunt. Eustath. ad Iliad. ω'. p. 640. ed. Basil. Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν, ὡς φασιν οἱ παλαιοί· οἷον Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικὸν, ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον, Ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον γένος, Σκύθην οἶμον: et rursus ad Iliad. ι'. p. 1467. ed. Basil. Ὥσπερ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ Σκύθης οἶμος, ὁ Σκυθικὸς, καὶ δοῦλον δέ που γένος, τὸ δουλικὸν, οὕτω καὶ κασίγνητος φόνος, κτητικῶς ὁ κασιγνητικός. Observavit idem etiam Stephanus Byzantinus, voc. Σκύθης. καὶ Σκύθης ὅμιλος, καὶ Σκύθην ἐς οἶμον, καὶ Σκύθης ὁ σίδηρος, quæ omnia in Æschylo uno inveniuntur. scil. præter h. l. Prom. v. 417. Theb. 879. Ita Lycophron γωρυτὸν Σκύθην dixit, ut et δράκοντα et χῶρον. Pari ratione Martialis Græcos secutus, lib. iv. epigr. 28. *Indos sardonychas, Scythas smaragdos.* Videtur autem poëta in ratione temporum peccare: appellat enim Scythiam tempore Promethei, quem tredecim generationibus Herculem antecessisse ait, cum ipsa Scythia a filio Herculis nomen obtinuerit. Steph. Byzant. Ἐκαλοῦντο πρότερον Νομαῖοι, Σκύθαι δὲ ἀπὸ Σκύθου παιδὸς Ἡρακλέους. Atque ideo cautius loquitur Herodotus, lib. iv. cap. 8. de adventu Herculis in eam regionem: ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀφικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθίην χώρην καλεομένην, apud eum enim ipsi Græci ad Pontum habitantes narrant Scythas a juniori Herculis ex Echidna filio nominatos. Sed si hæc concedantur, neque nomen Scythiæ antiquius Hercule sit, pariter etiam Poëtæ nostro concedendum est ita loqui κατὰ πρόληψιν historiæ, ut et reliqui poëtæ etiam castigatissimi loquuntur." *Stanl.*

ἄβατον εἰς ἐρημίαν, *inaccessam in solitudinem,* quam pluribus deinde verbis Vulcanus describit v. 20. Comparari potest initium Philoctetæ Sophoclei:

Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς
Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη.

Fortasse autem his verbis designatur ἐρημία Σκυθῶν proprie sic dicta, prima pars Scythiæ *inhabitabilis ob nives,* ut Plinius ait.

3. Ἥφαιστε. Postquam, quo in loco jam versentur actores, audivit spectator, sensim in personarum notitiam venit; quæ quidem expositio sic ab Æschylo temperata est, ut nunquam a natura et veritate dialogi discesserit. Ἥφαιστε σοὶ

Ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι,
Ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις.

6. ἀδαμαντίνων—πέδαις] ἀδαμαντίνοις πέδησιν ἀῤῥήκτοις πέτραις Cod. Ar. ἀδαμαντίνοις πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Cod. Reg. A. At in Reg. B. ἐν tanquam glossema superscriptum. ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Ed. Ald. Turn. Garb. Victor. ἀδαμαντίναις πέδαις ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Rob. ἀδαμαντινῶν δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις

δὲ pro σοὶ δὲ ὦ Ἥφαιστε; apte comparavit Steph. locum Homeri Iliad. α'. 282. Ἀτρείδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος.

σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς, te jam oportet *mandata* curare. Constructionem verbi μέλειν imitatur Eurip. Bacch. v. 450. præivit autem Homerus, Iliad. ι'. 490. Similis transitus a scenæ declaratione ad negotii instantis commemorationem apud Sophoclem, Philoctet. v. 15. ubi Ulysses ad Neoptolemum conversus ἀλλ' ἔργον inquit ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν.—Hesychius: ἐπιστολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαὶ, Αἰσχύλος Προμηθεῖ.

4. ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, *quæ tibi pater tuus*, scil. Jupiter *dedit*. Quæ enim hic ἐπιστολὰς πατρὸς nominat Κράτος, ea deinde ἐντολὴ Διὸς, v. 12. πατρὸς λόγοι, v. 17. 40. βούλευμα τὸ Δῖον, v. 624. appellantur. Quod autem hic nondum proditur Jovis nomen, sed tantum significatur, aptum est colloquii scenici legibus, quod non a principio statim omnia, quæ scire spectatorum interest, iis oggerere debet, sed sensim declarare, et ex crepusculo demum plenam lucem ostendere. ἐφεῖτο. Hesychius: Ἐφεῖτο, ἐνετείλατο, ἐνετέλλετο, ubi fortasse ad h. l. respexit. Suidas: ἐφεῖτο, ἐνετέλλετο. Ἀριστοφάνης· χθὲς οὖν Κλέων ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν.

4, 5. πρὸς πέτραις ὑψηλοκρήμνοις *ad saxum prærupte altum*, pluralis enim pro singulari positus, quam sermonis figuram Æschylus valde frequentavit. Cf. v. 976. Κρημνὸς apud Pindarum sæpe de præruptis litorum riparumque marginibus dici notavit doctissimus ejus fragmentorum editor Schneiderus; p. 111. sq. eidemque poëtæ usurpatur eodem sensu vocabulum βαθύκρημνος. Isthm. iv. 96. Nem. ix. 95. Apud Nostrum igitur πέτραι ὑψηλόκρημνοι commode intelligi possunt, rupes mari imminentes, aut non multum a littore recedentes. Apud Lucianum, in Prometheo cap. 1. Mercurius Vulcano commendat Caucasi κρημνὸν, et paulo post ἀποτόμους πέτρας, affigendo Prometheo idoneas.

5. τὸν λεωργόν. Glossas veterum ad h. v. collegit Stanleius. Hesych. λεωργὸν, κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. Suidas: τὸν πάντολμον, τὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀποθνήσκοντα, ἢ τὸν λαοῖς παρασχόντα τὸ ἐργάζεσθαι διὰ τοῦ πυρός. Etymol. M. sic: Λεωργὸς ὁ τῶν ἀνθρώπων πλάστης. ἐπίθετον Προμηθέως παρὰ Αἰσχύλῳ. Archilochus, ap. Clement. Alex. Strom. 5. ἔργα λεωργὰ dixit, *opera facinorosa*. E quibus multæ futiles sunt, aut certe Æschyleum vocabuli sensum pervertunt. Æschylus enim Prometheo creationem humani generis nusquam tribuit; fabulamque illam de hominibus ex luto fictis plane ignorat. λεωργὸς itaque h. l. nihil aliud est, quam κακοῦργος, πανοῦργος, ac πάντολμος, *facinorosus, et ad quidlibet audendum promptus*. Hoc sensu occurrit apud Xenophontem, Memor. Socr. i. 3, 9. ubi λεωργότατος cum θερμουργότατος componitur.

ὀχμάσαι. ὄχμα Hesych. int. πόρπημα: adeoque ὀχμάζειν h. l. est i. q. πορπάζειν v. 64. et κιρκοῦν v. 74. *catenarum annulis constringere ac vincire*.

6. ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις. E lectionibus h. l. variantibus, quæ in codicibus MStis inveniuntur, hæc sine dubio præferenda. Sensus est *ferreorum vinculorum pedicis firmissimis* seu *nulla vi frangendis*. Ac in

Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν· τοιᾶσδέ τοι

πέδαις Schol. Aristoph. ad Ran. Hanc lectionem ceteris omnibus præferendam duximus. Non solum enim auctoritate Codicis, quem Scholiastes adhibuit, sed etiam hoc argumento confirmatur, quod ex ea ceterarum lectionum ortus declarari optime potest. Librarius enim qui πέδαις scribere debebat, propter similitudinem clausulæ e versu 4. repetiit πέτραις. Quod ut cum prioribus v. 6. verbis conciliari posset, fuerunt qui pro ἀδαμαντινῶν δεσμῶν scriberent ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς. Pro δεσμοῖς alii vel ex glossa, vel ex collatione aliorum codicum scripserunt πέδησιν, vel πέδαις, post ἀδαμαντίνοις. Sic Hesych. δέσμα interpretatur πέδαι. Solemnis autem est Æschylo hæc verborum structura: ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις. Sic v. 64. ἀδαμαντίνου σφηνὸς αὐθάδη γνάθον. Stanleius vero hunc versum ita emendandum putabat: ἀδαμαντίνων δεσμοῖσιν ἀῤῥήκτοις πεδῶν, quam lectionem suopte quoque ingenio repertam in textum recepit Cl. Brunck; quæ quidem quamvis sit elegans, veritatis tamen insignibus caret. 8. τοιᾶσδέ τοι] τοιᾶσδ' sine τοι, versu claudicante Rob. 9. Scholiastes monuit τὸ χ διὰ τὸ σφι; h. e. in codice suo voculam σφι signo χ notatam fuisse; hoc aliquis fecit vel propter insolentiam, vocabulo πέδαι translatio inest. Proprie enim dicitur de pedicis, quibus equorum pedes vinciuntur, ne aufugere et discurrere possint. Sic Homerus, Iliad. ν'. 34.

Ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων
....
...ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν
Νοστήσαντα ἄνακτα.

Et alibi Æschylus catenarum vincula χαλινοὺς appellavit, alia quidem metaphora, sed tamen item ab equestri apparatu ducta. Si vero πέδαι h. l. nihil aliud nisi *compedes* significarent, absque illa translatione a pedicis equorum petita, frigida sane et incommoda esset locutio πέδαι δεσμῶν, tumque multo elegantius scripsisset Æschylus secundum Stanleii et Brunckii emendationem, ἀδαμαντίνων δεσμοῖσιν ἀῤῥήκτοις πεδῶν. Tum enim δεσμὸς verbum generis esset, πέδη autem formæ vocabulum; et quia genus quidem specie, non vice versa species genere suo definiri ac circumscribi potest, aptius diceretur δεσμὰ πεδῶν, quam πέδαι δεσμῶν; sicut Germanice bene quidem diceretur *unzerbrechliche Banbe eiserner Fesseln;* at *unzerbrechliche Fesseln eiserner Bande* ineptum esset. Ceterum Q. Calaber bis Prometheum ἐν ἀῤῥήκτῳ δεσμῷ vinctum memorat, v. 340. x. 201. ἀδαμάντινα δεσμὰ sunt *ferrea vincula;* χαλκεύματα enim appellat vincula Promethei Vulcanus, v. 19. et *chalybis* sonum se exaudiisse significant Oceanitides; et in fragmento Varronis, in quo sine dubio Prometheus loquens inducitur, *Ego infelix,* ait, *non queam vim propulsare; nequicquam sæpe æratas* manus compedes *conor revellere.* Itaque hoc adjectivum non ex poëtica recentiorum audacia æstimandum, cum dicunt *diamantene Ketten;* sed potius proprium vocabulum est, quo genus ferri durissimi denotatur. Sic et apud Pindarum, Py. iv. 125. ἀδάμαντος ἅλοι *ferrei clavi,* et ἀδαμάντινον ἄροτρον, Py. iv. 398. *ferreum aratrum* est.

7. τὸ σὸν γὰρ ἄνθος. Jam apud Homerum Vulcanus fingitur *ignipotens.* ἄνθος h. l. est *decus* s. *ornamentum,* i. q. γέρας v. 38. Ignis nempe a Jove, cum is regnum cœli adeptus ceteris diis dona divideret, attributus erat. Male autem a Scholiasta hic vocabuli usus

Ἁμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην
Ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
Στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

quod nesciret i. q. αὐτὸν esse, vel quod spurium existimaret; vel quod tantum in σφι mediam literam φ expungendam, et σὲ legendum censeret, ita ut in his verbis τοιᾶσδε—δοῦναι δίκην ad Prometheum oratio converteretur.

comparatur cum illo, quo Homerus dixit πυρὸς ἄνθος *florem ignis* pro *flammæ vigore*. Rectius cum usu vocabuli κῦδος contenderetur apud Homerum, Iliad. δ'. 145. ubi eburneum equi maxillare ἄγαλμα dicitur ἀμφότερον κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος.

πυρὸς σέλας *ignis jubar* periphrastice; sicut in eadem re πυρὸς αὐγὴ apud Hesiodum. Theog. v. 566. Ipsum πυρὸς σέλας Homericum est, Il. τ'. 375. ut Ἀφαίστου σέλας Pindaricum. Pyth. 3. 69. Sed omnibus his locis σέλας et αὐγὴ magis proprie ponitur de splendore ignis late lucente; Æschylus vero non splendorem ignis, sed ignem ipsum significat; adeoque πυρὸς σέλας est *splendidus ignis*. Propius accedit Sophocleum illud τὸ παγκρατὲς σέλας ἡφαιστότευκτον, Philoctet. v. 1011. Apte tamen hoc vocabulum σέλας cum ἄνθους notione conjungitur. Quod autem πάντεχνον πῦρ appellatur, id Prometheus ipse, v. 110. et 254. pluribus verbis exponit, unde apparet πάντεχνον esse i. q. *qui multarum et magnarum artium causam et subsidium præbuerit*. Comparetur Plinii locus, quem subjicimus. Hist. Nat. lib. xxxvi. c. 27. *at peractis omnibus, quæ constant ingenio, artem natura faciente, succurrit mirari, nihil pæne non igni perfici. Ignis accipit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne cremato lapide cæmenta in tectis ligantur* etc. Cum his Plinii verbis conferenda est Promethei beneficiorum a se humano generi tributorum enumeratio, v. 450. sqq. Prometheus tamen ea potissimum opificia designat, quæ ab arte ferrum ignis ope cudendi provenerunt.

8. θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν, *mortalibus furatus præbuit*. Commode laudavit Stanleius Attium, qui hæc pæne ad verbum expressit loco supra commemorato. Quod is *ignem mortalibus dividere* appellat, id Nostro est θνητοῖσι ὀπάζειν. Recurrit hoc verbum v. 252. Hesychius: ὤπασεν, ἐχαρίζετο.

τοιᾶς δέ τοι—δίκην. *Hujus igitur peccati pœnas oportet cum diis expendere.* Non enim Jovem solum, sed omnes deos cœlestes hoc furto læserat Prometheus. Ita Mercurius apud Lucianum: in Prometh. p. 175. ed. Græv. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ ἔκλεψας, καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις; et paulo post: καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ' ἡμῶν, ἐκόμισας παρ' αὐτούς.

10. ὡς ἂν διδαχθῇ, i. q. ἵνα μάθῃ, v. 62. *ut discat* hac animadversione monitus τὴν Διὸς τυραννίδα στέργειν, *Jovis imperium* et *majestatem colere*. Στέργειν etsi alias idem est, quod *ferre, pati*, nolim tamen h. l. vertere: *Jovis imperium pati* aut *boni consulere*. Collatis enim v. 29. 1011. apparet reverentiam erga Jovem hoc verbo significari.

11. φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου, h. e. φιλανθρωπίας. Nimius hominum amor similibus verbis Prometheo vitio vertitur ap. Lucianum de Sacrificiis p. 365. tom. i. ed. Græv. τὸν δὲ Προμηθέα τίς οὐκ οἶδεν οἷα ἔπαθε, διότι καθ' ὑπερβολὴν φιλάνθρωπος ἦν;—οὕτως μὲν οὖν κατετέλεσε τὴν καταδίκην.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος, Βία τε, σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς
Ἔχει τέλος δὴ, κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι.
Ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ.
Πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδ' ἐμοὶ τόλμαν σχέθειν.
Ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.

12. σφῷν] σφῶϊν Ald. Rob. Victor. etc. At Brunckius erudite observat σφῷν apud Atticos poëtas semper monosyllabum esse, nec Æschyli ævo in hujus vocis scriptura locum habuisse ι, cujus subscribendi mos postea demum invaluerit. 15. δῆσαι] δεῖσαι Ald. mendose. πρὸς δυσχειμέρῳ] πρὸς τῇ δυσχειμέρῳ Rob. ubi articulus e glossa intrusus est metro repugnante. 16. τῶνδ' ἐμοὶ] hac scriptura cum Brunckio V. Cl. uti malumus. Vulg. τῶν δέ μοι. τόλ-

Ceterum totum hoc τοῦ Κράτους exordium magnam vim habere debuit ad spectatorum attentionem commovendam. Videbant enim Prometheum humani generis amicum ad supplicium duci, et quo duriorem se præbebat Roboris persona, eo majorem Prometheo favorem et misericordiam conciliabat. Quod autem Scholiastes ad Aristoph. Ran. v. 418. in versibus sex prioribus nimii tumoris exemplum quæsivit, in eo recte Stanleius hominis judicium desideravit.

Jam Vulcanus respondet v. 12. sqq. Κράτος, Βία τε. Ipsa hæc allocutio duas esse personas τὸ Κράτος ac τὴν Βίαν persuadere Stephano poterat. σφῶϊν μὲν, *quantum in vobis est; ἐντολὴ Διὸς—ἔτι, Jovis mandata jam peracta sunt (schon so gut als gethan) nihilque vos præterea moratur, nihilque amplius vobis impedimento est;* perperam vertit Stanleius: *neque quicquam adhuc impedimento fuit.* ἐμποδὼν non est, ut Garbitius putabat, *id quod ante pedes est*, sed potius i. q. ἐμπόδιον; monente, quem Stanl. laudavit, Phavorino h. v.

14, 15. ἐγὼ—δυσχειμέρῳ, *ego vero non sustineo cognatum mihi deum ad tempestuosum hunc rupis recessum violenter deligare, ἄτολμός εἰμι, a me impetrare non possum;* συγγενῆ θεὸν non de artis cognatione, sed de generis propinquitate intelligendum. Prometheus enim secundum Æschylum Cœli et Terræ ex Themide nepos est; Vulcanum vero Jovis filium, Saturni nepotem, Cœli autem et Terræ pronepotem omnes norunt, cf. v. 39. φάραγξ neque barathrum est h. l., neque vorago, aut hiatus seu convallis, sed potius cavus ac sinuosus in rupe recessus, prominentibus e superiore parte scopulis, infra autem procurrente crepidine lata et plana, cui Chorus insistere et inambulare posset; *(eine Felsenbucht, einer Nische ähnlich, über einem Absatze oder Terrasse.)* cf. v. 142. Aliter φάραγξ usurpatur apud Lucianum in Prometh. init. ubi non πρὸς τῇ φάραγγι sed ὑπὲρ τῆς φάραγγος affigi jubetur, i. e. supra convallem, seu præruptas fauces, quibus rupes illa scindebatur. φάραγξ δυσχείμερος, quia frigoribus hibernis ac tempestatibus præsertim a maris vicinia subortis erat infesta.

16. πάντως δὲ, *nihilo secius tamen*, τολμᾶν σχέθειν periphrastice pro τολμᾷν.

17. ἐξωριάζειν—βαρὺ, *grave enim est*, propter periculum, *patris mei jussa negli-*

Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,
Ἄκοντά σ᾽ ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
Προσπασσαλεύσω τῷδ᾽ ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
Ἵν᾽ οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν

μαν] τόλμα MS. Ox. vitiose. 19. ἄκοντά σ᾽ ἄκων recte dedit Victorius pro eo quod est in Ald. et Rob. ἄκοντ᾽ ἀκών σε, quæ lectio Spondeum adversus metri Iambici leges in secundam regionem invehit. 20. προσπασσαλεύσω] προσπατταλεύσω MS. Ox. perperam; illud enim Atticum est. πάγῳ] τόπῳ Rob. minus bene. πάγῳ significantius est, ac definitius. Hujus glossa est ὄρει, quod affert Morell. e marg. MS. 21. μορφὴν βροτῶν] βροτῶν μορφὴν Rob. Pro του Barthius adversar. lib. vii. c. 11. concinnius legi posse putat, πω. Non est autem quod vulgatum sollicitemus.

gere. ἐξωριάζειν· ὀλιγωρεῖν. παρακούειν, Hesychius.

18. τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ. Hesiodus Prometheum Japeti et Clymenes; Apollodorus Japeti et Asiæ; Æschylus autem, patre non nominato, Themidis filium facit. ὀρθόβουλος autem vocatur Themis, sicut εὔβουλος apud Pindarum, Isthm. viii. 65. quia justitiæ et juri præsidere, imo ipsum jus et fas esse perhibetur. αἰπυμήτης, *prudens, callidus, vafer.* Similiter ποικίλος dicitur, v. 308. et σοφιστὴς, v. 952.

19. ἄκοντά σ᾽ ἄκων, *invitus te invitum ---affigam.* Valde amat hanc figuram verborum Æschylus, quam ad polyptoton referre licet. Sic v. 218. ἑκὼν δ᾽ ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν.

δύσλυτα χαλκεύματα, *ferrea vincula, quæ vix solvi possunt,* pro iis, quæ plane sunt insolubilia; e quibus se Prometheus vi sua plane expedire non posset. προσπασσαλεύειν χαλκεύμασι concisa brevitate effert, id quod latius ita esset eloquendum: *aliquem catenis vincire, easque catenas clavis affigere.* Quod sane duriusculum esset, nisi proprio vocabuli χαλκεύματα usu molliretur. Nunc cum hæc proprie *ferramenta* sint, asperitas dictionis mitigatur.

20. τῷδ᾽ ἀπανθρώπῳ πάγῳ, *scopulo inhospitali* et ab hominibus longe remoto; non *sævo,* ut Garbitius transtulit. πάγος est *scopulus prominens.* Hesychius: πάγοι, αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν. Morellus comparavit Homer. Odyss. ε΄. 411. ubi σπιλάδες et πάγοι componuntur, hosque Schol. interpretatur πετρώδεις ἐξοχὰς, vel εἰς ὕψος ἀνεχούσας πέτρας. Apte comparavit Stanleius hunc Apollonii Rh. locum lib. ii. v. 1247.

21. ἵν᾽ οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν Ὄψει, "*ubi nullius mortalium neque vocem neque faciem videbis,* mentale Zeugma, quo nihil frequentius. Sic Theb. v. 103. κτύπον δέδορκα." *Stanl.* Sed horum locorum non omnino similis ratio est. Nam h. l. diversis rebus unum datur verbum, minime utrisque conveniens, quod σχῆμα λέξεως Rufinianus, p. 228. ed. Ruhnken. syllepsin vocat. Ceterum pro βροτῶν in Cod. Mosq. 2. male scriptum θεῶν. De diis enim hic loqui non poterat Vulcanus, et quod mortalium mentionem facit, id ad majorem spectatorum misericordiam commovendam pertinet; in multis enim Promethei malis hoc sane durissimum erat, quod, cum pro hominum salute tot tantasque pœnas subiisset, eo in loco affigeretur, ubi nec e colloquio cum mortalibus, quos maximis beneficiis sibi devinxerat, solatii fructum capere, nec saltem

Ὄψει· σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
Χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος, ἀσμένῳ δέ σοι

22. σταθευτὸς] στατευτὸς Ald. Sic Hesych. Στατεύει, θάλπει. Idem tamen: Σταθευτὸς, πεφλογισμένος ἠρέμα, quæ glossa haud dubie ad h. l. pertinet, adeoque vulgatam scripturam confirmat.

aspectu prætereuntis forte hominis recreari atque exhilarari posset. Ideoque recte præcedit φωνὴν, sequitur μορφὴν βροτῶν. Durum erat colloquiis hominum, durius aspectu quoque privari. Saltem extrema linea frui humanitate sua haud nihil fuisset. Aliter autem pro diverso consilio Lucianus hanc scenam informat. Prometh. init. οὔτε γὰρ, inquit apud eum Mercurius, ταπεινὸν καὶ πρόσγειον ἐσταυρῶσθαι χρὴ, ὡς μὴ ἐπαμύνοιεν αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι, οὔτε μὴν κατὰ τὸ ἄκρον. ἀφανὴς γὰρ ἂν εἴη τοῖς κάτω. Haud paulo tamen aptius et convenientius hanc fabulæ partem instituit Æschylus.

22. σταθευτὸς—ἀμείψεις ἄνθος, *ubi ferventibus solis radiis tostus florem coloris perdes*. σταθεύειν est *assare, lentis ignibus torrere*. Hesychius: Σταθευτὸς, πεφλογισμένος ἠρέμα. Ἐσταθευμένος, ἠρέμα ὑπὸ πυρὸς ὀπτημένος, σταθεῦσαι γὰρ τὸ τῷ πυρὶ ἡσυχῇ χλιᾶναι κρέας ἢ ὀπτεῦν. Suidas: Στάθευε, ὄπτα. Ἀριστοφάνης·—τὰς σηπίας στάθευε. In tanta rei claritate mirum est Stanleium ad ineptias etymologicas abiisse.

ἡλίου φοίβῃ φλοξ, *splendida solis flamma*, h. e. fervidissimi solis radii, quibus ita expositus erat Prometheus, ut nulla arboris umbra recrearetur, nullum haberet adversus æstum perfugium. Sic apud Pindarum hortus, cui sol ardentissimus insistit, dicitur γυμνὸς ὀξείαις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀλίου. Olymp. iii. 44.

Χροιᾶς ἄνθος, *flos coloris*, color sanguine per totum corpus diffusus, sanitatis index, et magna pars pulchritudinis. Hunc Prometheus ἀμείψει, *mutabit*, (sic Pers. 315. ἀμείβων χρῶτα πορφυρέᾳ βαφῇ scil. sanguinis.) candor enim corporis quotidie solibus perusti in atrorem, rubor autem propter cruciatum e vulnere in pallorem abibit. Miserabile spectaculum gravibus verbis et cothurno dignis descriptum! ἀσμένῳ δέ σοι—κρύψει πάλιν. Aliud phantasma ex ipsis naturæ fontibus haustum. Miseris enim, ægrotantibus præsertim aut vulnerum dolore laborantibus dies noctesque longiores esse videntur: mane vesperam, et noctu diluculum exoptant. Prometheus vero aliud quiddam habebat et majus, cur istam vicissitudinem anxie expeteret; interdiu enim solis ardoribus fatigatus noctis refrigerium; mane autem post nocturna frigora recreationem diurni caloris desiderabat. ἡ ποικιλείμων νὺξ, *nox variegata*, scil. sideribus picta, *stolam induta*. Sed hujus epitheti gravem brevitatem imitari Latini sermonis egestas non potest. Decor enim circumscriptione perit. Nox in monumentis etiam sic repræsentabatur, ut velamen sideribus pictum super caput teneret. Exemplum talis gemmæ apud Maffeum præbet Winckelmann *Versuch einer Allegorie besonders für die Kunst* p. 72. Ideo etiam ab Argonauticorum, quæ Orpheo tribuuntur, auctore ἀστροχίτων appellatur. Omnino autem verba conjunctim posita ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος hanc simul imaginem informare videntur: *nox tibi velamine stellis variegato lucem abscondet; froh wirst du seyn, wenn dir die Nacht mit ihrem Sterngewand des Tages Licht bedeckt.* Ita fere Nonnus:

σιγαλέη νὺξ
οὐρανὸν ἀστερόεντι διχλαίνωσε χιτῶνι.

Pergit Vulcanus v. 25. πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν, *et rores matutinos, pru-*

Ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος·
Πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·
Ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ
Τρύσει σ'· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.
Τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.
Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον,
Βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης·
Ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν,

25. ἥλιος] ἥλιον Ald. vitiose. 28. ἀπηύρω] Sic ambo Codd. Regg. a Brunckio collati. Ed. Ald. (in qua vitiose omissum est η) Rob. Turn. Victor. etc. Stephanus e codice affert ἐπηύρω, quod probat Stanl. et recepit Morell. Vulgatæ sensus æque bonus, major auctoritas. τρόπου. θεὸς θεῶν] MS. Ox. ita distinguit: τρόπου θεὸς, θεῶν γὰρ etc. quod sibi non displicere fatetur Morellus, ita vertendum: *Talia consecutus es, quamvis sis deus.* At vero durum est h. l. clausulam periodi, quæ antecedente versu melius finitur, sequentis versus initium occupare. Et amat Æschylus hoc genus figuræ, qua idem verbum, sed diverso casu, diverso etiam respectu deinceps ponitur. 29. ὑποπτήσσων] ὑποπτύσσων Turn. errore operarum.

inam, cujus frigore corpus afflictum senties, *sol rursus dissipabit.* Recordentur lectores Prometheum ad rupem Scythicam alligatum esse, ubi æstivi calores non impediunt nocturna frigora satis acuta. σκεδᾷ præsens pro futuro; etsi antecessit ἀποκρύψει. Hanc temporum enallagen Tragicus noster frequentat. ἀσμένῳ δέ σοι, *lubenti tibi*, valde desideranti hæc diei noctisque vicissitudo accidit. Similiter Homerus: Ἀχαιοῖς ἀσπασίη τρίλλιστος ἐπήλυθε νύξ. Iliad. θ'. 488.

26. ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ τρύσει σ'. *Semper autem præsentis miseriæ te ægritudo macerabit*, h. e. nullum tempus tibi doloribus vacuum, semper cum instantibus malis tibi conflictandum erit.

Sequentia: ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω, non sic intelligo, quasi Vulcanus ad Herculem respiciat, qui liberaturus quidem olim sit Prometheum, sed nunc jam nondum natus sit. Ita potius explicanda est Vulcani sententia, ut cum Germani dicerent: *dein Erretter soll noch erst geborem werden*; h. e. nemo plane in rerum natura est, qui te liberare velit, aut possit.

28. τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου. *Hunc igitur fructum cepisti tui in homines amoris.* ἀπαυρᾶν, *frui*, in bonam et malam partem accipitur.

29, 30. θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον, etsi enim ipse deus eras, adeoque et ægre hoc laturos esse deos, et quam graves sint animorum cœlestium iræ, scire debebas, tamen *haud veritus numinum iracundiam*, βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης, *mortalibus dona divisisti præter jus fasque.* πέρα δίκης, partim quia furatus erat ignem, partim quia Jovis consilia, qui homines perditum ibat, (coll. v. 234. sqq.) irrita fecerat. Jovis autem voluntatibus obsistere, idem Vulcano ceterisque diis esse videtur, ac jus violare: quia penes eum summa est imperii, et ipsius juris legumque potestas. cf. v. 186. sq.

31. ἀνθ' ὧν—πέτραν. *Pro quo facinore*

Ὀρθοστάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ.
Πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
Φθέγξῃ. Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες·
Ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατεῖ.
Κρ. Εἶεν. τί μέλλεις καὶ κατοικτίζῃ μάτην;
Τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεὸν,
Ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

33. πολλοὺς δ'] δὲ delet Ox. quod ad vinciendam orationem abesse nequit.
35. νέον] νέου Ald. vitiose. νέος Garb. νέως MS. marg. ap. Morell. Vulg. fluxit a Rob. in ceteras edd. Recte.

tibi jam ante rupem istam illætabilem excubandum erit. φρουρεῖν πέτραν de homine petræ affixo ita dicitur, ut nos de ægroto, quem morbus lectulo affixum tenet: *er muss das Bette hüten*; hoc tamen discrimine, quod Germanica locutio usu vulgi trita, Græca vero apud Æschylum novitate metaphoræ decora est. Similiter Prometheus ipse, v. 142. τῆσδε φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω. ἀτερπῆ imminutione rei cum amara quadam ironia: plus enim intelligi vult; nempe *tristem* illam petram, et *horridam* esse. ὀρθοστάδην, ἄϋπνος, *statu erecto, insomnis.* οὐ κάμπτων γόνυ· hæc phrasis tropice plerumque usurpatur, ut significet i. q. *non requiescens.* γόνυ κάμψαι· ἀναπαύσασθαι, Hesych. cf. v. 395. Hoc loco tamen propius ad primitivam originem redit, simulque innuit Prometheum, ut erat omnibus membris vinctus atque constrictus, semper in eódem statu corporis perseveraturum, quem intolerabilis fatigatio secutura sit.

33. πολλοὺς—φθέγξῃ *multas autem querelas, multos ejulatus inutiles emittes.*

34. Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες, *inexorabilis enim Jovis animus.* γὰρ particula ad ἀνωφελεῖς refertur.

35. ἅπας δὲ τραχὺς.... *et asperi sunt omnes, qui nuper demum regnum invaserunt.* Male Garbitius alteram lectionem ὅστις ἂν νέος κρατῇ sic interpretabatur, quasi de juventute Jovis, non de regni novitate sermo esset. cf. v. 95. 149. 310. 389. 963.

Ceterum tota hæc Vulcani oratio benevolentiam erga Prometheum prodit, ac sine dubio flebili actoris pronuntiatione sustinebatur. Quæ enim de cruciatibus miserum hunc Titana manentibus commemoravit, non eo dixit, quod ejus malis illuderet, sed quod ipse acerrimo sensu miseriarum ejus perculsus lamentari eas cœco animi impetu cogeretur; nec vero alio consilio verbis castigat amicum ob noxam, qua sibi hæc mala consulto ipse attraxerat.

Longe alius τῷ Κράτει animus est, quod numen, Prometheo infensum, cruciatibus ejus illætatur, Vulcanoque misericordiam vitio vertit.

36. εἶεν non significat *satis de his;* sed est concedendi formula: *Sit ita ut dicis. Ja, ja, das kann alles seyn.*

τί μέλλεις; omissum est ἀλλά. *Verum quid ista cunctatio, quid vana hujus miseratio est?*

37, 38. τί τὸν—προὔδωκεν γέρας. *Cur tu istum deum omnibus diis invisissimum non item odio prosequeris, qui munus tuum,* ignem quem tibi Jupiter honoris causa attribuit, *mortalibus prodidit.* γέρας sæpe

'Ηφ. Τὸ συγγενές τοι δεινὸν, ἥ θ' ὁμιλία.
Κρ. Ξύμφημ'· ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν πατρὸς λόγων
Οἷόν τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;
'Ηφ. 'Αεί γε δὴ νηλὴς σὺ, καὶ θράσους πλέως.

39. *τοι* deest MS. Ox. hiante metro. 40. *ξύμφημ'*] *σύμφυμ'* mendose Ald. Rectius *σύμφημ'* Rob. etc. 41. *οἷόν τε πῶς; οὐ*] In quibusdam veteribus libris ita scriptum reperit Steph. *οἷόν τε; πῶς; οὐ*—interrogationis nota post *τε* et iterum post *πῶς* posita; quod ille recte sic explicat; *ἆρα νομίζεις δυνατὸν εἶναι ἀνηκουστεῖν τῶν τοῦ πατρὸς λόγων; πῶς;* scil. *εἴη ἂν δυνατόν;* Nactus est etiam, qui interrogationis nota post *οἷόν τε* posita, particulam *πως* cum sequentibus jungerent; hoc nimirum sensu: *Num committere potes, ut patris jussa negligas? Qui fit, ut hoc non magis reformides?* Verumtamen in vulgata sensus idem, vis vero major, inest, propter inversionem particulæ *πως* ad finem rejectæ. 42. *ἀεί γε δὴ*] *αἰεί τε δὴ* Ald. Victor. *αἰει τει* (pro *τε* mendose) *δὴ* Rob. Connexio verborum *γε* postulat, non *τε*. *θράσους*] *θάρσους* Rob.

apud Homerum occurrit de *præmio s. honorario* heroibus distributo. Cf. v. 3. et v. 229. Incendere cupit *Κράτος* Vulcanum, dum ei domesticam injuriam a Prometheo acceptam in memoriam revocat.

39. *τὸ συγγενές τοι δεινὸν, ἥ θ' ὁμιλία.* *τοι* h. l. est *nimirum*, idemque valet ac si Vulcanus dixisset: Tu quidem miraris me huic Prometheo, qui me ignis furto læsit, non iratum et infensum esse; *sed nimirum δεινὸν τὸ συγγενὲς, magnam vim habet consanguinitas et consuetudo diuturna.* Sæpe apud tragicos vocabulum *δεινὸν* hoc sensu reperitur. Ita Noster, Theb. 1033. *δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον οὗ πεφύκαμεν.* Eurip. Phœniss. 358. *δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί.* Andromach. v. 985. *τὸ συγγενὲς γὰρ δεινόν.* Ceterum *τὸ συγγενὲς* pro *ἡ συγγένεια* frequenter ponitur. cf. v. 289. Sententiæ causa comparat Stanl. Quintilian. Decl. 321. *Consuetudo alienos etiam ac nulla necessitudine inter se conjunctos componere et adstringere officiis potest;* et Petron. *Vetustissima consuetudo in sanguinis pignus transit.*

40. *ξύμφημ'* i. q. antea *εἶεν*. *Largior, concedo.* *ἀνηκουστεῖν—οἷόν τε πῶς; at patris jussa qui tandem possis negligere?* Vulcanus ipse dixerat hoc grave esse, v. 17. *Κράτος* id plane negat fieri posse. *οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον; Nonne hoc magis metuis?* Vereris tu quidem, inquit, consanguineum vincire. At pater est, qui hoc fieri jussit. Qui si te dicto audientem non esse resciret, horribilibus te pœnis afficeret. Nonne igitur harum pœnarum horror omnem tibi misericordiam Promethei expectorat?

Respondet Vulcanus v. 42. *ἀεί γε δὴ νηλὴς σὺ, καὶ θράσους πλέως. Imo tu semper immitis es et audaciæ plenus.* Particulæ *γὲ δὴ* sic referuntur ad præcedentia, ut ea partim concedant, partim limitent. Sensus est: *Sane equidem Jovis iram revereor, attamen cognati misericordiam animo exuere nequeo. Tu vero semper immitis es, tu ad quidlibet audendum promptus. Tu itaque siccis oculis vel fratris cruciatum spectares, nedum ut Promethei te miserescat.* Ceterum recte contra Pauwium Heathius monet, cur hæc potius *τῇ Βίᾳ* quam *τῷ Κράτει* dicta existimentur, causam non esse. Nam *ἡ Βία* persona est muta, ad majorem scenæ apparatum in-

Κρ. Ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι. σὺ δὲ
Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.
Ἡφ. Ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία.
Κρ. Τί νιν στυγεῖς; πόνων γὰρ, ὡς ἁπλῷ λόγῳ,
Τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.
Ἡφ. Ἔμπας τὶς αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν.
Κρ. Ἅπαντ᾽ ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.

48. ὤφελεν] ὤφελε invito metro Ald. ἄλλος ὤ. λαχεῖν] ὤφελε λαχεῖν ἄλλος Rob. inversione metrum pervertente. 49. ἅπαντ᾽ ἐπράχθη] ita MSS. et edd. consensu. Stanl. vel ἐπράχθη interpretandum *cum molestia aguntur*, vel ἐπαχθῆ *molesta* legendum censet. Pauw corrigit: ἅπαντα πραχθῆ, *omnia fiant præterquam etc.* Heathius ἅπαντ᾽ ἐπράχθη ᾽ν pro ἐπράχθη ἄν, h. e. *omnia fieri potuerunt præterquam* etc. Optime Abreschius, antiquam lectionem fuisse ἐπράθη, eamque fortassis æque atque alteram ἐπράχθη propter duas tragœdiæ editiones ab Æschylo profectam esse exiducta; quæ cum verbum nullum ore protulerit, quomodo Vulcanus responsum, quod τῷ Κράτει dare debebat, ad τὴν Βίαν converteret?

43. ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι, *nihil enim prodest hunc lamentari*; non est remedium ejus malorum. In particula γὰρ inest concessio quædam. Largitur enim Κράτος Vulcano, misericordia se non commoveri, ubi ea nihil proficiatur.

44. σὺ δὲ—μάτην, *tu igitur noli quæ nihil prosunt frustra agere.* Hunc versum citat Clem. Alex. Strom. lib. v. quod Stanl. observavit.

45. ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία. Adeo Vulcanum crudelis hujus ministerii pœnitet, ut etiam totam artem fabrilem oderit, quam alias sibi decori et ornamento esse, et qua se multos sibi deos sæpe devinxisse non ignorabat. χειρωναξία cum omnino quamcunque manuum operam, ut Choëph. 759. tum inprimis opificium denotat. h. l. fabrilem Vulcani artem intelligi e responsione τοῦ Κράτους clarum est, cf. v. 46.

46. τί νιν στυγεῖς; *cur autem istam aversaris?* πόνων γὰρ τῶν νῦν παρόντων etc. *præsentium enim malorum*, quæ Prometheo imminent, *ars tua causa non est.* ὡς ἁπλῷ λόγῳ scil. εἰπεῖν, *ut paucis dicam quod res est.* Germ. *mit einem Worte; kurz und gut gesprochen.*

48. ἔμπας *nihilo secius tamen* τὶς αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν *vellem ea* non mihi sed *alii obtigisset*, cum Jupiter dona cœlestibus divideret. λαγχάνειν h. l. simpliciter est *accipere*, non *sortitione accipere.* Quamvis enim Homerus Jovem, Neptunum, et Plutonem mundi imperium sorte inter se divisisse fabuletur, Iliad. xv. 187. sqq. Æschylus tamen reliquis diis omnibus jura ac munera ab uno Jove pro arbitrio distributa esse perhibet. cf. v. 229.

49. ἅπαντ᾽ ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν, *omnia sunt diis acquisita præterquam imperare.* θεοῖσι pertinet ad ἐπράχθη, non ad κοιρανεῖν, quod fugit Grotium, qui sic h. l. vertit: *Cuncta assequaris, præter imperium id deos.* Simillimus est constructionis ordo in Euripidis fragmento: οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ. Hic χωρὶς cum θεοῦ construendum plane eodem modo interjicitur inter verbum et dativum, ut h. l. πλὴν particula inter ἐπράχθη et θεοῖσι. Ceterum

Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

stimat. Lectionem ἐπράθη Scholiastes secutos esse putat, qui sic verbum, quod legerunt, explicant, ἐκ μοιρῶν δέδοται, ἐγγένετο ἐκ μοίρας. Alteram vero lectionem ἐπράχθη idem rectissime interpretatur, *acquisita*, s. *conciliata sunt*.

digna est quæ cognoscatur Abreschii in h. l. animadversio; eam igitur, resectis quæ ad h. l. non pertinent, subjicimus.

" Cum in hoc Roboris responso Vulcanum acquievisse appareat et sine mora peregerit jussa, quæritur, quo sensu prior responsionis pars ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν intelligenda sit. Cl. Stanleius Scholiasten ita accepisse putat, ut neget Jovi imperium fato esse datum. Eam vero responsi mentem esse non posse dicit, quod Jovi æque ac Diis reliquis munera fato concessa doceant poëtæ, et ipse Æschylus v. 518. Deinde dubitat an ἐπράχθη usquam, qua Critici interpretantur notione, reperiatur obvium. Atque his positis fundamentis contendit, sic acceptæ responsionis vim nullam futuram fuisse ad compescendas Vulcani querelas, qua tamen ut verissima acquieverit, concluditque adeo legendum ἐπαχθῆ. Scil. hoc ut dicat Robur: *frustra Vulcanum queri de sua sorte, aliis invidere suam, cum sint et illorum munera labore et molestia plena et uni Jovi datum sit immuni vivere.* Verum enimvero, quanta etiam veri specie primo intuitu hæc ita disputet vir doctissimus, tamen si propius inspicias, falsissima esse, et ab Æschyli mente alienam prorsus explicationem pariter atque emendationem, mecum scio fateri debebis. Nam quod primo dicit Scholiasten negare Jovis imperium fato deberi, sic non est. Manifesto enim distinguit Poëta inter Jovem et Deos reliquos; de illo loquitur v. 50. de his v. 49. quem et Schol. α'. solum explanat verbis: τινές φασιν, ὅτι πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται τοῖς θεοῖς, πλὴν τὸ ἄρχειν. Quo quid apertius? Sed si vel maxime dubiis conceptum verbis hoc scholion V. Cl. videbatur, omnem scrupulum eximere Schol. β'. poterat, qui recensitis variorum numinum muneribus et prærogativis, τὸ δὲ βασιλεύειν μόνος, (ita lego pro μόνον,) ὁ Ζεὺς ἐκληρώσατο. Quæso quid dilucidius? Sed videtur Viro docto adeo placuisse emendatio, ut rem acu tetigisse persuasus accuratius examinare scholia supersederit. Adde quod vel citra omnem veterum Criticorum explanationem, modo ἐπράχθη notet ὥρισται, τετύπωται, ἐκ μοίρας ἐγγένετο, ut exponunt, et de quo mox videbimus, verba Æschyli non aliter intelligi queant, quam vel quo cepere scholia, vel hoc saltem sensu: *reliquis Diis hoc fatali necessitate injunctum, ut quanquam aliis gaudeant omnibus prærogativis, libere tamen agere non liceat; Jovi contra soli id concessum, uti pro lubitu illis imperet, ipse ab alio imperio liber agat.* Et quo si sumantur modo, idem prorsus hic loci dixerit auctor, quod v. 186. ὅτι παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχει ὁ Ζεύς, et v. 324. ὅτι τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Itemque Sophocles:

> Οὐδὲ θεοῖσιν αὐθαίρετα πάντα τέλονται
> Νόσφι Διός, κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος ἠδὲ
> καὶ ἀρχήν.

Utrocumque autem sensu accipiantur, efficax satis, ni fallor, responsi erit vis ad finiendas Vulcani querelas. De Viri Cl. vero explicatione quid dicam aliud? quam nullo eam pacto admitti posse, tum quod dissimulet plane τὰ πάντα, et quo addito omnis denegabitur diis beatitas, quod quam sit alienum a paganorum de diis suis opinione, quis non videt? tum quod de artis molestia, nisi quatenus ea cogebatur Jovis jussa exsequi, Vulcanus ne γρῦ quidem; ce-

Ἡφ. Ἔγνωκα, τοῖσδε κ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.

terum Jovi obediendi necessitatem usque inculcat Robur, queritur ille. Videantur modo, quæ præcedunt. Quare cum omnis loci difficultas resideat in ἐπράχθη, quod nec ego exputo, ita qui explicari possit, de eo accuratius hic erit agendum. Ad Scholiastas quod attinet, audacter asseverare ausim, eos aut aliam vocem reperisse, quam exponerent, aut non intellexisse, qua virtute ἐπράχθη adhibuerit Tragicus, cumque vel legissent, vel ex aliis criticis didicissent deorum munera fati beneficio ex Poëtarum scitis possideri, nec alienum hoc esse judicarent ab responsionis mente, ita explicuisse, tanquam revera vocem invenissent, cui ista notio conveniret. In quam opinionem ducere videntur verba Schol. α'. τινὲς φασιν. Sed erunt, prævideo, qui, quod hanc ignorantiæ notam criticis inustam nolint, aliter eos potius legisse contendent; in quibus et ipse lubens nomen profiterer meum, nisi alia omnia sentire suaderet difficultas illico indicanda, absque qua esset, hunc in modum crisin instituerem: Certum videri veteres criticos aliam vocem invenisse. Nullam propius ad receptam lectionem accedere, metri legibus satisfacere, atque ita exponi potuisse, quam ἐπρώθη, quod, cum nimis devium esset, nec intelligerent librarii, in ubivis obvium ἐπράχθη more suo commutasse. Fuisse autem præter notissimum πέπρωται et πεπρωμένον ἐστὶν alia item tempora verbi πρόω olim usitata ne dubitemus, facere Hesychium et Suidam, qui et ἔπρωσεν agnoscant. Adderem, quam recte explicuerint Schol. per voces ὥρισται, τετύπωται, ex eodem patescere Hesychio iisdem utente in exponendo τῷ πέπρωται. Verum cum loco convenientissima, nimisque docta mihi videatur lectio vulgata, quam ut ab imperita amanuensium natione eam mihi profectam persuadere valeam, non video, qua alia ratione acciderit, ut notionem tribuerent, mihi perinde, atque Cl. Stanleio suspectam, quam quia, ut dixi, non adsequerentur vim verbi, et hinc, ut poterant, interpretarentur. Vel quæ sola pro Scholiastis afferri posset excusatio, dicendum foret, duas olim hujus dramatis ἐκδόσεις ab ipso auctore prodiisse, quarum in altera, cujus apographos habuerint Critici, dederit ἐπρώθη, altera, quod nunc legimus, ἐπράχθη. Ita autem ut statuam, varia suadent. Fingit enim Æschylus regnum Jovi dolo et occultis magis machinationibus, quam vi partum, v. 206—214. eoque potitum Jovem; (de fato altum est silentium) reliquis diis sua cuique munia, suos honores distribuisse. v. 228. coll. v. 440. et utrobique Schol. nec non Hesiod. Theog. v. 74.

Κάρτει νικήσας πατέρα Κρόνον· εὖ δὲ ἕκαστα
Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς καὶ ἐπέφραδε τιμάς.

adde v. 112. et v. 880. sqq. quem manifesto sequitur Noster. Cumque πρᾶξαί τινι τὶ usurpari soleat interdum pro *occulta et clandestina machinatione acquirere et conciliare aliquid*, (unde et sæpissime notat *prodere*. Vid. Cl. Dukerum ad Thucyd. lib. iv. c. 89.) res ipsa loqui mihi videtur, vocem non aliam aptiorem magisque significabilem adhiberi potuisse; ut qua tacite innuetur diis cunctis per clandestinam illam molitionem, qua Saturnus regno exutus est, omnia acquisita esse; monebiturque adeo Vulcanus, cum in facta illa divisione Jovi regnum sibi soli vindicanti atque reservanti, nec ipse nec alius deorum contradixerit, unusquisque, quam tulit, sorte contentus fuerit, haud æquum esse, eum nunc artis pœnitere, Jovisque imperio obedire gravari, cui omnes omnino deos subjectos esse sciat. Ea autem quam dixi significatione verbo utitur Noster iterum in Agam. v.

Κρ. Οὔκουν ἐπείξῃ δεσμὰ τῷδε περιβαλεῖν,
'Ως μή σ' ἐλινύοντα προσδερχθῇ πατήρ;
'Ηφ. Καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα.
Κρ. Λαβών νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει
'Ραιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.

52. οὔκουν] οὐκοῦν Ar. 53. ἐλινύοντα] Ita codicibus suis obsecutus scripsit Brunck; qui recte observat geminationem litteræ ν in lectione vulg. ἐλιννύοντα peperisse prosodiæ ignorantiam, cum in ἐλινύω ι per se longum sit. 54. ψάλια] Ita Canter etc. ψάλλια Ald. Rob. Victor. ψέλια Turn. 55. λαβών νιν] Ita omnes edd. et codd. collati. Stanleius conj. βαλών νιν, sine causa idonea; Pauwius, cui insolens ac durum videbatur νιν ad ψάλια, non ad Prometheum trahi, excogitavit hanc lectionem: λαβών, νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει ῥαιστῆρι θείνων, πασσάλευε πρὸς πέτραις, qua nihil fingi potest impeditius. Nec opus est tali medela, cum inter omnes constet νιν utriusque numeri omniumque generum esse. 56. πρὸς πέτραις] Horum verborum loco in quibusdam libris Steph. reperit ἐῤῥω-

1364. φροιμιάζονται, ὡς τυραννίδος σημεῖα πράσσοντες πόλει. et Soph. in Ajace, v. 446. ubi conf. Triclin. Arist. tom. iii. p. 328. λέγει ὑπὲρ Σικελιωτῶν ἀνδρῶν, ἀρχήν τινα πράττειν αὐτοῖς." Hactenus *Abreschius*.

51. ἔγνωκα—ἔχω. *Scio, neque habeo quod contra dicam.* Nempe, quæ Κράτος de summo Jovis imperio dixerat, non hanc vim habebant, ut Vulcano novum consilium inderent, pristinamque opinionem evellerent; nam ipse jam sponte sua necessitatem Jovis mandato parendi fassus erat, v. 17. sed moræ tamen, quas adhuc ob misericordiam nexerat Vulcanus, hac Roboris admonitione rumpebantur.

52, 53. Οὔκουν—πατήρ; *Quin igitur festinas vinculis hunc circumstringere, ne te cunctantem pater videat?* Scil. Æschylus, Homerum imitatus, Jovem si modo animum advertat, omnia quæ in terris gerantur oculis conspicere, et auribus exaudire posse fingit. Cf. v. 313.

54. καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα. *Atqui jam in promptu sunt catenæ brachiales et ante oculos positæ.* Vulcanus enim cum malleo, cuneis et catenis in scenam ingressus, statim dira hæc instrumenta indignabundus in terram abjecerat. Hæc igitur jam Robori nimium se urgenti monstrat. πρόχειρος· ἕτοιμος, εὐχερὴς Hesychius. ψάλια cum generatim *annulos* significat, tum annulum in freno, ipsum frenum, deinde armillaria denotat, unde fluxit h. l. significatio, qua de nervis aut catenis brachialibus (*Handschellen*) usurpatur. δέρκεσθαι πάρα, *videre licet.* Sæpius hac forma pro πάρεστι utitur Æschylus.

55, 56. λαβών νιν—πέτραις. *Cape eas* (catenas brachiales) *et valida vi circum manus malleo tunde et petræ affige.* Vulcanus pedibus quidem debilis, at manibus robustissimus erat. Ei ῥαιστῆρα κρατερὸν *robustum malleum* tribuit Homerus Iliad. σ'. 477. Observandum vero est Prometheum ex Æschyli mente non palo aut cruci ante petram, quod alii comminiscuntur, sed ipsis petræ

Ἡφ. Περαίνεται δὴ κ' οὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.
Κρ. Ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῆ χάλα.
Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.
Ἡφ. Ἄραρεν ἥδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.
Κρ. Καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα
Μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος.
Ἡφ. Πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

μόνως, male ex v. 65. huc trauslatum. 58. μᾶλλον] μᾶλα Rob. vitiose scriptum pro μάλα, quod ipsum nec versus, nec sententia patitur. 59. πόρους] πόρον edd. et Codd. consensu. Sed ap. Marcellin. vit. Thucyd. ed. Duker, p. 2. et ap. Schol. Aristoph. Equ. v. 756. legitur πόρους, quæ lectio præter antiquitatem ideo se nobis commendavit, quod Æschylus fere solet in tali orationis forma pluralia pluralibus jungere. Sic. v. c. ποιναὶ ἀμπλακημάτων v. 112. μόχθων τέρματα v. 100. etc. In Ar. legitur τρόπον, male. 62. Διὸς νωθέστερος] νωθέστερος Διὸς adversus metrum Rob.

saxis ita alligari, ut vincula artubus circumjecta clavis affigantur.

57. περαίνεται δὴ, *jam perficitur*, κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε, *neque segniter peragitur opus*. Ita enim rectius hæc verba exponuntur, quam vulgari ratione, *neque frustra est*. Οὐδ' ἐμάτησε ap. Homerum, Iliad. π'. 474. *non cessavit*.

58. ἄρασσε—μηδαμῆ χάλα. *Fortius tunde, constringe, nuspiam laxa*. Dirum se supplicii exactorem præbat Robur. Et asyndeton in hoc versiculo festinationi ejus aptissimum.

59. δεινὸς γὰρ—πόρους. *Hic enim vel inextricabilibus nodis expedire se potest*. ἀμήχανα ἔργα apud Homerum, Iliad. θ'. 130. λ'. 110. de summo rerum discrimine, cujus exitum reperire non licet; et ἀμάχανοι πολέμιοι κάματοι *insuperabiles belli labores* apud Pindarum. Pyth. β'. 37. Comparavit quoque Stephanus Aristophaneum illud: Equit. v. 756. ποικίλος γὰρ ἀνὴρ, κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζων.

60. ἄραρεν non est *aptatur* sed *aptatum est*. *Hoc quidem brachium sic alligatum est, ut nullo pacto solvi possit*. Ἄραρεν, ἡρμόσθη, ἢ παγίως δέδεται. Hesych. —γε particula h. l. *saltem*, *quidem*, significans, exceptionem Roboris dicto opponit. *Quamvis callidus sit*, Vulcanus inquit, *hoc certe brachium nunquam ex vinculis expediet*.

61, 62. καὶ τήνδε—νωθέστερος. *Et alterum jam brachium firmiter adstringe, ut sentiat se sapentia et calliditate Jove inferiorem esse*. πορπάζειν proprie est *πόρπῃ fibula adstringere* h. l. ad catenas translatum. ἀσφαλῶς, *ita ut securus esse possim eum nunquam elapsurum*. ἵνα—νωθέστερος, non est, ut quidam transtulit: *ut discat segnior esse in Jove ludificando*. Sed σοφιστὴς appellatur Prometheus ut v. 952. ob calliditatem et versutiam. σοφιστὴς νωθέστερος Διὸς est *veterator Jove tardior*. Jovem σοφιστὴν memorat Plato de Republ. lib. et apud Plautum Mercurius eum *nimis scitum sycophantam* appellat, Amphitr. 1, 3, 8.

63. πλὴν τοῦδ'—μέμψαιτό μοι. *Præter hunc*, Prometheum, cui opera mea cruciatum affert, *nemo jure operam meam*

Κρ. Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
Στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐῤῥωμένως.
Ἡφ. Αἶ αἶ Προμηθεῦ, σῶν ὕπερ στένω πόνων.

64. αὐθάδη γνάθον Στέρνων] αὐθάδει γνάθῳ Στέρνοις Garb. Vulgata præter auctoritatem e Codd. variatione dictionis præstat.

vituperaverit. μέμφεσθαι de operum exactoribus adhibetur, qui si quid vitiose aut negligenter factum est, id reprehendunt et mutari jubent. Operam igitur suam, quam in vinciendo Prometheo posuerat, negat quenquam jure criminando exacturum, nisi ipse Prometheus se nimis recte vinctum esse queratur.

64, 65. ἀδαμαντίνου—ἐῤῥωμένως. *Improbum jam ferrei cunei dentem per pectus adige et firmiter affige.* Plane hujus versiculi sensum pervertit Garbitius, cum sic vertit: *clavo adamantino mandibulam pervicacem valide usque ad pectus affige.* De Promethei maxilla hic aliquem cogitare constructio verborum prohibet. γνάθος *maxilla* pro *dente* dicitur; et ut Virgilius *vomeris dentem durum* dicit, Georg. ii. 423. aut ut alibi, Georg. i. *terram unco dente recludi* ait, (quod bene Cl. Heynius de ligone intellexit) ita h. l. σφηνὸς αὐθάδης γνάθος, *des Keiles trotziges Gebiss*; graviter et ornate. αὐθάδης, pervicax, qui cedere nescit; sic fere, ut apud Homerum λᾶας ἀναιδὴς, Il. δ. 421. *violenter perrumpens*. στέρνων διαμπὰξ, *per medium pectus*, ita ut cuneus ad summum usque verticem adigatur. διαμπάξ· διόλου καθόλου, Hesychius. Atque hoc quidem unicum vulnus est, quod Prometheo infligitur: nam etsi omnes artus, manus, brachia, femora, et pedes ei alligantur, clavi tamen non ipsa membra perrumpunt, sed vincula tantum iis affiguntur. Et sapienter Æschylus hic sanguinis non meminit e vulnere manantis. Quod forte aliquis ita explicet, poëtam ex Homerica fictione diis non sanguinem, sed ichora tribuisse, quem in scena spectatorum oculis subjicere noluerit, quia fidem adhibere tali spectaculo non potuissent. Verum cum in Prometheo soluto, quod ex Attii fragmento liquet, sanguinem ex Promethei corpore ab aquila lacerato in Caucasi saxa stillare docuerit, hoc potius mihi spectasse videtur tragicus; quod ibi sanguinis effusio tantum narrabatur non in scena agebatur; hic autem, quia Prometheus ante ipsos spectatorum oculos affigebatur, si sanguinis mentionem fecisset, eum etiam profluentem videre voluissent qui in theatro sedebant. Prudens itaque poëta h. l. sanguinem silentio præterit; prudentius tamen forsan hanc scenæ particulam plane omisisset; satis enim vel absque isto cuneo, pectus perforante, ceteris membris vinctus erat Prometheus, ut se plane commovere non posset.

66. αἶ αἶ—πόνων. *Heu, Heu,* Prometheu, *ingemisco propter tuas ærumnas.* Quia cuneus per præcordia adactus incredibiles misero captivo dolores excitabat, Vulcanus ipse tenere se non potest, quin pressam parumper misericordiam cum suspirio effundat. Prometheus autem ne hic quidem ingemiscit, sed invicto animi robore tacitus se dolorum facibus urendum præbet, ne inimicis majorem cruciatibus suis illudendi occasionem offerat.

Κρ. Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ
Στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.
Ἡφ. Ὁρᾷς θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν.
Κρ. Ὁρῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων.
Ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε.

67. σὺ δ' αὖ] σὺ δ' οὖν Steph. in MS. reperit. Vulgata contextui aptior. 68. ὑπερ στένεις] ὑπερ-στένεις scribitur, ut antea v. 67. ὑπερστένω, Ald Victor. Alterum scripturam refert Rob. quam a Stanleio, Pauwio, Brunckio probatam servavimus. Post στένεις recte Steph. interrogationis notam posuit. In Ald. Rob. puncti signo distinguebatur. 69. ὄμμασιν] Hoc loco Stephanus in Cod. interrogationis notam invenit. Præstat autem hanc ῥῆσιν δεικτικῶς efferri.

67. Σὺ δ' αὖ—Στένεις; *Tu vero iterum tergiversaris; et Jovis inimicorum causa ingemiscis?* Interrogandi nota huic dicto addita majorem ei vim conciliat. αὖ κατοκνεῖς refertur ad v. 36. ubi eandem Vulcano cunctationem Robur jam exprobraverat. ἐχθρῶν pro singulari hic positum esse, neminemque alium nisi Prometheum intelligi, scite observavit Brunckius V. D. in nott. ad Bacchar. Euripidis, v. 543. Et sæpenumero hæc orationis forma apud Æschylum recurrit. Observandum tamen est, nonnunquam pluralem pro singulari ita poni, ut, quamvis de propria quadam persona, ut h. l. Promethei, intelligi debeat, simul tamen ad universum genus, cui illa subjecta est, respiciatur. V. c. hic locus Germanice sic reddi posset, *und darfst solche Feinde des Jupiter, als dieser ist, noch eines Seufzers würdigen?* Alibi vero audacius hac figura utitur Æschylus, ut cum δεσποτῶν θανάτοις, Choëph. v. 51. pro *unius Agamemnonis morte* dicit.

68. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτὲ, *vide ne tui ipsius aliquando te misereat.* Ellipsin imperativi ὅρα ante ὅπως imitatur vernacula: *Dass du nur nicht einst dich selbst bedauren musst!* Iterum τὸ Κράτος Vulcanum Jovis ira terret.

69. ὁρᾷς—ὄμμασιν. *Vides spectaculum oculis intolerabile,* θέαμα δυσθέατον· gravitatem huic structuræ Græcæ linguæ genius addit, quo substantivum cum verbo aut adjectivo verbali ejusdem originis copulare licet. Est autem δυσθέατον θέαμα, spectaculum, a cujus fœditate nemo non oculos avertere cupiat. Sic δυσθέατα πήματα, v. 696.

70. ὁρῶ—ἐπαξίων. *Nihil video nisi hunc meritas pœnas luentem.* Vehementer ferit animum admirabilis hæc duritiæ Roboris cum Vulcani misericordia compositio, quam ipsa in verbis antithesis magis illuminat. Itaque nolim post ὄμμασιν interrogandi signo distingui; quo quidem certe oppositionis vis infringatur.

71. ἀλλ'—βάλε. Ἀλλὰ h. l. ut sæpe ellipticum est; quasi dicatur: *Verum quid disputando tempus terimus! Tu potius fac lateribus catenas injicias.* μασχαλιστὴρ proprie est, ut Hesychius explicat, ὁ διὰ τῶν μασχαλῶν δεσμὸς τοῦ ὑποζυγίου, τὸ αὐτὸ καὶ μασχαλίς. Usurpatur etiam de ornamento axillarum; (Germ *Achselband*) h. l. vero transfertur ad vinculum latum, quo latera adstringuntur, fortasse quia simul axillas complectebatur.

Ἡφ. Δρᾶν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδὲν ἐγκέλευ' ἄγαν.
Κρ. Ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.
Χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.
Ἡφ. Καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ.
Κρ. Ἐῤῥωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας,

73. κἀπιθωΰξω γε πρός] κἀπιθωΰξωσι, πρὸς mendose Rob. 74. χώρει κάτω, σκέλη δὲ] χώρει, κάτω δὲ σκέλη Rob. incommode. κίρκωσον] κρίκωσον Rob. 75. πόνῳ] χρόνῳ Rob. Illud aptius. Facilitatem laboris, non celeritatem significat Vulcanus. 76. πέδας] πόδας Rob. forsan ex errore typographico.

μασχαλιστῆρας, vel iterum plurali pro singulari posito, vel duo innuuntur vincula decussatim lateribus circumjecta.

72. Pertæsus importuni flagitatoris respondet Vulcanus: *Necesse est hoc facere; itaque aufer mihi istam imperandi molestiam.*

73. ἦ μὴν κελεύσω—πρός. *Imo vero imperare pergam, et altiore voce insuper clamabo.* Novo lineamento imaginem durissimæ pertinaciæ tragicus absolvit. Petenti Vulcano, ut imperiis abstineat, respondet se clamores etiam additurum! Absolute vero hæc a Robore dicuntur, non tantum ad id mandatum, quod statim sequitur, pertinent. Itaque post κἀπιθωΰξω γε πρὸς rectius puncto, quam commate aut colo distinguitur.

74. χώρει κάτω. Non tragicæ solum scenæ dignitas, verum etiam opinio de procera deorum statura postulabat, ut actor, Promethei personam acturus, quam procerissimus esset. Apposite igitur ad ipsam actionem scenicam dictum χώρει κάτω, *descende.* κίρκωσον βίᾳ, *violenter annulo cinge.* κίρκος s. κρίκος, proprie *annulus*, ad catenas transfertur; ut *annulati pedes* ap. Apuleium i. q. compedibus vincti.

75. καὶ δὴ, *atqui jam.* πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ. Sic ap. Sophoclem Neoptolemus: Ἄναξ Ὀδυσσεῦ τοὔργον οὐ μακρὸν λέγεις, quam lectionem ibi vulgatæ μακρὰν merito prætulerunt editores quidam, in his nuper Gedickius; editione Philoctetæ Berol. 1781.

76. ἐῤῥωμένως νῦν θεῖνε, *firmiter et valide nunc affige.* Stanleius comparavit Lucianum in Prometheo: Σὺ δὲ, Ἥφαιστε, κατάκλειε, καὶ προσήλου, καὶ τὴν σφῦραν ἐῤῥωμένως κατάφερε.

διατόρους πέδας. Etsi vocabulum διάτορος alibi et ab ipso quoque Æschylo active intelligitur, v. c. v. 181. non tamen h. l. cum Stanleio aut Garbitio *penetrantes pedicas*, h. e. quæ aciebus suis saxum penetrarent, significari putem. Sed potius *perforatæ* appellantur *pedicæ*, quia foramina inerant, per quæ clavis ad saxum adactis affigerentur. Sophocles, Œdip. Tyr. v. 1044. Œdipodis *pedes perforatos* appellat διατόρους ποδοῖν ἀκμάς. Ne autem h. l. διατόρους πόδας cum Robortello legamus, prohibet superior verborum Roboris contextus. Ut enim v. 55. ψάλια, v. 64 σφηνὸς γνάθον, v. 71. μασχαλιστῆρας, v. 74. κίρκους memoravit, sic h. l. pedicarum mentionem fieri consentaneum est. Obiter monemus ut attendant tirones, quantum verborum copia delectetur Æschylus, cujus rei observatio hic ibi ad reperiendam lectionis veritatem proderit.

Ὡς οὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς.
Ἡφ. Ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.
Κρ. Σὺ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν
Ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ 'πίπλησσέ μοι.
Ἡφ. Στείχωμεν, ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει.
Κρ. Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
Συλῶν, ἐφημέροισι προστίθει. τί σοι
Οἷοίτε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;
Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα

80. τραχύτητα] θρασύτητα affert Morell. e MS. marg. Vulgatum aptius et exquisitius.

77. ἐπιτιμητὴς ἔργων est *exactor operum;* h. l. Jupiter significatur, qui nisi recte vinctum deprehendisset Prometheum, pœnas a Vulcano repetiisset. βαρὺς, *durus, acerbus.*

78. ὅμοια—γηρύεται. *Digna est faciei turpitudine linguæ tuæ petulantia,* Germ. *dein freches Maul und deine hässliche Gestalt, eins schickt sich vortrefflich zum andern.* Trucem vultum trucia verba decebant.

79. σὺ μαλθακίζου, *tu tibi serva mollitiam tuam;* odioso enim nomine Vulcani lenitatem appellat, muliebris eum mollitiæ incusans. Impudentiæ autem signum est, quod vitium sibi a Vulcano exprobratum adeo non excusat, ut potius id ultro vocabulis asperrimis designet. τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ 'πιπλησσέ μοι, *meam autem contumaciam et animi asperitatem ne exprobra mihi.* ὀργὴ vel iram, vel generatim animi affectum notat. Utrumque huic loco aptum est.

81. Scite hoc instituit Æschylus, ut Vulcanus prior discessum paret. Nolebat scilicet tam tristi spectaculo diutius immorari. Κράτος fortasse nondum abiisset; utpote quod libenter oculos inimici cruciatu pascebat. Nec prius discedit, quam verbis mordacibus misere illusisset.

Στείχωμεν ὡς κ. α. ἔχει. *Abeamus; nam omnibus jam membris irretitus est.* κώλοισιν non de *pedibus,* sed de *membris universis* intelligendum. ἀμφίβληστρον, quod proprie *rete* significat, ornate h. l. ad catenarum vincula transfertur.

82. ὑβρίζειν de omni nequitiorum genere; Germ. *hier frevle nun so weiter.* προστιθέναι γέρα i. q. ὀπάζειν, v. 8. et πόρειν, v. 954. συλᾶν, *spoliare,* h. l. de furto. ἐφημέροισι, *mortalibus,* cum contemptus quadam significatione, ut apud Aristoph. Nub. τί με καλεῖς ὦ 'φήμερε;

84. τί σοι—πόνων. Aliis verbis eandem hominum imbecillitatem crepat Chorus, v. 546. sqq.—ἀπαντλεῖν i. q. ἐκκουφίζειν. ἀπαντλοίην ἂν exponit Hesychius ἐπικουφίσαιμ' ἄν. *Quanam parte horum laborum mortales te levare possint? Seu quidnam ex his doloribus tibi exhausturos mortales existimas?*

85. ψευδωνύμως—Καλοῦσιν. Mirum in modum delectatur Æschylus ominibus et argumentis e notatione nominum seu

Καλοῦσιν. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως,
Ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσῃ τύχης.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΜΟΝΟΣ.

Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαὶ,

87. τύχης] Quidam libri teste Stephano τέχνης; quæ lectio nimis est artificiosa.

ἐτυμολογίᾳ captis. cf. quæ collegimus ad v. 723. Et h. l. quidem aptissime hæc notatio Robori tribuitur; est enim cum salsa irrisione conjuncta.

σε δαίμονες καλοῦσιν e Græcorum consuetudine nihil aliud est, nisi; *inter deos sic vocaris*. Ita apud Euripidem, καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με, i. q. *nomen meum Jocasta est*. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως, alterum hoc προμηθέως appellative quidem, sed tamen cum respectu ad nominis proprietatem intelligendum est; constructione vero copulatur cum sequenti ὅτῳ τρόπῳ, q. d. αὐτόν σε δεῖ Προμηθέως, ὃς ἂν προμηθεύοιτο ὅτῳ τρόπῳ etc.

87. ὅτῳ—τύχης. *Quo pacto te ex his malis emergas.* Metaphora in ἐκκυλισθήσῃ ab homine repetita est, qui e vado, ubi inhæserat, corpus provolvendo emergit. Ceterum comparandus v. 470. sq. ubi aliis verbis hanc consilii inopiam, quam ei Robur hic exprobat, Prometheus ipse queritur.

His dictis Robur et Vis cum Vulcano discedunt et Prometheum solitudini relinquunt. Primam tragœdi æscenam sic absolvit poëta, ut spectatores misericordia et timore perculsos, attentos etiam reddiderit ad Promethei, qui adhuc dolorem silentio pressit, orationem audiendam.

IN SCENAM II.
v. 88—113.

Prometheus postquam supplicii sui administros e conspectu abiisse videt, vocem suam ab iis exaudiri jam non posse persuasus, indignationem suam apostrophe gravi et doloris plena effundit. Mire argutantur Scholiastæ, dum causas inquirunt, cur Prometheus aërem, mare, tellurem et solem invocarit. Quem enim alium potius in hac solitudine miser alloqueretur? Deosne? At hos sibi inimicos esse sciebat. An homines? At hic longe lateque nullum erat hominis vestigium. Quid igitur aptius ab Æschylo fingi poterat, quam ut Prometheus in excelsa petra sub dio soli et ventis expositus, atque in terram, in flumina, in mare prospiciens, has naturas dolorum suorum testes invocaret, iisque, quas nec divinis nec humanis auribus deponere licebat, querelas committeret. Habet hoc natura, ut qui a vivorum colloquio interclusi sint, in magno animorum motu cum inanimatis loquantur. Speciosa igitur hæc est phantasia, et ad locum, in quo jam versatur Prometheus, scienter accommodata, quod is, qui præter aërem, aquam, terram, ignem, nullius fere naturæ commercio fruitur, quatuor illa elementa, quibus se undique cinctum et circumfusum videt, alloquatur. Itaque hic locus non mythice, sed physice interpretandus est. (Contrario modo explicanda Agamemnonis invocatio, Iliad. iii. 276. ubi Jovem, Solem, Flumina, Tellurem deosque inferos testes invocat.) Non Æther ille Poëtarum, non

Ποταμῶν τε πηγαὶ, ποντίων τε κυμάτων
Ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτόρ τε γῆ,
Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ·
Ἴδεσθέ μ', οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.
Δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισι

90. *γέλασμα*] inepte et sine causa corrigit Pauw, reponendum censens *γ' ἔλασμα*. 91. *πανόπτην*] inutilis est conjectura Stanleii *πάνοπτον*. 93. *αἰκίαισι*] *ἀνίαισι* Rob.

Oceanus, quatenus et ipse inter deos numeratur, non Tellus, dea, h. l. a Prometheo compellantur. Sed prosopopœia potius usus, ipsum aërem, cujus flatum sentiebat, flumina, quorum lapsus ex scopulo suo cernebat, mare, in quod prospectus ei dabatur, terram ante oculos positam, solem denique, cujus radiis expositus erat, alloquitur.

88. *ὦ δῖος αἰθὴρ* *aëram* significat. Epitheton *δῖος* nibil aliud est, quam *immensus*, ideoque *venerandus*, quam ob causam et *ἅλα δῖαν* Homerus appellat. Idem *αἰθέρα δῖον* vocavit, Odyss. *τ'*. 540. Nemini igitur in mentem veniat *Διὸς αἰθὴρ* h. l. substituere, quod Stanleius, si cui magis arrideat, permissurus esse videtur. Nam incommodum esset, et a Prometheo minime expectandum, Jovis nomen initio statim orationis memorari. *ταχύπτεροι πνοαὶ*, *celeres venti*, hi enim perpetuo rupem Scythicam, ad quam Prometheus religatus erat, circumflabant. *ποταμῶν τε πηγαὶ*, neque hoc ita dictum videtur, ut nibil ad scenæ conformationem pertineat. Prometheus enim in alta quasi specula constitutus flumina inde ab ipsis fontibus decurrentia oculis perlustrabat.

89, 90. *ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα*. Primum *γέλασμα*, non inusitata Græcis metaphora, de fluctuum strepitu. Stanleius quidem aliud esse vult quam *cachinnationem*; ego vero idem potius significare existimo. Nam etiamsi hic lenis tantum undarum strepitus notaretur, tamen et Catulus dixit: *Leni resonant plangore cachinni*. De Nupt. Pel. et Thet. v. 273. Sed omnino alienum ab hoc loco est, Æschylum amabilem quandam *γελασίαν*, quod Stanl. opinabatur, hic describere voluisse. Ipsa vero imago, qua maris undarum strepitus cum risu aut cachinno comparatur, Græcis familiaris fuit; ne quis in ea nimiam poëtæ audaciam, nedum tumorem quærat, propterea quod Germanicæ aut aliarum recentiorum linguarum ingenium ab ea abhorret. Nec offensionem habet *ἀνήριθμον γέλασμα* singulariter dictum; sic enim et *μύριον αἷμα* pro *multo sanguine* apud Euripidem. *παμμήτωρ γῆ*, *alma tellus*.

91. *καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ*. *Orbis solis* i. q. *sol*, periphrasi satis frequente. *πανόπτης* appellatur, sicut apud Homerum Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Iliad. *γ'*. 276. Et *πανόπτης*, *omnia cernens*, h. l. multo aptius est, quam *πάνοπτος*, quod Stanl. malebat, *omnibus visus*. Cf. etiam Homer. hymn. in Cererem, v. 70. ibique præstantissimi Ruhnkenii notam.

92. *ἴδεσθέ μ' οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεὸς*, *videte qualia, cum ipse deus sim, a diis mala patiar*. Cf. v. 29..37.

93—95. *δέρχθηθ'—ἀθλεύσω*. *Adspicite quibus plagis maceratus per infinitam anno-*

Διακναιόμενος τὸν μυριετῆ
Χρόνον ἀθλεύσω. τοιόνδ' ὁ νέος
Ταγὸς μακάρων ἐξεῦρ' ἐπ' ἐμοὶ
Δεσμὸν ἀεικῆ.
Αἶ αἶ τὸ παρὸν, τό τ' ἐπερχόμενον
Πῆμα στενάχω. πῆ ποτε μόχθων
Χρὴ τέρματα τῶνδ' ἐπιτεῖλαι;
Καί τοι τί φημι; πάντα προὐξεπίσταμαι
Σκεθρῶς τὰ μέλλοντ', οὐδ' ἐμοὶ ποταίνιον
Πῆμ' οὐδὲν ἥξει. τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ

95. ἀθλεύσω] ἀιθλεύσω MS. Ar. Rob. 98. αἶ αἶ] φεῦ φεῦ Ar. 99. πῆ] ποῖ Ar. Ox. 100. τέρματα] τέρμα Ar. Ox. Ald. Rob. 102. τὰ μέλλοντ', οὐδ' ἐμοὶ] τὰ μέλλοντα οὐδέ μοι Ald. Victor.

rum seriem laboraturus sim. αἰκία proprie notat omnia injuriæ genera, quibus corpus affligitur, v. c. verbera, vulnera, vincula. διακναιόμενος· ξεόμενος, ἢ λυπούμενος, Suidas. διακναιόμενον· διαπονούμενον, φθειρόμενον, Hesychius.

τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω non est *myriadum annorum tempus tolerabo*, ut Stanl. vertit: sed absolute ponitur ἀθλεύσω et accusativus temporis ab omissa præpositione pendet.

95, 97. τοιόνδ'—ἀεικῆ, *talia tamque immitia vincula adversus me excogitavit novus immortalium tyrannus.* ἀεικῆ δεσμὸν, *schmähliche Bande*, ut apud Homerum ἀεικεῖς πληγαί. ἐπ' ἐμοὶ, *in calamitatem meam, in damnum meum.*

In hac Promethei querela delectus verborum admirabilis est, nec ullum sine causa positum. Nam et αἰκία notat se injuria læsum, et διακναιόμενος lentos vinculorum cruciatus, quibus vita quasi intabescit, et ὁ νέος τάγος μακάρων indignationem adversus novi regis iniquam sævitiam apte significat.

98. αἶ αἶ. Hic tandem dolore victus Prometheus ingemiscit. Sed mox se ipse quasi corrigit et generosum animum confirmat.

τὸ παρὸν—στενάχω] cf. v. 25. et *præsenti et futuræ calamitati ingemisco.*

100. μόχθων τέρματα ornate pro μόχθου τέρμα. *Quando tandem horum laborum finis ac terminus exorietur?—Nec enim videt interea, qui terminus esse malorum possit, nec quæ sit pœnarum denique finis*, ut verbis Lucretii utar; iii. 1033. Similis est locus, v. 183.

101. καίτοι τί φημι. Se ipsum objurgat Prometheus; et paulisper ob malorum magnitudinem naturæ suæ oblitus, jam ad se redit. Sapienter hoc est a poëta institutum, ut illum humani generis amicum non quidem omni doloris sensu privatum, sed tamen propter animi fortitudinem pertinaciter ei resistentem fingeret. Sic malorum magnitudo, sub quibus eum laborare videmus, misericordiam, animi autem robur, quo tantam molem molestiarum sustinet, admirationem spectatoris auget.

101, 103. πάντα προὐξεπίσταμαι—ἥξει.

Αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷστα, γιγνώσκονθ᾽ ὅτι
Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ᾽ ἀδήριτον σθένος.
Ἀλλ᾽ οὔτε σιγᾷν, οὔτε μὴ σιγᾷν τύχας
Οἷόν τ᾽ ἐμοὶ τάσδ᾽ ἐστί. θνητοῖς γὰρ γέρα
Πορὼν, ἀνάγκαις ταῖσδ᾽ ὑπέζευγμαι τάλας·
Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς

108. ὑπέζευγμαι] ἐνέζευγμαι Steph. citat e MS. 109. θηρῶμαι] Canter conj. θηράσας. Nihil opus.

Omnia quæ futura sunt clare prævideo, neque mihi ullum inopinatum malum, aut non ante provisum accidet. Aliud agebat Stanl. cum hoc Pythagoricum sapere putabat. Non enim de prævisione futurarum rerum, quæ ex animi contentione ac deliberatione nascitur, sed de προμηθείᾳ, quæ in ipsius natura sita erat, loquitur. ποταίνιον *novum*, i. e. non ante provisum.

103—105. τὴν πεπρωμένην—σθένος. Sæpissime apud Tragicos et philosophos veteres hoc genus consolationis, quod ex fati necessitate petitur, occurrit. In quo si demus, parum præsidii esse ad animum recreandum et exhilarandum, iidem tamen ad animum firmandum et roborandum nullam ei vim inesse non concedimus. Apte comparavit Stanl. Euripidis Ion. 1387.

Ἀνοικτέον τόδ᾽ ἐστὶ καὶ τολμητέον,
Τὰ γὰρ πεπρωμέν᾽ οὐδ᾽ ὑπερβαίη ποτ᾽ ἄν.

Cf. apud Nostrum Theb. v. 283. Pers. 293. ἀδήριτον σθένος, *inexpugnabile robur.* ἀδήριτον· ἄμαχον, ἀκαταμάχητον, Hesychius; quæ glossa ad h. l. pertinet. Et Suidas: ἀδήριτος· ἀνίκητος.

106. ἀλλ᾽ οὔτε—τάσδ᾽ ἐστί. *Sed mihi neque tacendi neque non tacendi hanc fortunam copia est.* Silere de infortunio non poterat, quia in ipsis questibus levamentum aliquod miseriarum reperiebat. Loqui vero ei grave erat, quia ad liberationem querelis nihil proficiebat, et commemorando injurias sibi a Jove illatas magis incendebatur animus. Comparetur locus simillimus v. 197. et Sophocl. Philoctet. v. 332. ubi Neoptolemus se ab Ulysse etc. læsum Philoctetæ, quamvis falso, narrans, ait:

ὦ παῖ Ποιάντος, ἐξερῶ, μόλις δ᾽ ἐρῶ,
Ἅ γ᾽ ὠγ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών.

107, 108. θνητοῖς—τάλας. *Mortalibus enim munera ferens malis his dura necessitate prementibus miser ego subjugatus sum.* ἀνάγκαι h. l. sunt *mala inevitabilia*, *Drangsale.* ὑπέζευγμαι translatione ab equis petita, qui jugo et frenis coërcentur. Frena enim Pindarus βόεια ἀνάγκας ἔντεα appellat; Pyth. δ. 417. Inprimis autem hac similitudine Noster delectatur. Cf. v. 582. Agam. v. 226.

109. De ignis inventione Prometheo tributa cf. Excursum ad h. l. Hic tantum in grammatica interpretatione versabimur. Prometheus narrat, se ignem, quem de cœlo furatus erat, in ferula asservasse. θηρῶμαι, *venor* proprie, ad alios quærendi modos transfertur. Cantero verborum consecutio haud satis apta et nexa videbatur; unde emendandum censebat θηράσας. Verum in poëta, præsertim tragici dialogi scriptore, præfractior collocatio verborum neminem offendere debet. Πυρὸς πηγὴ κλοπαία est scintilla ignis ex igne cœ-

Πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης
Πάσης βροτοῖς πέφηνε, καὶ μέγας πόρος.
Τοιῶνδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω,
Ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΧΟΡΟΣ.

Πρ. Ἆ, ἆ, ἔα, ἔα. τίς ἀχὼ,

111. πάσης] πᾶσι, Ald. Rob. πάσης Victor. etc. recte coll. v. 7. πέφηνε] Sic MS, Ox. Ar. quod ut elegantius cum Brunckio recepimus. Priores habent πέφυκε. ex illius interpretamento natum. 112. τοιῶνδε] τοιάσδε Ald. parum apte ad sensum. 113. πασσαλευτὸς ὤν] Hoc primus dedit Victor. πασσαλευτὸς omisso ὤν, MS. Ox. πασσαλευόμενος Ald. πεπασσαλευμένος Rob.

lesti surrepta; Latine diceretur: *semina ignis furtiva.* ναρθηκοπλήρωτος est *quo ferula impletur.* Nempe mollis ferulæ medulla fomitis instar ignem alebat. Ideo πυρικοίτας appellatur νάρθηξ in Phaniæ epigrammate. (Brunck analecta vett. poëtar, tom. ii. p. 52.) Hesychius: Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς πηγήν· τὴν ἐν νάρθηκι θησαυρισθεῖσαν, παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρός.

110, 111. ἣ διδάσκαλος τέχνης Πάσης βροτοῖς πέφηνε, καὶ μέγας πόρος. *Quæ quidem scaturigo omnis generis artium preceptrix hominibus emicuit, et magnum lucrum.* πάσης τέχνης, *pæne omnium artium*, aut *diversi generis artium.* Alibi dicit: ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας, v. 254. et supra v. 7. παντέχνου πυρὸς σέλας. πέφηνε, *apparuit, emicuit*, apte de ignis inventione, cujus e flamma quasi artes exsplenduerunt. μέγας πόρος, *magnum ad multa opera perficienda et ad sublevandas vitæ nece sitates præsidium.* Socrates apud Xenophontem, Memorab. Socr. iv. 3. 7. merito inter præcipua Dei beneficia refert, τὸ καὶ τὸ πῦρ πορίσαι ἡμῖν ἐπίκουρον δὲ σκότους, συνεργὸν δὲ πρὸς πᾶσαν τέχνην, καὶ πάντα, ὅσα ὠφελείας ἕνεκα ἄνθρωποι κατασκευάζονται.

112. τοιῶνδε ποινὰς—τίνω] ἀμπλακήματα, *delicta*, non sine subamara Jovis cavillatione dicuntur beneficia humano generi tributa. Germ. *das sind nun alle meine Verbrechen, wofür ich gestraft werde.*

113. ὑπαίθριος q. d. *subdialis*, h. e. *aëri libero expositus.* v. 157. αἰθέριον κίνυγμα appellat.

Quod reliquum est, in universa hac Promethei μονολογίᾳ callide imitatus est Æschylus morem hominum, qui soli secum confabulantur. Brevia enim dicta, exclamationes, interrogationes, querelæ, suspiria ita inter se mista ac temperata sunt, ut naturam ipsam ars assecuta videatur.

IN SCENAM III.

v. 113.—284.

Chorus Oceanitidum curru alato vectus a tergo Promethei desuper scenæ appropinquat. Itaque priusquam eum oculis adspicere posset, ex odore et sono advenire aliquem suspicatur.

ἆ, ἆ, ἔα, ἔα. Arnaldus ad h. l. "Conjiciebam, inquit, ante τίς ἀχὼ etc. po-

Τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;
Θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη;

114. Arnald. animadv. crit. p. 179. Choro tribuit hos versus Τίς ἀχὼ—κεκραμένη. 116. Θεόσυτος] Sic Ar. Stanl. Brunck. Θεόσσυτος Ald. Rob. Victor. Turn. κεκραμένη] κεκραμμένη Ar. Rob.

nendum esse Χορὸς, et ante Ἵκετο etc. Προμηθεὺς, et quidem ob hanc rationem, quod optime Choro conveniant, quæ ei attribuimus, verba; audito enim Promethei ejulatu, ἆ, ἆ, ἔα, ἔα, in has erumpit voces: τίς ἀχὼ τίς ὀδμὰ etc. *quis sonus, quis odor voce carens ad me advolavit, divinusne an humanus, an mixtus?* Prometheus autem conspecto Choro mox inquit: ἵκετο τερμόνιον etc. Venit *ad ultimum montem spectator meorum laborum, aut aliquid volens*? Dein Chorum ipsum alloquitur his verbis: *Videte me Deum infelicem saxo alligatum.* Aliquod pondus, præter dictas rationes, nostræ distinctioni personarum addit, quod in iis, quæ Choro tribuimus verbis, sit ὀδμὰ, vox pura puta dorica, pro vulgari ὀσμὴ, pro qua tamen etiam apud Atticos scriptores reperias ὀδμή. Dorismus vero extra Chorus in dramatibus raro locum habet." Sed erravit Arnaldus, ut recte jam Pauwius monuit, et parum diligenter textum Æschyli inspexit. Nisi enim hæc Promethei verba essent, τίς ἀχὼ etc. quomodo v. 125. dicere potuisset, τί ποτ' ΑΥ κινάθισμα κλύω? Illud αὖ aperte prodit, se jam semel sonum quendam auribus accepisse. Argumentum autem ab unico doricæ dialecti vocabulo petitum, parum roboris habet; et si pertinacius ei insistere liceret, facile tamen convelleretur. Quidni enim ὀδμὴ scriptum ab Æschylo arbitraremur, quod postea in ὀδμὰ mutatum sit a librariis? Itaque tota hæc oratio a v. 113 —127. Promethei est; nec prius quam v. 128. incipit Chori canticum.

114. τίς ἀχώ. Perceperat nempe Prometheus e longinquo currus alati, quo Nymphæ per aërem advehebantur, sonitum.

115. τίς ὀδμά. Notæ sunt ex Homero vestes mulierum odoratæ, εἵματα θυώδεα, Odyss. φ'. 52. notum est ἀμβρόσιον Veneris πέπλον, Iliad. ε'. 338. notum denique quomodo se apud eum Juno Jovis complexibus paret, et quo pacto

Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος
Λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Iliad. ξ'. 170. sqq.

Sine dubio igitur Æschylus advenientes Nymphas e vestibus et capillis ambrosiæ odorem spargere finxit, cujus ad Prometheum usque dulcis aura spiraret. Hallucinatus autem est Arnaldus, cum ἀφεγγὴς vertit: *voce carens.* Nihil aliud significare potest, quam *invisibilis* aut *obscurus.* Pauwius intelligit *obscuram, dubiam,* quam scilicet, unde veniret, Prometheus non assequeretur. Haud male quidem; sed simplicius et verius arbitror, sic exponere, ut sit *invisibilis*, hoc est qui ab aliquo, quem nondum oculis adspicere posset, veniret. προσέπτα, *advolavit,* tam de sono, quam de odore dicitur. Notum est Plautinum illud: *Vox mihi ad aures advolavit,* Amphitr. i. 1. 169. Ceterum huic loco haud absimilis est Sophocleus, Philoctet. v. 204.

116. Θεόσυτος—ἢ κεκραμένη. *Num a deo quodam, an ab homime, an ab heroë venit?* κεκραμένη enim *mixta*, ad semideum genus pertinet. " Ex Schola Pythago-

Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον;
Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
Ὁρᾶτε δεσμώτην με δύσποτμον θεὸν,
Τὸν Διὸς ἐχθρὸν, τὸν πᾶσι θεοῖς
Δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ', ὁπόσοι
Τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν,
Διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν.

117. τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον] τερμόνιον ἐπὶ πάγον Ald. Rob. Victor. τις metro et sententia postulante auctore Pauwio inseruimus, quod et Brunckius fecit. 120. θεοῖς] θεοῖσι Ald. Rob. 122. εἰσοιχνεῦσιν] εἰσοιχνεῦσι Ald. εἰσιχνεῦσι Ar. Rob. 123. φιλότητα βροτῶν] φιλότητα τῶν βροτῶν Ar. Ox. Ald. Rob. invito metro.

ræ, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαύους—οὗτοι, inquit, ἦσαν τὸ μέσον γένος τῶν λογικῶν οὐσιῶν, οἱ μετὰ θεοὺς τοὺς ἀθανάτους τὴν ἐφεξῆς πληροῦντες χώραν προηγοῦνται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ συνάπτουσι δι' ἑαυτῶν τὰ ἔσχατα τοῖς πρώτοις.—Totum hoc genus hanc ob causam *medioxumos* deos vocarunt Romani veteres." Hactenus Stanleius. Conf. Cl. Tiedemann *Griechenlands älteste Philosophen* p. 401. Ceterum hæc melius ad priora quam e Stanleii sententia ad sequentia referuntur.

117. Ἵκετο—πάγον. *Numquis ad extremam hanc rupem accedit?* Ita rectius vertas, quam; *ecquis ad rupem venit?*

118. πόνων ἐμῶν θεωρὸς, hæc verba conjecturam potius, quam interrogationem exprimunt. ἢ τί δὴ θέλων, *aut quid tandem aliud velit*. Germanice sic totam ῥῆσιν verti velim: *Kömmt jemand hieher an diesen äusersten Felsenhang? Doch wol mich leiden zu sehn, denn wozu käm er sonst?*

119. ὁρᾶτε, *Vos quicumque estis videte quæso*. Nondum enim Prometheus, cum ista dicebat, Nymphas oculis viderat. Imperativus autem est ὁρᾶτε, non indicativus, ut Stanl. putabat. Cf. v. 140. 304. *Videte quæso*, pergit, *vinctum me, infelicem deum, Jovi invisum, omnibusque diis exosum, quotquot Jovis aulam ingrediuntur, propter nimium hominum amorem.* Διὸς ἐχθρὸν sic interpretor, *quem Jupiter hostem suum declaravit, quique adeo ejus odium atque inimicitiam suscepit.* Hoc et sequentia postulant, et aliis locis consentaneum est, v. 37. 981. et hoc argumento confirmatur, quod ubique Prometheus se non læsisse Jovem, sed bene de eo meritum esse profitetur. δι' ἀπεχθείας ἔρχεσθαι, *in odium incurrere*. Eurip. Phœniss. v. 482. καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών· ubi conf. quæ doctiss. Valckenarius disputavit. Comparat præterea Morellus: Eurip. Hec. 850. Hippol. 1164. Orest. 775. Androm. 416.

121, 122. ὁπόσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν, secundum Homerum, Iliad. α'. 606. sqq. et Odyss. δ'. 74. εἰσοιχνεῦσιν Ionice pro εἰσοιχνοῦσιν, ut apud Homerum, Od. ί. 120. Hic ibi enim Æschylus Ionismos intermiscet.

Ceterum periphrasis illa, *qui Jovis aulam ingrediuntur*, simul innuit, eos a Jovis partibus stare, deosque cœlestes a Titanibus, Jovis adversariis, discernit. Fieri etiam potest, Garbitio observante, ut hæc cum indignatione adversus reliquos deos dixerit, qui omnes Jovis asseclæ se deseruerint. Cf. v. 980.—984.

123. διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν,

Φεῦ, φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω
Πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς
Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.
Πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον.
Χο. Μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις στρ. α'.
Πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις
Προσέβα τόνδε πάγον, πατρῴας
Μόγις παρειποῦσα φρένας.

128. τάξις] commate aut puncto distinguunt Edd. ante Brunck.

propter nimium hominum amorem; a quo eum Chorus avocare studet v. 507. μὴ νῦν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα etc.

124. Cum jam propius accessisset Chorus, Prometheus, qui paulò ante confusum tantum ambiguumque sonum perceperat, jam alarum clangorem auribus distinguebat.

φεῦ, φεῦ, τί ποτ'—οἰωνῶν. *Væ, væ, quemnam tandem iterum audio avium strepitum in propinquo volantium?* αὖ particula cum verbo κλύω conjungenda, refertur ad sonum illum obscurum paulo ante auditum v. 114. κινάθισμα strepitus ex motu. κινάθισμα· κίνημα πλήθους, Hesych. Germ. *Was hör ich da wieder für Vögel schweben?*

125, 126. αἰθὴρ—ὑποσυρίζει. *Aër levibus alarum verberibus perstrepit.* Nondum cum hæc dicebat, oculis ejus Nymphæ occurrebant, a tergo sic appropinquantes, ut deinde a latere scenæ currus earum a Prometheo conspici posset. ῥιπαὶ πτερύγων ut ap. Virgil. Æn. xii. 876. *ne me terrete timentem, obscœnæ volucres: alarum verbera nosco.* ὑποσυρίζω apte exprimit sibilum vel stridorem a corporibus quæ per aërem feruntur excitatum. Non magis ob audaciam dictionis in Choricis admirandus est Æschylus, quam ob verborum proprietatem in interlocutorum partibus laudandus.

127. πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον, *omnia quæ mihi appropinquant, formidabilia.* ut ap. Sophocl. Ajac. v. 228. ὤ μοι φοβοῦμαι τὸ προσέρπον. Sed ibi significat: *metuo futura,* h. l. autem magis proprie ponitur. Quæri autem potest, quid sit, quod Prometheus h. l. fateatur, sibi quæcunque appropinquent, metum injicere, cum paulo ante dixisset, se omnia clare prævidere, nihilque sibi inopinatum accidere posse. Respondere licet, Prometheum summam quidem eventuum, non autem singulas eorum partes prævidisse. Itaque etsi animum ad gravissima mala subeunda bene præparatum habebat, non tamen quo loco, quo tempore, quibus causis ea eventura essent, præsagiebat animus; ideoque omni timore se liberare non poterat, ita tamen, ut ex eo se citò colligeret, ac nunquam succumberet.

128. Chorus ultima verba Promethei audierat, eaque statim sic excipit, ut nihil a se timendum esse dicat.

μηδὲν φοβηθῇς, *noli quicquam timere.* v. 128—131. φιλία γὰρ—φρένας, *amica enim hæc sodalitas alterno celerum alarum remigio ad hunc scopulum accessit, animo paterno ægre persuaso.* θοαὶ πτερύγων ἁμίλλαι, *celeres alarum alternationes.* Sunt qui hæc ita interpretentur, ipsas Ocea-

Κραιπνοφόροι δ' ἐμ' ἔπεμψαν αὖραι.
Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων,
Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ·

133. ἄντρων] ἄντρων μυχὸν Ald. Rob. Victor. ἄντρων sine μυχὸν Turn. μυχῶν affert Morell. Causam lectionis μυχὸν recte divinavit Brunckius; imperito eum librario adscribens, cui διήκειν aut διάσσειν non alium quam quartum casum adsciscere videbatur. 134. θεμερῶπιν] θερμερῶπιν Schol. Ald. Rob. probante Stephano. θεμερῶπιν Vict. in quod postea Bentleius conjectura incidit Epist. ad Mill. p. 76. θεμβρῶπιν Turn. Hesychius θεμερόπιν legisse videtur; nisi apud eum pro Θεμερόπις legendum Θεμερῶπις.

nitides alatas fuisse, adeoque propriis alis advolasse; nos autem de alis currui, quo vehebantur, adaptatis capimus. Cf. v. 135. 272. 279. sq. *φιλία τάξις*, *amica*, scil. tibi *cohors*. Quod se patri ægre persuasisse dicunt, ut iis commeatum daret, id e vetere sexus muliebris, virginum inprimis disciplina judicandum. Sic pædagogus Antigones apud Euripidem, Phœniss. v. 89. sqq. viam circumspicit, verens ne quis in publicum prodeuntem regis filiam vituperet.

132. *κραιπνοφόροι δ' ἐμ' ἔπεμψαν αὖραι*, *veloces autem nos auræ comitatæ sunt*. Secundus nimirum ventus currus aliferi cursum accelerabat. *πέμπειν* h. l. pro *προπέμπειν*.

133. *κτύπου—ἄντρων*. *Sonus enim ex ferri stridore in antrum usque nostrum penetravit*. Scilicet jam antequam Prometheus affigeretur, Oceanitides earumque pater Oceanus fama audierant, quonam supplicio ignis divisorem Jupiter affecturus esset. Itaque cum jam ingentem ferramentorum stridorem audiissent, ilico Prometheum a Vulcano jam affigi colligebant; ideoque misericordia compulsi virginalem pudorem excutiebant, patremque, ut sibi miserum cognatum visere liceret, exorabant. Quodsi mera eos curiositas ad iter hoc faciendum impulisset, ridiculum sane fuisset victi pudoris mentionem facere; rem enim parum decoram excusatione magis etiam indecora defendissent. Sola erat et justa hujus peccati excusatio, quod amici causa peccavissent. Verum enim vero ex prima Oceani oratione v. 284. sqq. certe perspicitur, eum sic ad Prometheum accedere, ut quo in statu eum deprehensurus esset, jam antequam iter susciperet, haud ignoraverit.

διῆξεν ἄντρων a διαΐσσω. Pro ἀΐσσω Atticos semper ᾄσσω seu ἄττω aut ἄσσω dissyllaba pronuntiare docuit Piersonus, ad Mœrin. Att. p. 301. ut Abreschii dubitatione facile careamus, qui prolixa ad h. l. observatione efficere studuit, διῆξε potius legendum, idque aut a διήκω aut a διάττω derivandum esse. In aliquot codicibus certum est abesse Iota subscriptum. Quis autem sola codicum auctoritate de unico puncto, rectene positum sit an secus, decernere audeat? Suffecerit igitur nobis διῇξεν h. l. ad violentiam designandam aptius, ideoque magis poëticum esse, quam διήκειν.—Ceterum mallei ictus tantum strepitum excitasse, ut in antro Nympharum Oceanitidum exaudiri potuerit, neminem offendet, qui malleum hic a Vulcania manu versatum cogitaverit, et immanes Neptuni clamores, et tellurem sub deorum incessu trementem, ex Homero, imo Ætnam impositis Cyclopum incudibus gementem, e Virgilio commeminerit.

134. *ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ*. *Et excussit mihi amabilem verecun-*

Σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.
Πρ. Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ,
Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα,
Τοῦ περὶ πᾶσάν θ' εἱλισσομένου
Χθόν' ἀκοιμήτῳ ῥεύματι παῖδες

136. αἶ] bis tantum ponitur Rob. Turn. ter Stanl. quater autem legendum esse vidit Heath. ut sit basis anapæstica. Ita Cod. Reg. B. 138. εἱλισσομένου] ἑλισσομένου Schol. Rob.

diam. Perperam Garbitius verterat: *et perculsit animum meum solidæ honestatis amantem;* quod nec verborum structura, nec loquentium sensus admittit. Significant enim Oceanitides, se benevolentiæ in Prometheum hoc dedisse, ut pudore virginali posthabito huc proficiscerentur. θερμερῶπιν, quod vulgo legebatur, sic explicabant: *pudorem, qui faciei calorem et ruborem inducere solet.* Bentleius autem optime restituit lectionem θεμερῶπιν ex Hesychio; cujus hæ sunt glossæ: Θέμερον, σεμνόν. Θεμερῶπις, ἐρασμία, αἰσχύνη, ut recte Sopingius emendavit pro vulg. ἀγχόνη. Itaque θεμερῶπις αἰδὼς i. e. quod Germani dicimus *die holde Schaam.* Et quoniam θεμερόφρονας idem Hesychius interpretatur συνετοὺς, σώφρονας, simul ad σωφροσύνην, cujus pudor quasi custos est, respicere potest epitheton θεμερῶπις. ἐκπλήσσειν τὴν αἰδῶ, *verecundiam excutere*, ut Latini quoque in prosa dicunt, v. c. Seneca Ep. 11. quem Stanl. laudavit.

135. σύθην pro ἐσσύθην. Sensus: *celeriter advenimus.* ἀπέδιλος præ festinatione *calceis relictis.* Sæpius enim, qui properabant, discalceati aut discincti prodire solebant; quem ad morem poëtæ haud raro alludunt. Vide quos comparavit Stanl. Bion. 1. 21. Theocrit. 24. 36. Sophocl. Electr. 877. Horat. Sat. 1, 2, 132.

ὄχῳ πτερωτῷ. Hæc verba non de singularum Nympharum alis, sed de *curru alifero*, Ovid. Fast. 4. 462. capienda esse, primum nobis persuadet solennis mos tragicorum, deos in machina quadam, quæ currum simulabat, in scenam producendi. Sic apud Æschylum in Eumenidibus Minerva curru per aërem advehitur; apud Euripidem Medea curru draconibus alatis juncto aufugit. Deinde non video, si Æschylus Oceanitidas ipsas per aërem volantes repræsentare voluisset, quomodo pro iis, qui tum erant, artis mechanicæ finibus, architectus, qui apparatum scenæ curabat, id efficere potuisset; præsertim cum Nymphæ non statim post introitum, sed versu demum 277. pronuntiato in solum se demitterent, ut adeo se eum ad finem in aëre librare debuissent. Accedit, quod multo planius ac simplicius est ὄχον πτερωτὸν de *curru alato*, quam de alis singularum Nympharum intelligere. Denique verba Promethei v. 272. et Chori v. 281. 282. non sinunt nos de alis cogitare, quod ibi videbimus. Utrum vero ipsum tantum currum alis moveri finxerit Æschylus, an eum, quod Heathio placet, ab avibus tractum theatro repræsentaverit, certo definire non ausim.

137. πολύτεκνος dicitur Tethys, quia magnum liberorum numerum Oceano pepererat, quos recenset Hesiodus in Theogonia, v. 337. sqq.

138—140. τοῦ περὶ—Πατρὸς Ὠκεανοῦ. *Et patris Oceani terram irrequieto flumine cingentis filiæ.* Secundum veterum opinionem Oceani flumen totum terrarum

Πατρὸς Ὠκεανοῦ· δέρχθητ', ἐσίδεσθ'
Οἵῳ δεσμῷ προσπορπατὸς,
Τῆσδε φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις
Φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω.
Χο. Λεύσσω Προμηθεῦ. φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ἀντις. α'.

140. ἐσίδεσθ'] ἐσίδεσθέ μ' Ar. Ox. Ald. Rob. 141. προσπαρτὸς Ox.

orbem coronæ instar ambire, tralatitium est. Æschylus autem Oceanum deum ab cognomine mari diserte distinguit, cf. v. 300. Ἀκοίμητον ῥεῦμα appellatur mare, cui Oceanus præsidet, propter perpetuum motum; et ab hoc fonte sine dubio fluxit nobilis Homeri phantasia, qua Somnum sic loquentem inducit, Iliad. ξ'. 245. ut Oceanum in soporem dare magnum opus ac difficile esse significet.

140. δέρχθητ', ἐσίδεσθ'. Synonyma hæc vehementiam commoti animi produnt.

141. οἵῳ δεσμῷ. Singularis pro plurali positus ad variandam orationis formam conducit.

προσπορπατὸς proprie *affibulatus*, ut supra, v. 61. πορπάζειν. Nobis alia metaphora sic idem eloqui licet: *In welche Fessel eingestrickt.*

142. τῆσδε—ἄκροις. *In summis hujus præcipitii scopulis*, Germ. *auf den obersten Klippen dieser Felsenbucht.*

143. φρουρὰν ὀχεῖν, *excubias agere*, coll. v. 31. gravi metaphora et loquentis conditioni aptissima. φρουρὰ ἄζηλος, quam propter miseriam ei nemo invideat, nemo pro eo obire velit.

144—148. λεύσσω—λύμαις. *Videmus Prometheu; et oculis nostris horrore coorta offunditur nebula lacrymarum plena, cum corpus tuum hic ad petram videmus ferreis his noxis intabescere.* Hic locus fuerit, eos qui recentes ad Tragicorum lectionem accedant admonere, in Chori canticis, utpope quæ lyrico spiritu inflentur, graviorem linguæ sonum, nova vocabula, metaphoras audaciores, et flumen orationis liberius se jactans neminem offendere debere. Itaque nisi ubi a veritate imaginum aut sensuum poëtam discessisse argui potuerit, nemo ei elatum et magnificum dicendi genus, præsertim in Choricis, vitio vertet. ὁμίχλη προσῇξε de lacrymis, imagine naturam æmulante. Lacrymæ enim obortæ quasi nebula, aut velo oculos obducunt, eorumque luminibus officiunt. προσᾴσσειν vehementiam prorumpentium lacrymarum designat. Id occasioni aptissimum est. Etiamsi enim lacrymas cohibere voluissent Nymphæ, magnitudo tamen malorum Promethei, eas vel invitis expressisset. Nec dubito quin apte positum sit, ὁμίχλη πλήρης δακρύων; etsi enim ipsæ hanc nebulam lacrymæ efficiunt, tamen eodem modo *nebula lacrymarum plena* probabiliter dicetur, quo *nubes pluviæ plena* offensionem non esset habiturum. φοβερὰ vero, quia ob metum et angorem de Promethei fortuna lacrymæ prorumpunt. Non enim interpretor *horrenda*, (si enim hunc tantum sensum admitteret φοβερὰ, legendum potius censerem δνοφερὰ,) sed ex *horrore coorta*. Germanice locum ita vertendum puto: *und ein banges Thränenwölkchen drängt sich in unser Aug' empor.* Ut autem Æschylus nebulæ similitudinem ad lacrymas transfert, ita Sophocles, Antig. 532. et Euripides, Hippol. v. 173. in eadem re νέφος usurpant, hoc tamen discrimine, ut ista metaphora frontem obnubilatam designent, e qua tamquam ex nube lacrymæ stillent. Si quis vero in interpretatione poëtarum difficilia potius et ardua quam plana et

Ὀμίχλη προσῆξε πλήρης
Δακρύων, σὸν δέμας εἰσιδούσῃ
Πέτρᾳ προσαυαινόμενον
Ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.
Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου,
Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει,

146. δακρύων, σὸν δέμας] vitio operarum bis positum Ald. εἰσιδούσῃ] εἰσιδοῦσι scriptum in quibusdam exemplaribus refert Schol. 147. πέτρᾳ] post Brunckium, qui hanc lectionem réperit in Cod. Reg. A. recepimus, quia concinnius est, quam, quod in ceteris Codd. et Edd. legitur, πέτραις. 148. ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις] ταῖς ἀδαμαντοδέτοις λύμαις, adversus metrum. Ald. Rob. Vulgata venit a Victorio. 150. ν. δὲ νόμοις] ν. δὲ δὴ νόμοις Ald. Rob. metro repugnante. νεογμοῖς δὲ νόμοις Ox.

simplicia sectetur, ei forte in mentem venerit, ὀμίχλην sic explicare, ut ad umbram, quæ, oculis e propinquo aut instante animi deliquio offundi solet, referatur; ita Chorus propter adspectum Promethei miseriarum, se tantum non animo linqui lacrimasque simul oboriri significaret; Homerus enim ὄσσε νὺξ ἀμφικάλυψεν de animi deliquio ponit. Enimvero talibus argutiis nos quidem non delectamur.

σὸν δέμας, ut Latini *corpus tuum, animum tuum,* loco pronominis personalis simpliciter positi. Germ. *da wir dich hier an dem Felsen schmachtend* etc. προσαυαινόμενον πέτρᾳ i. q. *huic petræ* affixum et *exurescentem.* Vim compositionis assequi nec latinus sermo, nec recentiores linguæ possunt. Est idem ac αὐαινόμενον πρὸς τῇ πέτρᾳ. Exarescere autem dicitur Promethei corpus, partim e solis ardore, cf. v. 22. partim propter tabem ex diuturna miseria. Inest enim h. v. respectus ad futurum tempus. ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις felici audacia positum, pro ferreis catenis noxam inferentibus. Sicut apud Terentium, *exit fundi nostri calamitas,* i. e. q. exit meretrix fundo nostro calamitosa, sic recte et graviter catenæ λύμαι i. e. *noxæ, corruptelæ* vocantur, etsi hunc tropum vernacula vix imitari potest. Sed omnino velim tirones notent, metaphoram, allegoriam, aut quemcunque tropum in Græco aut Latino scriptore pro linguæ ingenio pulcherrimum esse posse, quem tamen verbotenus in linguam recentiorem transfundere non liceat. Idem in comparatione cultiorum, quæ hodie florent, Europæ linguarum sæpenumero observatur. Graviter et ornate, quis neget? Klopstockius noster crucis supplicium nominat *den langsamen Tod der eisernen Wunden.* Fac id ad verbum Gallice verti, omnes credo Parisii et quantum est in Gallia hominum venustiorum reclamabunt, id inepte dictum esse, ferri posse negabunt. Itaque hoc semel monitum sit, ne quis Æschylum propter tropos a Teutonicæ linguæ ingenio abhorrentes temere vituperet. ἀδαμαντόδετος nihil aliud est quam supra, v. 6. ἀδαμάντινος.

149. νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου, *novi enim gubernatores obtinent Olympum,* plurali hic pro singulari posito, non sine quadam amaritudine. Sic et nos: *denn itzt sitzen neue Herren am Ruder,* quamvis de uno tantum sermo sit. οἰακονόμοι frequens metaphora, quæ Sept. ad Theb. v. 2. 3. latius circumscribitur. Sic οἰακοστρόφος v. 515.

150. νεοχμοῖς—κρατύνει. *Et novis legibus Jupiter haud legitime imperat.* ἀθέτως recte restituit Bentleius ex Hesychio; qui id interpretatur: ἀθέσμως, οὐ συ-

Τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἰστοῖ.
Πρ. Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν τ' Ἅιδου
Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον
Τάρταρον ἧκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις
Ἀγρίως πελάσας, ὡς μήτε θεὸς,

ἀθίτως] ἀθίσμως omnes Codd. et Edd. ante Bentleium, qui (ep. ad. Mill. p. 66.) antiquam lectionem esse docuit ἀθίτως. Hesychius enim: Ἀθίτως, ἀθίσμως, οὐ συγκατατιθεμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. Pauwii conjectura ἀθίτα vel ἀθίσμα jam nihil egemus. 154. ἧκεν] Stanl. conj. ἴκεν. 155. ἀγρίως] al. ἀγρίοις teste Steph. Illud elegantius. μήτε] μήποτε Ald. Rob. Vulgatum dedit Victor. ὡς μήτ' ἂν θεὸς conj. Heath. ita ut θεὸς in unam syllabam contrahatur. Verum γκατατιθεμένως; adeoque hoc vocabulo significatur Jovem imperium absque auctoritate et consensu reliquorum deorum obtinere. Hæc tamen cum narratione Promethei v. 218. 229. 230. ægre conciliantur. Itaque hunc versum, levi mutatione, sic corrigendum esse arbitror:

Νεοχμοὺς δὲ νόμους Ζεὺς ἀθίτως κρατύνει,

novas enim leges Jupiter sancit non legitimo modo, sine reliquorum deorum suffragio. Sic optime νεοχμοὺς νόμους κρατύνει opponitur sequentibus τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἰστοῖ. Accedit quod sic tautologia evitatur; nam v. antecedente jam dixerat Jovem regnare, κρατεῖν Ὀλύμπου; itaque si h. l. κρατύνειν intransitive positum esset, bis idem dixisset Æschylus, cujus vitii propter admirabilem, qua floret, verborum copiam, et ubertatem, sine summa necessitate non est insimulandus. κρατύνειν νόμους, *leges firmare*. q. *firmiter sancire*.

151. τὰ πρὶν δὲ πελώρια. Recte Stanleius pristinas Titanum leges, quæ Jupiter jam antiquet, significari videt. πελώρια alias *magna*, *admiranda*, h. l. *sancta* et consequenter i. q. νομιζόμενα denotat. αἰστοῖ *abolet*.

152. εἰ γὰρ non equidem cum doctissimo Brunckio h. l. *utinam*, sed potius *imo vero si* verterem. Est enim elliptica orationis forma, et post ἐπεγήθει reticentur verba facile supplenda, v. c. *ferendum fuisset*, vel similia. Id Germani examussim imitantur, e. c. hunc locum ad verbum, bene tamen Germanice, sic reddere liceat: *Ja wenn er mich noch unter die Erde in den Tartarus gesteckt hätte;—So aber* etc.

153. Sub terra Orcus Plutonis regia, et sub Orco demum Tartarus esse fingebatur. Ad hanc normam Æschylus, ubicunque de Tartaro loquitur, fabulam dirigit. Aptum vero est, quod in Tartarum potius se dejectum esse optat, cum propter eam, quam ipse affert, causam, tum propterea quod eo reliquos Titanas fere omnes Jupiter incluserat.

νεκροδέγμων dicitur Orcus, quia omnes mortuos excipit; alibi πάνδοκος v. c. Sept. adv. Theb. 862. Εἰς ἀπέραντον Τάρταρον, *in immensum Tartarum*.

154, 155. δεσμοῖς ἀλύτοις Ἀγρίως πελάσας. Catenarum et vinculorum duritiam ait se deprecaturum non fuisse, si eum Jupiter in Tartarum potius dejicere voluisset. μήτε θεὸς μήτε τις ἄλλος periphrastice pro οὐδείς. Sed hæc periphrasis affectum orationis decet. Aptum vero est, quod non dicit μήτε θεὸς μήτε βροτὸς, nam pro tanta, cujus sibi conscius erat, erga homines benevolentia, eos ex malis suis fructum lætitiæ capturos esse, credibile non erat.

155, 156. ὡς—ἐπεγήθει. " Minime.

Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγήθει·
Νῦν δ' αἰθέριον κίνυγμ' ὁ τάλας
  Ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα.
Χο. Τίς ὧδε τλησικάρδιος — στρ. β'.
Θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;
Τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς

particulam ἂν hic necessariam esse recte negat Brunck. 156. ἐπεγήθει] ἐπιγεγήθῃ Rob. 157. κίνυγμ'] κήνυγμ' in quibusdam Codd. reperit Steph. atque sic est in Turn. Lectio satis antiqua videtur, si modo ad hunc locum pertinet glossa Hesychii : Κήνυγμα τὸ κενὸν τοῦ σώματος, οἷον σκιὰ καὶ εἴδωλον, φάντασμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρεῖον. 158. ἐχθροῖς] ἐχθροῖσιν Rob. ἐπίχαρτα] ἐπίχαρμα Ox. Ald. Rob. ἐπίχαρτα e Victor. ed. in ceteras fluxit ; idque cum πέπονθα melius construitur.

Brunckius inquit, audiendus Heathius, reponens ὡς μήτ' ἂν θεός. Legitimam particularum ὡς, ὅπως, ἵνα, significantium ut, cum imperfecto vel aoristo indicativi constructionem, licet non rara sint illius exempla, ignoravit vir doctus, metri quam linguæ peritior, nunquam sine naufragio ad hunc scopulum navem appulit. Infra, v. 755. ὅπως πέδῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων ἀπηλλάγην, emendat ἀπαλλαγείην. In Soph. Œd. Tyr. 1391. ἰὼ Κιθαιρὼν, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν—*quid acceptum me statim non interfecisti ne ostenderem me hominibus.*—Electr. 1134. ὅπως θανὼν ἔκεισο. Quæ loca etiam perperam sollicitat. Noster, Choëph. 139. ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην." (Vide Musgravium ad Eurip. Phœniss. 216. Valckenarium ad Hippol. 928. et diatr. in Eurip. fr. p. 149.) Hactenus vir doctissimus.

157. αἰθέριον κίνυγμα. Hesychius, cujus glossam inter V. L. descripsimus, κήνυγμα legit. Id Pauwio unice placet, quia κίνυγμα, quod *motaculum* interpretatur, in conditionem Promethei vincti non cadat. Sed verum est κίνυγμα, quod vidit Stanl. a κινύω, ut ab αἰθύσσω, αἴθυγμα.—Est autem αἰθέριον κίνυγμα, quicquid sublime in aëre pendet, ventorum ludibrium ; Germ. *ein luftiges Gaukelspiel.* Non enim hic putide urgenda est origo vocabuli. Eodem modo αἰώρα apud Lycophronem ponitur, cujus locum etiam propter argumenti affinitatem transcribimus :

Σήταια τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος
Μίμνει δυσαίων, ἔνθα γυιούχοις πέδαις
Οἴκτιστα χαλκείῃσιν ὀργυιωμένη
Θανῇ, πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον
Ἔκβλητον αἰάζουσα Κράθιδος πέλας
Τόργοισιν αἰώρημα φοινίοις δέμας.

h. e. Tibi vero, misera Setæa, mors ad petram infelix impendet, ubi tenacibus compedibus æneis deligata miserrime morieris, combusta dominorum classe, expositum lugens prope Crathidem corpus, vulturibus cruentis suspensum. Eustathius ad Iliad. δ'. 281. p. 360. lin. 16. ed. Frob. τῷ δὲ κινύω αὖθις παράγωγον τὸ κινύσσω· ἐξ οὗ παρ' Αἰσχύλῳ αἰθέριον κίνυγμα, τὸ αἰέριον εἴδωλον.

158. ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα, *ea patior quæ inimicorum oculos pascant.* ἐπίχαρμα, χάρμα ᾧ τινι χαίρει τὶς, καὶ ὁ ἐπίχαρτος. *Hesych.*

159, 160. τίς—ἐπιχαρῆ; *Quis deorum tam durum et ferreum habeat animum, ut ei hæc lætabilia sint?*

161, 162. τίς οὐ—Διός. Gradatio a minori ad majus. *Quis non potius mala*

Τεοῖσι, δίχα γε Διός; ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ
Θέμενος ἄγναμπτον νόον,
Δάμναται οὐρανίαν γένναν·
Οὐδὲ λήξει πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ,
Ἢ παλάμᾳ τινὶ τὰν δυσάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν.
Πρ. Ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ, καίπερ κρατεραῖς

163. Cum hic versus antithetico suo, qui est v. 182. non satis respondeat, cujus metrum est υυυ | υ- | υ- | υ- | ; Arnaldus emendavit θήμενος ἄγναμπτον τὸν νόον; Pauwius τιθέμενος ἄγναμπτον νόον, quod melius. Morelli enim ratio θέμενος τὸν ἄγναμπτον νόον ferri nequit.

tua commisereatur, si nimirum a Jove discesseris! γε h. l. est *scilicet;* Germ. *den Jupiter freilich ausgenommen.*

162—164. ὁ δ' ἐπικότως—γένναν. *Hic enim semper iracundus inflexibili ingenio obsequens Cœli posteros domat;* θέμενος ἄγναμπτον νόον, *possidens animum inflexibilem.* ἐπικότως δάμναται οὐρανίαν γένναν, iratus semper scilicet ob bellum adversus se gestum Titanas domat: qui sunt Οὐρανοῦ καὶ Χθονὸς τέκνα coll. v. 285. Nisi vero, quod mihi quidem magis arridet, οὐρανίαν γένναν de omnibus diis cœlestibus intelligendum est; tum ἐπικότως non *iracunde* significaret, sed tantum *severe, morose;* ac sensus hic verborum exoriretur: *ille autem acerbum et severum in cœlestes deos imperium exercet.*

165, 166. sq. οὐδὲ λήξει—ἀρχάν, *nec prius desinet, quam aut animum expleverit, rit, aut ei dolo aliquo imperium occupatu difficile aliquis eripuerit.*

167—171. ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ—ἀποσυλᾶται. *Profecto me olim, quamvis nunc firmis compedibus vexato, opus habebit deorum rex, ad indicandum ei novum consilium quo sceptro et honore spoliabitur.* Id consilium hic subobscure et ambigue Prometheus indicat; in quo magna cernitur ars poëtæ, qui sic et attentionem spectatorum acuit, et actionis tragicæ cursum, ne justo citius ad finem perveniat, inhibet ac suspendit. Præclare vero et hoc instituit, ut cum primum h. l. Prometheus consilii adversus Jovem olim nectendi mentionem fecisset, Chorus quanquam alias in curiositate ἔξόχως, tamen id animadvertere non videatur, nec ab eo nunc diligentius, quando aut quo pacto illud futurum sit, exquirat, sed omne illud vaticinium, quasi somnium quoddam animi nimis concitati, silentio prætereat. Inde sibi Poëta aditum paravit ad sequentem Promethei narrationem de beneficiis humano generi a se tributis; ad colloquium cum Oceano, ad Iûs episodium, donec tandem a v. 915. repetitis iisdem de Jovis periculo præsagiis, et paulo clariore in luce positis viam sibi ad catastrophen totius fabulæ faceret. αἰκίζεσθαι eandem vim habet, quam supra αἰκία; vim sibi præter jus et fas illatam notat. γυιοπέδη vocabulum Æschyleum. πρύτανις· βασιλεύς, ἄρχων. Hesychius. δεῖξαι elliptice pro ἐς τὸ ἐμὲ αὐτῷ δεῖξαι. τὸ νέον βούλευμα opponitur pristino quod Titanes adversus Jovem moliti erant. σκῆπτρον τιμάς τ' periphrasis *imperii;* regiam dignitatem, omniaque jura et ornamenta quæ eam sequuntur, ut apud Homerum, Iliad. β'. 206. εἷς ἔστω βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμι-

Ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου,
Χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις,
Δεῖξαι τὸ νέον βούλευμ', ὑφ' ὅτου
Σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλᾶται.
Καίτοι μ' οὐ μελιγλώσσοις πειθοῦς
Ἐπαοιδαῖσιν θέλξει, στερεάς τ'
Οὔποτ' ἀπειλὰς πτήξας, τόδ' ἐγὼ
Καταμηνύσω, πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων
Δεσμῶν χαλάσῃ, ποινάς τε τίνειν
    Τῆσδ' αἰκίας ἐθελήσῃ.
Χο. Σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς   ἀντις. β'.

172. *καίτοι μ' οὐ*] *καὶ μ' οὔ τι* Ox. *καὶ μ' οὔ τοι* Rob. 173. *ἐπαοιδαῖσιν*] *ἐπαοιδαῖς* claudicante metro. Rob. 176. *τίνειν*] *μοι τίνειν* Rob. supplemento e glossa ducto, sed adversus metrum. 177. *αἰκίας*] *αἰτίας* Rob. male.

στας, ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ. ἀποσυλᾶται, *spoliabitur*, præsenti pro futuro posito, ad notandam rei certitudinem.

172—177. *καίτοι μ' οὐ—αἰκίας ἐθελήσῃ*. *Quanquam me nunquam mellifluis Suadæ incantationibus demulcebit, nec unquam ego rigidas ejus minas veritus, hoc ei aperiam, priusquam ex sævis his vinculis me laxarit, et mihi pro injuria illata satisfecerit.* Primum hic mihi velim aliquis attendat, quam ornate hoc extulerit: *nec precibus nec minis mihi persuadebit;* sic tamen temperato verborum ornatu, ut omnia colorum pigmenta, a quibus naturalis tragici dialogi decor abhorreat, vitaverit. *μελίγλωσσοι ἐπαοιδαὶ πειθοῦς*, *mellis instar ab ore fluentia suadelæ lenocinia.* Facile cuivis in mentem venerit, quod Stanl. comparat, Homericum illud, Iliad. *α'*. 249. *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης γλυκίων μέλιτος ῥέεν αὐδή.—θέλξει* ex Homerica consuetudine significaret persuadendo aut incantando decipere; ut Hesychius *θέλγει* exp. *ἀπατᾷ*, quod bene h. l. conveniret. Forte tamen simpliciter ex usu scriptorum post Homerum positum est, pro *delenire, mulcere, mollire;* quæ vocabuli potestas propter viciniam oppositi *στερεὰς* commodam hic sedem nacta fuerit. Ita concinne aliquis dicat: *Nec precibus me mollies, nec minis me franges.*

στερεὰς—καταμηνύσω. Variatio constructionis et a tertia persona ad primam transitus, aptus est liberiori filo familiaris colloquii. *στερεαὶ ἀπειλαί*, *asperæ minæ.* In ultimis verbis elucet libera viri contumacia, non ut solvatur tantum e vinculis, verum etiam ut sibi satisfiat, postulantis. *ποινὰς τίνειν* *mulctam pendere* aut quocumque modo satisfacere.

178. Ultima Promethei verba nobilis ferociæ plena sic feriunt Nympharum animos, ut, quale illud Jovis periculum sit, curiose quærere omittant, quo tandem ista consanguinei licentia eruptura sit unice sollicitæ.

178.—180. *σὺ μὲν—ἐλευθεροστομεῖς.* *Tu quidem ferox es, et acerbis calamitatibus nequicquam cedis, sed nimis libere vociferaris.* *ἐπιχαλᾷν* est *cedere*, item *aliquid re-*

Δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς,
Ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς.
Ἐμὰς δὲ φρένας ἠρέθισε διάτορος φόβος.
Δέδια γὰρ ἀμφὶ σαῖς τύχαις,
Πᾶ ποτε τῶνδε πόνων χρή σε
Τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν. ἀκίχητα γὰρ
Ἤθεα, καὶ κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.
Πρ. Οἶδ' ὅτι τραχὺς, καὶ παρ' ἑαυτῷ

179. δύαισιν] δυστυχίαις, quod pro varia lectione affert Morell. e. marg. MS. glossam esse manifestum est. 182. σαῖς τύχαις] σὰς τύχας Ox. 183. πᾶ ποτε] ὅπη ποτε Ox. Ald. 185. ἀπαράμυθον] οὐ παράμυθον Ox. Turn. quod prælaturum se fatetur Morellus, nisi insolentia vocabuli παράμυθον obstaret. Dubitat nimirum an ἀ in ἀπαράμυθον produci possit. Sed etsi Alpha privativum breve est, hic tamen ob cæsuram a poëta produci potuit. Versus autem hic cum antithetico suo v. 166. est dactylicus Logaœdicus, constans e quatuor dactylis et Syzygia trochaica. 186. τραχὺς, καὶ] θρασύς τε καὶ Ald. τραχύς τε καὶ Cant. τε autem anapæstum turbat.

mittere. Prior significatio hic aptior est. Alteram expressit versione Stanleius, qua quidem admissa sic explicanda est verborum structura, ut dativus πικραῖς δύαισιν sit i. q. *propter acerbas calamitates*, et post ἐπιχαλᾷς repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ vocabulum θράσους; *nihil ob ista calamitates ab audacia remittis.* His ambagibus opus non est, si verbum ἐπιχαλᾷν, *cedere*, cum dativo δύαισιν construatur. ἐλευθεροστομεῖν, *libere vociferari*, ut λαβροστομεῖν, v. 327. θρασυστομεῖν, Suppl. v. 211.

181. ἐμὰς—φόβος. *Meum autem animum sollicitat acutus timor.* ἠρέθισε *irritat, pungit.* διάτορος, *penitus penetrans animum.*

183, 184. πᾶ ποτε—ἐσιδεῖν. Si comma post τύχαις et punctum post ἐσιδεῖν ponitur, ita convertendus erit locus: *Vereor enim, in his malis tuis, quorsum tandem appulsurus horum laborum finem visurus sis.* Haud incommodum tamen fuerit, post τύχαις colo aut puncto, post ἐσιδεῖν autem signo interrogationis distinguere; quo facto sic oratio conformabitur: *Timeo enim fortunæ tuæ; (denn ich fürchte für dein Schicksal;) Ecquando tandem tibi fatis decretum erit, ut in portum pervenias, et horum laborum finem videas?* Quæ forma verborum haud scio an doloris plenior, et perturbatior sit. Certe similis locus v. 99. interrogationem item rectam, non obliquam habeat. κέλσαντα metaphora ab homine diuturnis erroribus maritimis exercito ducta, qui tandem aliquando ad littus appellit, aut in portu navigat. πόνων τέρμα, supra, μόχθων τέρματα v. 99.

184. ἀκίχητος, proprie *quem accedere, aut adsequi nequeas;* ἀκίχητα ἤθεα autem *mores intractabiles, (ein Sinn, dem man nicht beikommen kann,)* quo sensu Achilles apud Homerum dicitur ἀμήχανος. κέαρ ἀπαράμυθον, *animus inexorabilis*, nec precibus nec monitis flexibilis *(bey dem kein Zureden hilft.)*

186. παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχει dicitur is, cui stat pro ratione voluntas,

Τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς· ἀλλ' ἔμπας
Μαλακογνώμων
Ἔσται ποθ' ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ·
Τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν,
Εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
Σπεύδων σπεύδοντι ποθ' ἥξει.

Χο. Πάντ' ἐκκάλυψον καὶ λέγων ἡμῖν λόγον,
Ποίῳ λαβών σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάματι,
Οὕτως ἀτίμως καὶ πικρῶς αἰκίζεται·
Δίδαξον ἡμᾶς, εἴ τι μὴ βλάπτῃ λόγῳ.

Πρ. Ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
Ἄλγος δὲ σιγᾷν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα.

187. ἔμπας] ἔμπας οἴω Ald. Turn. Victor. Canter. Sed ita versus duabus syllabis abundat; ultra dimetrum enim hi Anapæsti non excurrunt. Quare jam Stanleius aut οἴω, aut ἔμπας delendum censuit; οἴω melius abest; idque cum Brunckio delevi. 189. ῥαισθῇ] Brunckius in Codd. reperit annotatam V. L. ῥεχθῇ, cum hoc scholio ἤγουν ὅταν πραχθῶσι τὰ πράγματα ὡς λέγω. Inepte. 190. στορέσας ὀργὴν] στορέσας τ' ὀργὴν Rob. vitiose. 191. ἀρθμὸν] ἀριθμὸν Ald. Rob. ex errore librarii. 193. λέγων] γέγωνε. Schofield.

estque idem fere quod supra aliis verbis v. 150. describebatur. μαλακογνώμων apte opponitur antecedenti τραχύς. *Quamvis asper sit, tamen mollietur ejus animus.*

189. ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ. Pulchre continuatur metaphora. Sicut enim carnes tundendo molliuntur, ita Jovis animum tali necessitate contusum molliorem ac tractabiliorem fore significat.

190. ἀτέραμνον ὀργὴν, *Iram obstinatam*, ut Homerus, Od. ψ'. 167. κῆρ ἀτέραμνον interprete Hesychio appellat τὸ μὴ ἐνδιδοῦν, σκληρόν.

190—192. τὴν δ' ἀτέραμνον—ἥξει. *Et ira obstinata repressa tandem in concordiam et amicitiam mecum cupiente cupiens redibit.*

193. Ad hanc Chori responsionem a proxime præcedente Promethei dicto transitus præfractior est, nec satis, ut ita dicam, complanatus. Certe pro iis quæ Prometheus postremo de sperata sibi Jovis reconciliatione dixerat, magis a Choro exspectabatur, ut spei tam lætæ, quam ut pœnæ causas et crimina Promethei curiosius exploraret.

πάντ' ἐκκάλυψον—λόγον. *Rem omnem nobis aperi et clare enarra.*

194, 195. ποίῳ—αἰκίζεται, *quo in crimine te Jupiter deprehensum tam ignominiosis te et acerbis pœnis affligat.*

196. δίδαξον—λόγῳ. *Fac nobis hæc edisseras, nisi quid sermone hoc offendaris.*

197. ἀλγεινὰ—τάδε. *Tristia quidem mihi hæc sunt vel ad dicendum.* Germ. *Ach freilich ist mirs peinlich, auch nur davon zu reden.* καὶ h. l. *vel, adeo.*

198. ἄλγος i. q. ἀλγεινὰ, sed scite variavit verbi formam. ἄλγος δὲ σιγᾷν

Ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλου,
Στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο,
Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρης Κρόνον,
Ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν
Σπεύδοντες ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν·
Ἐνταῦθ' ἐγὼ τὰ λῷστα βουλεύων, πιθεῖν
Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα,
Οὐκ ἠδυνήθην· αἱμύλας δὲ μηχανὰς
Ἀτιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν,
Ὤοντ' ἀμοχθεὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν.
Ἐμοὶ δὲ μήτηρ, οὐχ ἅπαξ μόνον, Θέμις,

201. ἕδρης] formam Ionicam e codicibus restituit Brunck. qua sæpe Æschylus utitur. Priores editt. ἕδρας consensu. 203. ἄρξειεν] ἀρξείε Ald. 205. χθονὸς] γῆς Ar. e glossa. 206. αἱμύλας] αἱμύλους V. L. ap. Brunck. Post δὲ Rob. inserit μου, quod scholio debetur, nec metro aptum est. 209. οὐχ ἅπαξ—Γαῖα] οὐχ ἅπαξ μόνον Θ. ἀλλὰ καὶ Γαῖα Ald. versu duabus syllabis abundante. Inepta est

molestum tamen etiam est silere. πανταχῇ δὲ δύσποτμα, *in utramque partem*, sive eloquar, sive sileam, *malorum meorum sensu premor*. Aut si mavis: *quocunque me vertam, nil nisi infortunium est.*

199, 200. ἐπεὶ—ὠροθύνετο, *Quam primum dii alii aliis irasci cœperunt, seditione inter eos coorta.* Sic apud Homerum, Iliad. έ. 122. ἔνθα κέ τις μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη.

201—203. οἱ μὲν—θεῶν. *Aliis quidem Saturnum solio deturbare volentibus, ut scilicet Jupiter regnaret, aliis contra nitentibus ne unquam Jupiter diis imperaret.* Observandum est οἱ μὲν—οἱ δὲ esse nominativos consequentiæ, nam apodosis quæ ab ἐπεὶ—ὠροθύνετο pendet, v. 204. demum sequitur. Perperam Stanleius οἱ μὲν θέλοντες ad ἤρξαντο refert.

204—206. ἐνταῦθ' ἐγὼ—οὐκ ἠδυνήθην. *Ibi ego quamvis optime consulens, Titanas tamen Cœli et Terræ filios permovere non potui; (optima consilia ut sequerentur, persuadere non potui.)*

206—208. *Mitia vero remedia asperis animis aspernati, sine negotio per vim se regnum adepturos esse sperabant.* αἱμύλας μηχανὰς recte Stephanus et Potter. ad Lycophron. v. 1124. interpretatur *dolos, dolosas et fraudulentas artes*; eas igitur καρτεροῖς φρονήμασιν, *bellicosis animis*, seu *robore ac fortitudine freti* rejiciebant. ἀτιμάζειν enim h. l. i. q. aspernari, cum contemptu rejicere. Sic de precibus spretis v. 789. πρὸς βίαν, *violenter*, ut πρὸς φιλίαν amice, v. c. ap. Xenoph. Cyrop. i. quem locum comparavit Stanl. Particulam τε nec otiari, nec emphaticam esse, bene monuit Heath. ἀμοχθεὶ πρὸς βίαν τε, *sine negotio et per vim quidem.*

209—211. ἐμοὶ δὲ μήτηρ—προὐνεθέσπισεν. Ridicule Scholiastæ particulas οὐκ ἅπαξ μόνον ita construxerunt, ut cum καὶ Γαῖα conjungerentur; hoc nimirum sensu: *mihi autem mater, quæ non solum Themis, verum etiam Terra ap-*

Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,
Τὸ μέλλον ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει,
Ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν, οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν
Χρείη, δόλῳ δὲ, τοὺς ὑπερέχοντας κρατεῖν.

Pauwii conjectura οὐχ ἅπαξ νόμον Θέμις, h. e. κατὰ νόμον, quod ille interpretatur *legum et juris respectu Themis.* 213. χρείη] Hæc lectio Dawesii ingenio debetur. Miscell. Crit. p. 332. χρὴ ἢ Ald. Turn Victor. χρῆν ἢ Rob. ὑπερέχοντας]

pellatur, prædixerat. Non animadverterunt Græculi adverbium ἅπαξ. Rectissime vero Heathius aliique οὐχ ἅπαξ μόνον cum προὐτεθεσπίκει cohærere viderunt, et nihil aliud esse, ac: *non semel tantum, semel ac sæpius, (mehr als einmal.)* Sed major difficultas, a nemine adhuc, quod meminerim, observata, ex versu sequente, καὶ Γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, oritur. Nota quidem est et a veteribus multum celebrata ἡ πολυωνυμία deorum dearumque; ac Stanleius aliquot loca excitavit, in quibus Γαῖα eadem et Ἑστία et Δημήτηρ vocatur, in quibus tamen ne unicus quidem est, qui Themin etiam Γαῖαν appellatam fuisse testetur. Sed primum Æschylus ipse in principio Eumenidum, quod Stanleium non fugit, diserte Themin a Γαίᾳ distinguit, illamque hujus filiam nominat; in quo si cum Hesiodo et Apollodoro convenit. Deinde v. 888. Themin Titanida appellat, ex quo denuo intelligitur, tragicum nostrum ab hac genealogia non discessisse. Titanides enim sunt Apollodoro teste, Cœli et Terræ filiæ, Titanum sorores, Tethys, Rhea, Themis, Mnemosyne, Phœbe, Thea. Aperte igitur sibi Æschylus in eadem tragœdia repugnaret, si Themida eandem et Terram esse h. l. diceret, cum tamen v. 888. illam inter Titanida h. e. inter Terræ filias retulisset. Accedit, quod versu 205. Prometheus Titanas Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα Cœli et Terræ filios nominat. Jam si eadem Χθὼν sive Γαῖα ipsius quoque mater fuisset, cur Titanas non potius fratres suos appellaret? Aut cur Themis, si eadem et Γαῖα fuisset, non item reliquis filiis Titanibus, sed soli Prometheo, quæ in fatis essent, prædixisset? Denique h. l. parum commode duplicis hujus nominis mentionem fecisset. Quid enim attinebat, ubi tantum Themidis vaticinium exponendum erat, inutilem hanc de alio Themidis nomine observationem inculcare? Quæ cum ita sint, totum hunc versum

Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία

spurium, Æschylo plane indignum, atque ex glossa marginali seu Grammatici interpolatione intrusum esse censeo. Multo elegantius et concinnius absque isto emblemate leguntur hi versiculi:

Ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις
Τὸ μέλλον ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει

mihi autem non semel tantum mater Themis futurum ut eventurum esset prædixerat. Interpolationi occasionem dedisset videtur error Scholiastarum quorundam supra commemoratus, quo verba οὐχ ἅπαξ μόνον ad vocabulum Θέμις trahebant, indeque hic sententiam quæ a καὶ aut ἀλλὰ καὶ inciperet excidisse somniabant. Itaque facile Grammatici cujusdam annotationem ceu genuinum Æschyli versum e margine in textum recipiebant, nubem certe, si unquam alias, pro Junone amplexi.

212, 213. ὡς οὐ—κρατεῖν. *Quod eos, qui essent rerum potituri, non oportere robore aut vi, sed dolo vincere.* πρὸς τὸ καρτερὸν idem quod πρὸς βίαν v. 208.

Τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου,
Οὐκ ἠξίωσαν οὐδὲ προσβλέψαι τὸ πᾶν.
Κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε
Ἐφαίνετ' εἶναι, προσλαβόντα μητέρα,
Ἑκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν.

Sic Victor. ὑπερέχοντας Ald. Rob. quod præfert Heathius, ut vitetur anapæstus in quarta sede. At hunc pedem in secunda et quarta Iambici carminis regione non semper a Tragicis evitatum fuisse constat. Et participium futuri h. l. multo aptius est. 214. ἐξηγουμένου] ἐξισουμένου Rob. 217. προσλαβόντα] Hanc lectionem a Brunckio in cod. Reg. A. ubi superscripta erat, repertam, nos quoque vulgatæ προσλαβόντι præferimus. Frequens est enim ista casus enallage; et ta-

Χρείη. E lectionibus antea vulgatis alteram χρὴ, ἢ—ob hiatum, solœcismum et sententiæ absurditatem, alteram χρεῖ' ᾖ ob solœcam item constructionem recte Dawesius improbavit, ac sine dubio veram Æschyli manum assecutus est, cum optativum χρείη aoristi ἔχρην reponendum censuit.

ὑπερέξοντας. Lectioni ὑπερέχοντας præter Ald. et Rob. favent codd. Regg. Mosqu. 1. 2. Guelpherb. quorum si quis auctoritatem editionibus Turnebi et Victorii præferendam arbitretur, pertinacius non repugnabo, modo mihi dederit aptius ad sensum ὑπερέξοντας, neque propter Heathii sententiam de anapæsto e secunda et quarta senarii sede ubique exterminando, damnandum esse. Ceterum Dawesius h. l. lectionem ὑπερέχοντας secutus ita vertit: *non jam virtute, sed dolo superandos esse, qui rerum summa potirentur*. Is igitur τοὺς ὑπερέχοντας *deos nunc regnantes* intelligit, et κρατεῖν interpretatur *vincere*. At consuetudini Æschyleæ magis respondet, verbo κρατεῖν *imperandi* significatum tribuere; præterea versui 208. melius convenit. Qui enim ibi sunt δεσπόσοντες, hic alio verbo ὑπερέξοντες nominantur, et κρατεῖν dicuntur.

214, 215. τοιαῦτ' ἐμοῦ—τὸ πᾶν. *Quæ cum iis sermone exponerem, prorsus ne animum quidem advertĕre dignati sunt*. προσβλέπειν mihi potius ad consilia quam ad Promethei personam pertinere videtur; ut sit i. q. ἀποβλέπειν, *rationem alicujus rei habere*. Quod bene respondet versiculo 207. ubi Titanes dicebantur τὰς αἱμύλας μηχανὰς ἀτιμάσαντες. Stanleius proprie accepit προσβλέπειν, et ad Prometheum traxit, ita vertendo: *Talia me verbis exponentem non dignabantur prorsus vel adspicere*. τὸ πᾶν i. πάντως.

216—218. κράτιστα δὴ—συμπαραστατεῖν. *Eorum igitur, quæ tum in mentem veniebant, optimum mihi videbatur esse, matre assumta meapte sponte lubenti Jovi assistere*. τῶν παρεστώτων τότε vertit Stanl. *in præsenti rerum statu*, quod verborum structura non patitur. Prometheus postquam Titanas recta consilia spernere vidit, aliud ex alio cogitare cœpit; ex omnibusque, quæ ei in mentem venerant, postremo nihil melius et consultius ei videbatur, quam ad Jovis partes transire. Hanc interpretationem etiam doctissimo Matthaei placere vidi, qui eam in margine variantium lectionum e codd. Mosqq. excerptarum notaverat.

217. προσλαβόντα. Hujus casuum enallages exempla quatuor ex unica Medea Brunckius V. D. protulit, v. 660. v. 744. 813. 883.

218. ἑκόνθ' ἑκόντι. Cf. v. 19.

Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς
Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον,
Αὐτοῖσι συμμάχοισι. τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ
Ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφελημένος,
Κακαῖσι ποιναῖς ταῖσδέ μ' ἐξημείψατο.
Ἔνεστι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι
Νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.

men altera lectio, quoniam ad μοι refertur, facilior est, ut προσλαβόντα quidem in dativum librarii mutare potuerint; vice versa non item. 219. μελαμβαθὴς] μελεμβαθὴς Ald. et μελεμβαφὴς Rob. vitiose. μελαμβαθὺς Victor. μελαμβαθὴς Ar. Reg. A. 223. ἐξημείψατο] ἀντημείψατο Ar.

219—221. ἐμαῖς δὲ—συμμάχοισι. *Atque ita meis consiliis factum est, ut Tartari profunda vorago olim natum Saturnum cum sociis occultet.* Recte Stanleius observat Nostrum Homero assentiri, qui Titanas item in Tartarum dejectos esse perhibet, Iliad. Θ'. 480. Sed præiverunt quoque Hesiodus, Theog. v. 716. sqq. et quodammodo Pindarus, Pyth. i. 29. μελαμβαθὺς appellatur Tartarus, quia simul et profundus et tenebricosus est. Homerus l. l.

ἵν' Ἰαπετός τε Κρόνος τε,
Ἥμενοι, οὔτ' αὐγῆς Ὑπερίονος ἠελίοιο,
Τέρποντ' οὔτ' ἀνέμοισι, βαθὺς δέ τε
Τάρταρος ἀμφίς.

Profunditatem Tartari l. c. hac mensura definit, ut eum tantum infra terram esse dicat, quantum cœlum a terra distet, et ferream incudem e terra demissam decimo demum die in Tartarum perventuram. Κευθμὼν proprie *latibulum*, *spelunca*, bene ad carcerem subterraneum transfertur. Ante αὐτοῖσι συμμάχοισι, omissum est σὺν, ellipsi admodum frequente.

221—223. τοιάδ'—κακαῖσι ποιναῖς, (in Guelferb. et Mosqu. 1. est τιμαῖς, minus bene) ταῖσδέ μ' ἐξημείψατο. *Talibus a me beneficiis affectus deorum tyrannus malam hanc mercedem mihi retribuit.* Sic enim interpretari malo τὰς ποινὰς, quam cum Stanl. *pœnas* vertere. Punitum enim se a Jove Prometheus non concedebat, sed vexatum, injuria affectum. *Mercedis* vim interdum vocabulo ποινὴ tribui e Pindaro constat, qui ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν appellat. Nem. i. 107. Cf. Pyth. i. 113.

224, 225. ἔνεστι γάρ πως—μὴ πεποιθέναι. *Inest enim nescio quomodo tyrannorum imperio hic morbus, ut fidere amicis nesciant.* "Vertit Garbitius: *ut non fidem habeant amicis*, nescio an satis plene et lucide. Maluissem *ut non fidant amicis*. Vulgo enim *fidem habere* valet, credere quod aliquis dicit aut monet verum esse, et credentem (si ita res ferat) obtemperare. Hoc modo fidem habuit Jupiter Prometheo, consilio ipsius, ut hic narrat Prometheus, imperium adeptus. Hoc autem vult Æschylus, viros principes illos præcipue suspectos habere, quibus ipsi plurimum debent, et qui de ipsis optime meriti sint. Ita enim τὸ φίλος hoc loco capiendum." Hactenus Stanleius, qui sine dubio verum vidit. Sed aliud magis reconditum est, quod interpretes nobis observandum reliquere. Ex his enim verbis, causæ, quas irarum in Prometheum Jupiter habuerit, plenius intelliguntur. Quærat enim fortasse quispiam, cur Jupiter beneficia generi humano tributa

Ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἥντινα
Αἰκίζεταί με, τοῦτο δὴ σαφηνιῶ.
Ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
Ἐκαθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
Ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
Ἀρχήν· βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
Οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
Τὸ πᾶν, ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.

226. ἐρωτᾶτ'] additur ἐμ' ex glossa Rob. 229. ἐκαθίζετ'] Sic Ald. καθίζετ' Codd. Regg. Edd. Rob. etc. νέμει] Stanl. conj. νέμειν. Heathius δαίμοσι τ' ἔνεμεν. Sed nihil opus. Frequens est enim transitus ex præsenti historico in præteritum, vel aoristum. 232. οὐδέν'] οὐδένα Ald. 233. φιτῦσαι] φυτεῦσαι Rob.

tam graviter in Prometheo ulciscatur. Hic itaque perspicue significatur Jovem diffidentia potissimum adductum fuisse, ut Prometheum, quem, postquam sibi mortales tot beneficiis devinxisset, ad seditionem concitandam pronum et potentem fore suspicaretur, tempestive opprimeret, et vinculis coërceret.

226. αἰτίην pro αἰτίαν MS. Guelferb.

226, 227. ὃ δ' οὖν—σαφηνιῶ. *Quod vero interrogatis, quam ob causam me vexet, hoc jam exponam.*

228. sqq. ὅπως τάχιστα i. q. v. 199. ἐπεὶ τάχιστα. *Quamprimum in solio paterno consedit, statim diis aliis alia munera distribuit, atque ita imperium sibi stabilivit;* θρόνος πατρῷος i. q. ἕδρη Κρόνου v. 200. Homerus, Iliad. ό. 175. sqq. narrat, Jovem, Neptunum et Plutonem sorte inter se divisisse imperium, atque ita Jovi cœlum, quod aëre et nubibus continetur, Neptuno mare, Plutoni orcum obtigisse; terram autem et Olympum omnium communem fuisse. Hesiodus autem fabulatur, postquam dii bellum cum Titanibus confecissent, eos Terræ consilio Jovi imperium detulisse, qui deinde singulis munera distribuerit:

— ὁ δὲ τοῖσιν εὖ διεδάσσατο τιμάς.

Theog. v. 885. et alibi: Theog. v. 71. sqq.

ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει
Αὐτὸς ἔχων βροντὴν, ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Κάρτει νικήσας πατέρα Κρόνον, εὖ δὲ ἕκαστα
Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς καὶ ἐπέφραδε τιμάς.

διεστοιχίζετο vel est *ordinavit, ordine constituit*, atque huc pertinere videtur Hesychii glossa: Διεστοιχίζετο, διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει· διῄρει ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ ποιμνία καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἑκάστῳ τὰ ἴδια· vel, quod melius convenit, *stabilivit, sepsit regnum*, benevolentia nimirum et fide reliquorum deorum muneribus distributis confirmata.

231. sqq. βροτῶν—νέον. *Miserorum vero mortalium rationem nullam habuit, sed universo genere deleto novum aliud creare constituit.* Cur humano generi Jupiter adeo infensus fuerit, causam nullam Prometheus affert; idque consilio sic instituisse videtur Æschylus, ut iterum constaret Jovem omnia ad arbitrium suum exigere, nec aliam juris legumque causam nisi voluntatem ac lubitum suum agnoscere. In quo quanto violentiorem tyrannum Jovem esse spectato-

Καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ.
Ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'. ἐξερυσάμην βροτοὺς
Τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅδου μολεῖν·
Τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι,

235. ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'] ἐγὼ δὲ τόλμης Ald. Rob. τολμῆς q. d. pro τολμήεις Victor. Canter. τόλμης subintell. ἴσως probat Morell. τόλμησ' conj. Steph. Optime Valckenaer ad Eurip. Phœniss. 856. lectionem Scholiastæ defendit, ἐγὼ δὲ ἐτόλμησ', quem cum Brunckio secutus sum. ἐξερυσάμην] ἐξελυσάμην Rob. Victor. ἐξελυσάμην Ar. Lectionem, quam in textu posuimus præferunt Ox. Turn. Canter. Brunck. 237. τῷ τοι] Perperam omissum τοι Rob.

ribus ostendebat, tanto propius eorum animos Promethei fortuna tangi volebat, unici nimirum salutis hominum auctoris et præsidii. Ceterum hic iterum Æschylus ab Hesiodo discedit, qui Jovem hominibus propter fraudem Promethei in carnium distributione sibi illatam iratum fuisse, iisque perditis illum ulcisci voluisse scribit. Opp. et dier. v. 48. sqq.

ἀϊστοῦν, exstinguere, delere. Suidas: ἀϊστῶσαι, ἀφανίσαι. Hesychius: ἀϊστωθείς, ἀφανισθείς. De hoc Jovis consilio genus humanum delendi varie apud alios contexitur fabula. Quæ de pluribus hominum generibus, aureo, argenteo etc. Hesiodus narrat, ea ab Æschyli figmento plane aliena sunt. Propius vero accedit Apollodori narratio, qui, lib. i. p. 18. cum Jupiter æneum hominum genus diluvio perdere vellet, Deucalionem Promethei consilio arcam illam seu navem confecisse scribit, qua se cum Pyrrha servaret. φιτύειν, (in Guelf. pro φιτῦσαι est φυθῆναι,) plantare, gignere, creare. Hesychius: Φίτυ, φυτόν, φύτευμα. Φίτυμα, τέκνον, γέννημα. Φιτύματα, ἐγέννησε.

234. καὶ τοῖσιν—ἐμοῦ. Et his quidem consiliis nemo se opposuit præter me. Magnitudinem beneficii auget, quod solus ejus auctor extiterit.

235. ἐγὼ δ' ἐτόλμησ', ego vero id solus ausus sum. In sequentibus verbis

—ἐξερυσάμην βροτοὺς
Τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς ᾅδου μολεῖν

suspicor leve mendum insidere, et ultimum versum ita corrigendum esse;

—ἐξερυσάμην βροτοὺς,
Τὸ μὴ οὐ διαῤῥαισθέντας εἰς ᾅδου μολεῖν.

h. e. liberavi homines (scil. periculo) *ita ut ne plane deleti in orcum descenderent.* In tali enim constructione post verba *cavendi*, *liberandi*, et similia, sequens articulus τὸ ante μὴ οὐ significat idem ac ὥστε, quod recte observavit Cl. Brunck, ad Hippol. p. 49. qui exemplum quoque affert hujus τὸ a librariis perperam in τοῦ mutati, quod h. l. quoque factum esse contendimus. Altera autem negatio post οὐ sæpius excidit. In vulgata etsi ἐξερυσάμην cum genitivo τοῦ bene construitur, tamen negatio μὴ abundare videtur. Quod proprie apud Homerum pro *extrahere* ponitur, ἐξερύειν, id h. l. metaphorice est *liberare*, et hæc lectio, quia est exquisitior et ornatior quam ἐξελυσάμην, jure præferenda. In ἐτόλμησα—ἐξερυσάμην asyndeton est, fervorem animi ex merito gloriantis prodit; ICH *wagte es*; ICH *befreyte die Sterblichen.* διαῤῥαίειν, perdere, sæpe apud Homerum occurrit. Διαῤῥαισθέντες, διαφθαρέντες, Hesychius. εἰς Ἅδου, in *Plutonis*, scil. domum.

237. sq. τῷ τοι—οἰκτρὰ δ' εἰσιδεῖν. *Propterea igitur his calamitatibus premor, ad tolerandum quidem molestis, adspectu autem miserabilibus.* κάμπτομαι de ærumnis translate dicitur, imagine ab oneris aut jugi similitudine petita.

Πάσχειν μὲν ἀλγεινοῖσιν, οἰκτροῖσιν δ' ἰδεῖν.
Θνητοὺς δ' ἐν οἴκτῳ προθέμενος, τούτου τυχεῖν
Οὐκ ἠξιώθην αὐτὸς, ἀλλ' ἀνηλεῶς
Ὧδ' ἐρρύθμισμαι, Ζηνὶ δυσκλεὴς θέα.
Χο. Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος,
Ὅστις, Προμηθεῦ, τοῖσιν οὐ ξυνασχαλᾷ
Μόχθοις· ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἂν εἰσιδεῖν τάδε
Ἔχρῃζον, εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ.
Πρ. Καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰσορᾷν ἐγώ.
Χο. Μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;
Πρ. Θνητούς τ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

243. ξυνασχαλᾷ] Vulg. συνασχαλᾷ.—Sed assentior Brunckio, qui, ad veteris Atticæ dialecti normam, ubique post syllabam longam aut vocalem brevem ob metrum producendam ξὺν scribendum censet. 245. ἠλγύνθην] Ald. Rob. 248. θνητούς τ' ἔπαυσα] Ita Vict. etc. θνητοὺς ἔπαυσα Ald. Rob.

239. sqq. θνητοὺς δ' ἐν οἴκτῳ προθέμενος i. q. θέμενος, *et mortalibus misericordiam impertitus*, τούτου τυχεῖν οὐκ ἠξιώθην αὐτὸς, *ipse ea dignus habitus non sum*, ἀλλ' ἀνηλεῶς ὧδ' ἐρρύθμισμαι, *sed immisericorditer hunc in modum tractatus sum*. ῥυθμίζειν, proprie *ad numeros redigere*, *componere*, h. l. ad miseram corporis vexationem transfertur: Germ. *so unbarmherzig zugerichtet*. Ζηνὶ δυσκλεὴς θέα, *spectaculum Jovi parum honorificum*, amare dictum pro *maxime contumeliosum*.

242. σιδηρόφρων—εἰργασμένος. Vide, quam diligenter etiam in singulis verbis curet poëta, ut a tenuioribus ad altiora et sublimiora escendat. Supra enim, eundem sensum Chorus levioribus verbis extulerat v. 159. sqq. hic autem magis incensus graviore dicendi genere utitur. σιδηρόφρων, *ferreo animo natus*, κἀκ πέτρας εἰργασμένος, *et ex saxo genitus*. Nobilis hyperbole jam apud Homerum obvia,

γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Iliad. π'. 33. sæpius deinde ab aliis poëtis repetita et variata. Cf. elegantissimi Heynii not. ad Virgil. iv. 365.

243. ὅστις—μόχθοις, *qui tuis Prometheu molestiis misericordiam non adhibeat*.

244. sqq. ἐγὼ—κέαρ. *Nos enim talia videre nunquam optavimus, videntes autem summus nos dolor occupavit*. τάδε pro τοιάδε. οὔτε et τε sibi respondent, ut Latinorum *nec—et*.

246. καὶ μὴν—ἐγώ. *Utique vero me amicis adspectu miserabilem esse oportet*. ἐλεεινὸς εἰσορᾷν i. q. v. 238. οἰκτρὸς ἰδεῖν.

247. μή που—περαιτέρω. *Numquid etiam ultra hæc progressus es?* Caute ac moderate loquitur Chorus; non dicit ἥμαρτες, sed περαιτέρω προὔβης, ne animum Promethei offendat, eumque a pertexenda narratione absterreat.

248. θνητούς τ'—μόρον. Haud satis accurate vertit Garbitius: *ne haberent mortem præ oculis*; cum potius significet generatim: *impedivi ne homines fata prospicerent*, secundum illud Horatii: *Prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit deus*.

Χο. Τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;
Πρ. Τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα.
Χο. Μέγ' ὠφέλημα τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς.
Πρ. Πρὸς τοῖσδε μέντοι πῦρ ἐγώ σφιν ὤπασα.
Χο. Καὶ νῦν φλογωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι;
Πρ. Ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας.
Χο. Τοιοῖσδε δή σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάμασιν
Αἰκίζεταί τε, κοὐδαμῇ χαλᾷ κακῶν;
Οὐδ' ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον;
Πρ. Οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.
Χο. Δόξει δὲ πῶς; τίς ἐλπίς; οὐχ ὁρᾷς ὅτι

257. οὐδ' ἔστιν] οὐδὲν ἔστιν Rob. 258. κείνῳ] ἐκείνῳ Ald.

249. τὸ ποῖον—νόσου; *Et quale tandem huic morbo remedium invenisti?* Participia, ut hic εὑρὼν, in responsionibus posita pulchre inserviunt vinciendis dialogi nodis. νόσον appellat curiositatem futura prævidendi.

250. τυφλὰς—κατῴκισα. *Spes cæcas in animos ipsorum inserui.* Sic Garbitius; sed elegantius ita vertitur: *spes cæcas inter eos introduxi*, metaphora a coloniæ deductione sumta; spes, quæ et ipsæ cœcæ sunt et alios excœcant. Nota est Hesiodi allegoria de spe in fundo pyxidis Pandoræ remanente. (Opp. et dier. v. 95.) Sed multo sapientius pro consilio suo Æschylus rem adumbravit.

251. μέγ' ὠφέλημα—βροτοῖς. *Magnum sane hoc quod præbuisti mortalibus emolumentum.*

252. πρὸς—ὤπασα. *Præterea etiam ignem iis divisi.* cf. v. 8.

253. καὶ νῦν—ἐφήμεροι; *Adeoque jam possident mortales ignem flammantem.* Epitheton φλογωπὸν ornatus causa additum. Qui argutiis delectatur, is aut cum Scholiaste eo adjectivo iguem διακονικὸν ab elementari distingui, aut artem e parva scintilla *flammam* ignis excitandi designari dicat. Hesiodus, Theog. v. 569. Jovem vehementer iratum esse tradit, cum ignem inter homines elucere vidisset,

ὡς ἴδεν ἀνθρώποισι πυρὸς τηλέσκοπον αὐγήν.

254. ἀφ' οὗ γε—τέχνας. Particula γε quæstionis a Choro propositæ affirmationem involvit; q. d. *Possident; et ab hoc quidem multas artes discent.* ἀφ' οὗ i. e. *cujus præsidio et adminiculo.*

255. τοιοῖσδε—αἰκίζεταί τε. *Talibus igitur te Jupiter criminibus accersens vexat.* αἰτιάματα et crimina i. q. criminationes, et crimina h. e. delicta notat; adeoque h. l. apte ponitur; nondum enim gravioribus in Prometheum verbis utitur Chorus, sed mitibus ac lenibus, culpamque Promethei quasi extenuantibus. κοὐδαμῇ χαλᾷ κακῶν, *ei nihil ab his pœnis remittit.*

257. οὐδ' ἔστιν—προκείμενον; *Nec finis ullus tibi propositus est laborum?*

258. οὐκ ἄλλο—δοκῇ. *Nullus plane, nisi quando ipsi placebit.*

259. δόξει δὲ πῶς; *Quomodo vero placebit?* Fortasse vero melius fuerit etiam post δόξει δὲ interrogationis notam ponere: δόξει δέ; πῶς; τίς ἐλπίς; *placebit autem? quomodo? quæ spes?* Ita etiam Latini in

Ἥμαρτες; ὡς δ' ἥμαρτες οὔτ' ἐμοὶ λέγειν
Καθ' ἡδονὴν, σοί τ' ἄλγος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Μεθῶμεν· ἆθλου δ' ἔκλυσιν ζήτει τινά.
Πρ. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς
Πράσσοντας. ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην,
Ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι·
Θνητοῖς δ' ἀρήγων, αὐτὸς εὑρόμην πόνους.

262. ἄθλου] ἆθλον mendose Ald. ἄθλων Rob. 264. Heathius conj. τὸν κακῶς πράσσοντ' scil. ut anapæstus in secunda regione vitetur, quam cautionem necessariam non esse supra monuimus. 267. θνητοῖς δ'] abest δὲ Rob.

hoc genere quæstionum dubitationis aut admirationis plenarum utuntur τῷ *autem;* ut cum Æschines Terentianus, Adelph. v. 6. 17. patri dixisset: *Fac, promisi ego illis,* respondet Micio; *promisisti autem? de te largitor, puer!*— οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἥμαρτες; jam amica quadam indignatione accensus Chorus acrius loquitur, et amicum ob noxam in se ipsum admissam castigat. *Nonne vides te deliquisse?* Nempe imprudentiam ei objicit.

260. ὡς—ἄλγος. *Quomodo vero deliqueris, nec mihi dicere jucundum est, et tibi molestum.* Mansuetudinis et humanitatis Chori signum est, quod reprehensioni Promethei immorari nolunt, sed leviter ejus peccatum tetigisse satis habent. ἆθλου—τινὰ, *circumspice vero exitum ex his malis.*

263. Quamvis miti Nympharum objurgatione tamen irritatus Promethei animus ægritudinem ejus et vim doloris, quo premitur, ingenue prodit, ἐλαφρὸν—πράσσοντας, *Facile est, si quis omnibus curis atque ærumnis expeditus est, eum alios infelices monere et verbis castigare.* Ad sententiam comparavit Stanleius Dionis Cassii dictum, lib. 38. Ῥᾷον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι; ac Terentianum illud, Andr. 3, 1, 9. quod nemini non succurret: *Facile omnes cum valemus recta consilia ægrotis damus;* adumbratum ex Menandri versiculo: Ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ. Ceterum πήματος ἔξω τὸν πόδα ἔχειν differt ab simili phrasi, πήματος ἔξω τὸν πόδα ἀνέχειν, quod recte Cl. Valckenaer interpretatur *pedem e malis retrahere,* ad Eurip. Hippol. v. 1293. παραινεῖν et νουθετεῖν differunt. Hoc est *reprehendere, objurgare,* illud *monere, consilia dare.*

265. ἐγὼ—ἠπιστάμην. *Horum omnium ego nihil ignorabam,* scil. ut monitoribus nihil opus sit.

266. ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι. Hic mihi velim aliquis attendat, quam generoso spiritu culpam non solum confiteatur, sed etiam augeat. Nimirum Chorus tantum deliquisse eum monuerat; consultone id fecerit, an imprudenter, in dubio relinquebat; Prometheus vero non se deliquisse solum fatetur, sed addit insuper ἑκὼν, ἑκὼν ἥμαρτον. Scilicet quia, quod illæ vitio sibi vertebant, id summam virtutem esse sibi conscius erat.

267. θνητοῖς—πόνους. *Mortalibus autem opem ferendo ipse mihi calamitates inveni.* εὑρίσκεσθαι πόνους h. l. i. q. *incidere in mala.*

Οὐ μήν τι ποιναῖς γ' ᾠόμην τοιαῖσί με
Κατισχανεῖσθαι πρὸς πέτραις πεδαρσίοις,
Τυχόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου.
Καί μοι τὰ μὲν παρόντα μὴ 'δύρεσθ' ἄχη,
Πεδοῖ δὲ βᾶσαι τὰς προσερπούσας τύχας
'Ακούσαθ' ὡς μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν.
Πείθεσθ' ἐμοί, πείθεσθε, συμπονήσατε
Τῷ νῦν μογοῦντι. ταυτά τοι πλανωμένη
Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.

268. *οὐ μήν τι*] *οὐ μίν τοι* Ald. *οὐ μήν τοι* cod. Viteb. utrumque adversus metri iambici leges. *οὐ μίν τι* Turn. *ποιναῖς γ'*] *γ'* abest Ald. Rob. 271. *καί μοι*] *καί τοι* Rob. marg. MS. ap Morell. 272. *τύχας*] *βλάβας* Schol. 274. *πείθεσθε, συμπονήσατε*] Cod. Viteb. repetit *μοι* post alterum *πείθεσθε* versu non ferente. 275. *ταυτά*] *ταῦτα* Schol. Ed. Turn. Brunck. minus bene ad sensum. 276. *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον*] Sic Ald. Rob. Turn. *πρὸς ἄλλον ἄλλη* marg. MS. ap. Morell. minus eleganter; nam prosopopœiæ decor perit.

268, 269. *οὐ μήν τι—πεδαρσίοις*. *Non tamen hujusmodi me cruciatibus maceratum iri putabam, damnatum ad hunc desertum et solitarium scopulum.* *κατισχναίνειν* et *κατισχαίνειν*, *macerare, attenuare, conterere, arefacere.* Supra dixerat *προσαυαίνειν*. *πεδάρσιαι πέτραι* æolica forma pro *μετάρσιαι*, cf. eruditissimus Valckenaer ad Eurip. Phœn. 1034. Eadem forma Noster utitur v. 716. 924. *πάγον* vero, quem hic *ἔρημον* et *ἀγείτονα* vocat, supra v. 20. *ἀπάνθρωπον* appellaverat.

271. *καὶ* h. l. transitum ad alia significat; ut Germanorum *doch*. *Verum nolite jam præsentia mala lamentari*; his verbis significat se de benevolentia Chori non dubitare, et quodammodo acerbitatem admonitionis rejectæ compensat.

272. *πεδοῖ δὲ βᾶσαι*. Hæc locutio inepta fuisset, si Nymphæ alis advolassent. Perspicue significatur eas curru per aërem advectas, adhuc in eo consedisse, et sublimes pependisse. Sic Agamemnoni, (Agam. 915.) Clytæmnestra, a Troja redeunti: *ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε*.

272, 273. *τὰς προσερπούσας τύχας ἀκούσαθ'*. *Futuram sortem audite.* *προσέρπων* de futuro seu instante, ut Aristoph. Vesp. 1500. 1522. Soph. El. 906. Eurip. Phœniss. 41.

ὡς μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν. *Ut rem omnem a principio ad finem cognoscatis.*

274. *πείθεσθ'—μογοῦντι*. *Obsequimini mihi, obsequimini, date vos mihi nunc laboranti et in societatem doloris venite.* Brevitatem ultimorum verborum Latina lingua imitari nequit.

275, 276. *ταυτά τοι—προσιζάνει*. *Eodem enim modo semper oberrans adversitas fortunæ subinde ad alium aliumque divertitur.* Similis est sententia in Suppl. v. 332. *αἰόλ' ἀνθρώπων κακά. Πόνου δ' ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταυτὸν πτερόν*. Similior illa apud Pindarum, Olymp. β'. 62.

'Ροαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον. Similis transpo-

Χο. Οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώϋξας
Τοῦτο Προμηθεῦ,
Καὶ νῦν ἐλαφρῷ ποδὶ κραιπνόσυτον
Θᾶκον προλιποῦσ', αἰθέρα θ' ἁγνὸν,
Πόρον οἰωνῶν, ὀκριοέσσῃ
Χθονὶ τῇδε πελῶ· τοὺς σοὺς δὲ πόνους
Χρῄζω διαπαντὸς ἀκοῦσαι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΩΚΕΑΝΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου

279. κραιπνόσυτον] κραιπνόσσυτον Codd. Regg. Ald. Turn. etc. Simplici autem σ scribendum esse, ut metro satisfiat, monuit Bentl. Diss. in Phal. Epist. p. 140. 280. θᾶκον] dedit Brunck e codd. Regg. θῶκον Ald. Rob. Turn. αἰθέρα θ' ἁγνὸν] αἰθέρ' ἁγνὸν Ald. Rob. Vulg. dedit. Victor. 281. ὀκριοέσσῃ] ὀκρυοέσσῃ Ald. Rob. Turn. Victor. 283. ἀκοῦσαι] ἀκούσειν Rob.

sitio verborum ei quam supra notavimus v. 49. Ceterum ob eandem inconstantiam et mutabilitatem Mars noto nomine dicitur ἀλλοπρόσαλλος; nec absimilis est imago Cupidinis apud Moschum, Idyll. i. 16.

Καὶ πτερόεις, ὡς ὄρνις, ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους.

προσιζάνειν. *Assidere*, h. l. pro *appropinquare, deverti*.

277. οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώϋξας τοῦτο. *Non invitis nobis hæc edixisti.* ἐπιθωΰσσειν, quod supra v. 73. *cum clamore vociferari* denotabat, hic simpliciter est *dicere*.

279. sqq. καὶ νῦν—ἀκοῦσαι, *et nunc jam alacri pede, rapidam hanc* volucris vehiculi *sedem, aëremque purum, avium viam relinquimus, ac ad asperam hanc terram descendentes, labores tuos omnino cupimus cognoscere.* ἐλαφρὸς h. l. ad celeritatem pertinet. κραιπνόσυτος θᾶκος aperte designat sedem in curru alato, seu ab avibus tracto. πόρον οἰωνῶν vel universe dictum est, sæpe enim aër ita describitur, ut regnum aut via avium appelletur; vel cum quodam respectu ad aves currui junctas, si modo eas habuerint, nec tantum curru alato usæ fuerint; quemadmodum Oceanus de ave, qua vectus erat, v. 394. dicit: λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς. Nobis tamen verius ac simplicius videtur universe pronuntiatum interpretari.

Ceterum ut extrema Promethei verba animum prodant non magis erga inimicos asperum et contumacem, quam amicorum colloquio et consuetudine humaniter gaudentem, ita simul aptam Choro occasionem præbent e machina descendendi, dumque id fit, commodum ad sequentem scenam transitum faciunt.

IN SCENAM IV.

v. 284.—396.

Jam scenam ingreditur Oceanus, Nympharum quæ Chorum constituunt pater. Is eadem via profectus a tergo Promethei venit, nec prius quam proxime ad eum accessisset, ab eo conspici poterat. Fingitur autem aliti inequitare.

Διαμειψάμενος πρὸς σὲ Προμηθεῦ,
Τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
Γνώμῃ, στομίων ἄτερ, εὐθύνων.
Ταῖς σαῖς δὲ τύχαις, ἴσθι, συναλγῶ.

288. συναλγῶ] Ita scribendum censuit Pauw; recte, ut anapæstus certus sit. Vulg. ξυναλγῶ Ald. Rob. Turn.

An Gryphus fuerit, quod Scholiastæ putant, incertum est. Nihil enim impedit, quo minus equum alatum, ut Pegasum fuisse fabulantur, interpretemur. Gryphes saltem a Prometheo v. 810. ita describuntur, ut Scholiastarum opinioni calculum vix adjicere queamus. Quicquid sit, si hunc Oceani introitum cum Nympharum ingressu comparamus, magis etiam has curru vectas fuisse, apparet. Oceanus enim sine mora ab alite descendit, ac disertis verbis eum sub initium colloquii et sub finem ejusdem significat. Quod argumento est Æschylum nihil studiose obscuris verborum involucris texisse, sed planissimum verborum sensum eundem et Æschylo dignissimum esse.

284. sqq. ἥκω—εὐθύνων. Quæri potest, ubinam locorum Æschylus antrum s. domum Oceani posuerit. Nam etsi Oceanus, mare, totam tellurem ambire credebatur, tamen Oceanus deus alicubi domicilium habebat. Δώματος Ὠκεανοῖο meminit Homerus, Iliad. ξ'. 311. idque eum post Æthiopas in Oceano meridionali, aut saltem versus occasum hibernum posuisse verisimile est. Id vero etiam Æschylum tenuisse levi quidem conjectura, sed tamen haud prorsus contemnenda, ducor ad suspicandum. Ubi Atlantis et Typhonis mentionem facit Oceanus, ita loquitur, ut eum ea loca, ubi illi versabantur, in hoc ipso itinere prætervectum esse credibile sit. cf. v. 347. 352. 363—365. Itaque si fingamus Oceanum e sinu Hesperio ad promontorium, quod Ἑσπέρου κέρας vocabatur, recto itinere ad Pontum Euxinum contendisse, ad sinistram Atlantem in Mauritania ex aëre despicere poterat; deinde vero etiam Siciliam supervolans Ætnam, cui Typhon subjacebat. Et quoniam Oceanitides in eodem antro cum patre Oceano habitabant, coll. v. 130. Æschylus forsan cum Nymphas se in antro suo sonum ferramentorum, quibus Prometheus affigebatur, exaudiisse, dicentes fingit, pro rudi, quæ tum erat, Geographiæ notitia imaginatus est, antrum Oceani et Nympharum sic versus occasum hibernum subjacere monti Scythico, ad quem Prometheum religatum esse perhibet, ut linea recta ex isto monte per mediam tellurem, sed versus occasum hibernum ducta ipsum Oceani et Nympharum antrum penetraret. Sed hic ipsi suo lectores utantur judicio; nihil enim impedio. Fieri enim potest, ut Æschylus ipse, unde venerit Oceanus, et ubi ejus domicilium esset, aut ignoraverit, aut certe definire noluerit. δολιχῆς κελεύθου et viæ longitudinem et cursus celeritatem innuit. δολιχῆς κελεύθου τέρμα i. q. μακρᾶς κελεύθου πόρος. Theb. v. 548. διαμειψάμενος, intervallum emensus. διαμείβειν, superare de via, quam quis post tergum relinquit.

286. sq. τὸν πτερυγωκῆ — εὐθύνων. *Velocem hunc alitem imperio sine frenis gubernans.* Admirationis enim augendæ causa, non brutus, sed mente ac ratione præditus esse fingitur.

288. ταῖς—συναλγῶ. *Scito autem me et ipsum tuis ærumnis angi.*

Τό τε γάρ με, δοκῶ, ξυγγενὲς οὕτως
Ἐσαναγκάζει· χωρίς τε γένους,
Οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν
Νείμαιμ᾽, ἢ σοί.
Γνώσει δὲ τάδ᾽ ὡς ἔτυμ᾽, οὐδὲ μάτην
Χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι. φέρε γὰρ
Σήμαιν᾽ ὅ τι χρή σοι ξυμπράσσειν·
Οὐ γάρ ποτ᾽ ἐρεῖς ὡς Ὠκεανοῦ
Φίλος ἐστὶ βεβαιότερός σοι.
Πρ. Ἔα, τί χρῆμα; καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν
Ἥκεις ἐπόπτης; πῶς ἐτόλμησας, λιπὼν

292. νείμαιμ᾽] νέμοιμ᾽ Ald. Rob. γε νέμοιμ᾽ Turn. Garb. 293. γνώσει] Sic Athenæus, qui hunc locum citat, lib. iv. p. 165. D. ed. Casaub. γνώσῃ codd. et Edd. omnes. ἔτυμ᾽—μάτην] Athenæus l. l. totum hunc versum ita profert, γνώσει τάδ᾽ ὡς ἔτυμά γ᾽ οὐδὲ γὰρ μάτην. Metro autem aptior est lectio vulgata, quam præbet Rob. Post γνώσῃ Cod. Viteb omittit δὲ, quod ad vinciendam orationem necessarium est. Id. οὐ pro οὐδέ. Pro ἔτυμ᾽ Ox. habet ἐτήτυμα. 294. Χαριτογλωσσεῖν] σε χαριτογλωσσεῖν Cod. Viteb. Ed. Ald. inepte; nam sic, quod communiter eloqui deberet Oceanus, id ad singularem Promethei personam transferret. σοι χαριτογλωσσεῖν Rob. haud melius. Lectio recepta e Vict. in cett. edd. transiit. 295. ξυμπράσσειν] συμπράττειν Ald. Rob. Vict. etc. ante Brunck. 296. ποτ᾽ ἐρεῖς] ποτε φῂς Ox. Ald. 297. φίλος] additur ἕτερος Schol. Rob. e glossemate. 298. σὺ δὴ] δὴ abest Rob.

289. sqq. τό τε γὰρ—ἢ σοί. *Nam ut id faciam et cognatio nostra me impellit, nec si a necessitudine discesserim, alium habeo, cui plus quam tibi tribuam.* Cognati erant Prometheus et Oceanus; hic enim pariter ac Themis, mater Promethei, Cœlo et Terra natus erat.

293. γνώσει—ἔνι μοι. *Vera autem hæc esse experieris; non enim inanibus verbis gratificari meum est.* μάτην χαριτογλωσσεῖν est vana spe aliquem lactare, multa prolixe polliceri, quæ servare aut nolis aut nequeas.

294.—297. φέρε—σοι. *Agedum, impera, quibus rebus te a me adjuvari velis. Non enim Oceano alium tibi certiorem amicum esse dices.* Totum hoc exordium fidum, ingenuum et honestum Oceani animum luculenter prodit.

298. ἔα, τί χρῆμα formula est rem inexspectatam admirantis, cujus exempla multa occurrunt, v. c. Eurip. Or. 1611. Androm. 896. quæ loca Cel. Valckenario debemus, ad Hippol. p. 260. *Eheu quid hoc est rei?* καὶ σὺ δὴ—ἐπόπτης; *Tu quoque venis laborum meorum spectator?* ut supra v. 118. πόνων ἐμῶν θεωρός.

299. πῶς ἐτόλμησας, *quomodo animum inducere* vel hoc a te impetrare *potuisti.* Ita sæpe ponitur τολμᾷν. Similiter in Supplicibus Rex Danaidas interrogat: ἀλλὰ πῶς πατρῷα δώματα λιπεῖν ἔτλητε;

Ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα καὶ πετρηρεφῆ
Αὐτόκτιτ' ἄντρα, τὴν σιδηρομήτορα
Ἐλθεῖν ἐς αἶαν; ἢ θεωρήσων τύχας
Ἐμὰς ἀφῖξαι, καὶ ξυνασχαλῶν κακοῖς;
Δέρκου θέαμα, τόνδε τὸν Διὸς φίλον,
Τὸν συγκαταστήσαντα τὴν τυραννίδα,
Οἵαις ὑπ' αὐτοῦ πημοναῖσι κάμπτομαι.
Ὠκ. Ὁρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι
Θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.
Γίνωσκε σαυτὸν, καὶ μεθάρμοσαι τρόπους
Νέους· νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς.

301. αὐτόκτιτ'] αὐτόκτιστ' Ald. 309. μεθάρμοσαι] μεθάρμοσον Cod. Viteb. quod vulgato cur præferendum sit, non video. μετάρμοσον marg. MS. Morell. μεθάρμοσαι habent Ald. Turn. Victor. Stanl. μεθάρμοζε Rob.

300. ἐπώνυμον ῥεῦμα, *fluctum cognominem*, Oceanum, mare, significat; adeoque eum ab Oceani persona distinguit. πετρηρεφῆ αὐτόκτιτ' ἄντρα sunt *antra scopulosa non manu sed natura facta, (die sich selbst von Natur gebildet haben)*.

301. σιδηρομήτορα αἶαν Scythiam designat. Chalybes enim, Scythiæ populus, ferrum invenerant.

302. sq. ἢ θεωρήσων—κακοῖς. *Num fortunam meam spectaturus venisti, et quid te malorum meorum miseratio cepit?* Iterum observari velim, quot modis Æschylus in iisdem rebus orationem variare soleat.

304. sqq. δέρκου θέαμα. *Intuere hoc spectaculum*. cf. v. 140. 241.

τόνδε— τυραννίδα. *Hunc Jovis amicum; et in constituendo regno ejus adjutorem*. cf. v. 119. 120. ex quo apparet, cum se supra τὸν Διὸς ἐχθρὸν appellaret, id nihil aliud significare, quam Jovi invisum, aut ab eo in inimici loco habitum.

306. οἵαις—κάμπτομαι. Vid. supra v. 237.

307. sq. ὁρῶ—ποικίλῳ. *Video Prometheu, et tibi quidem optima consilia dare volo, esti natura satis callido*. Blandam amici vulneri manum admovet Oceanus, cavetque ne temere illidat. Comparavit Stanl. Homericam Vulcani matrem admonentis imaginem, Iliad. α'. 577.

Μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ
Πατρὶ φίλῳ ἐπίηρα φέρειν Διΐ.

Multum vero a veteribus celebrata Promethei calliditas. Hesiodus eum ποικίλον, ποικιλομήτην, ποικιλόβουλον, ἀγκυλομήτην, πάντων περὶ μήδεα εἰδότα, Horatius *callidum*, Catullus *solerti corde Prometheum* appellat.

309, 310. γίνωσκε σαυτὸν, *cogita qui sis, tecum habita*, et noris adversus Jovis potentiam infirmis te viribus contendere. καὶ μεθάρμοσαι τρόπους νέους, *et novos mores indue*. μεθαρμόζειν alias *corrigere, emendare*, h. l. autem, quia νέους additur, est *aptare sibi, induere*.

νέος γὰρ— θεοῖς. Probe didicit Oceanus aulicorum prudentiam, qui mores suos semper ad regis exemplum componunt.

Εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
Ῥίψεις, τάχ' ἄν σου, καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
Θακῶν, κλύοι Ζεὺς, ὥστε σοι τὸν νῦν χόλον
Παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν.
Ἀλλ' ὦ ταλαίπωρ', ἃς ἔχεις ὀργὰς ἄφες,
Ζήτει δὲ τῶνδε πημάτων ἀπαλλαγάς.
Ἀρχαῖ' ἴσως σοι φαίνομαι λέγειν τάδε·
Τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου
Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίνεται.

312. ἀνωτέρω] ἀπωτέρω Rob. 313. θακῶν] θακὼν Ald. Turn. Rob. κλύοι] κλύη Ald. κλύει MS. Viteb. At optativum sensus et particula ἂν requirit. Id. v. sq. μόχθον. 316. τῶνδε] τῶν Ald. claudicante metro. 317. λέγειν] λέγων Ar. 319. τἀπίχειρα] bene monet Brunckius, crasin ad metrum necessariam esse, neque adeo, ut vulgo, scribendum τὰ 'πίχειρα.

311—314. εἰ δ' ὧδε—δοκεῖν. *Si vero tam aspera et aculeata verba jeceris, cito fortasse, quamvis procul a te in excelsiore throno sedens, te Jupiter audiat, ut hanc malorum acerbitatem ludum jocumque fuisse existimaturus sis.*

τεθηγμένοι λόγοι, dicta quasi cote iracundiæ acuminata, quæ alterius animum mordent ac pungunt. Bene observat Valckenaerius V. D. (ad Hippol. Eurip. p. 239. ubi et h. l. et Theb. v. 717. et alia exempla commemorat) animum *incitatum* ira, odio, vel alia perturbatione dici poëtis τεθηγμένον, hic autem τεθηγμένους λόγους mitibus verbis opponi. ῥίπτειν de dicteriis frequenter usurpatur, ut Latinorum *jacere* τάχα hic et probabilitatem et celeritatem notat; (Germ. *wer weiss wie bald*) cujus usus aliud exemplum e Plat. Phædr. p. 257. affert doctiss. Hoogeveen in doctrina particularum Græcarum, cap. liv. §. 4. p. 1134. καὶ μακρὰν ἀνωτέρω θακῶν, *etiamsi* etc. Χόλος μόχθων, *acerbitatem et dolores.*

παιδιὰν εἶναι δοκεῖν. Stanleius apte contulit Terentianum : *Hic vero est, qui si amare occœperit, ludum jocumque dices fuisse alterum,* Ter. Eunuch. 2, 3.

315, 316. ἀλλ'—ἀπαλλαγάς. *Tu autem, ó miser, iras, quas foves, dimitte, et quære, quomodo te ex his malis liberes.* ἀπαλλαγαὶ, plurali singularis loco posito. Aut ἀπαλλαγαὶ sunt liberationis præsidia. cf. v. 471. 760.

317—319. *Fortasse obsoleta tibi et stulta videbuntur quæ dicam, verum tamen est, talia impotentis superbiloquentiæ præmia esse solere.* ἀρχαῖα dicuntur *antiqua,* h. e. ab nostræ ætatis sensu et judicio nimium aliena, adeoque *stulta et futilia.* Sic sæpe apud Aristophanem, v. c. Nub. 912. 980. Comparavit etiam Morell. Ciceronis dictum Philipp. 1. *Negligimus ista, et nimis antiqua et stulta dicimus.* τάδε vero pertinet ad sequentia; nempe Oceanus veretur, ne Prometheus locum istum communem de superbiloquentiæ damnis antiquum et ineptum judicaturus sit. μέντοι, *nihilo secius, gleichwol.* τὰ ἐπίχειρα proprie, ut Hesychius explicat : τὰ ὑπὲρ τὸν μισθὸν διδόμενα τοῖς χειρότεχ-

Σὺ δ' οὐδέπω ταπεινὸς, οὐδ' εἴκεις κακοῖς,
Πρὸς τοῖς παροῦσι δ' ἄλλα προσλαβεῖν θέλεις.
Οὔκουν, ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ,
Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὁρῶν ὅτι
Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.
Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν εἶμι, καὶ πειράσομαι,
Ἐὰν δύνωμαι, τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.
Σύ δ' ἡσύχαζε, μηδ' ἄγαν λαβροστόμει.
Ἦ οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς, ὢν περισσόφρων, ὅτι
Γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται;

320. κακοῖς] κακῶν MS. Viteb. quod haud injuria præfert Zeunius, quia constructio verbis εἴκειν cum genitivo rarior est, neque tamen Græcis plane insolita; adde quod gratius ad aures accidere videtur εἴκεις κακῶν, quam εἴκεις κακοῖς. 327. λαβροστόμει] λαυροστόμει Ald. 328. περισσόφρων] περισώφρων Ald. Rob. Lectio recepta venit a Turn. 329. προστρίβεται] vero lectio ed. Victor. cujus glossema est altera προσγίνεται, quam habent Ald. Rob. Turn. Garb. etc. præter Brunckium, qui Victorianam restituit.

ναι. Lucrum igitur ironice damnum dicit; ut nostri: *das hut man nun davon, das kömmt dabey heraus.* Sine ambagibus idem proprie dicit Oceanus v. 328. Omnino hic locus de pœnis nimiæ loquendi temeritatis multum a Tragicis frequentatur. Comparaverunt viri docti Eurip. Bacch. 385. Pind. Ol. i. 84. Eurip. Æg. fragm. iii. γλῶσσα ἄγαν ὑψήγορος superbe dicta in Jovem innuit. Idem dicitur λαβροστομεῖν v. 327. γλῶσσα ματαία v. 329.

320, 321. σὺ δ' οὐδέπω—θέλεις. *Tu tamen nondum es humilis, nec cedis malis, sed præsentibus potius non contentus alia insuper tibi comparare vis.* οὐδ' εἴκεις κακοῖς cf. v. 179.

322—324. οὔκουν—κρατεῖ. *Itaque, si me audies, non amplius adversus stimulum calcitrabis, cum videas asperum monarcham nec ullis rationibus obnoxium regnare.* ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ, *wenn du meinem Rathe folgen willst.* πρὸς κέντρα λακτίζειν notissima metaphora. Sic πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου, Pelia ap. Stob. p. 37. et Zenob. 5, 70. Παροιμία ἧς μέμνηται Εὐριπίδης (Bacch. 784. ed. Brunck. 794. ed. Barnes.) Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ;—καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται.—Pind. Pyth. 2. 173. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζεμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος.—quæ loca Stanl. congessit. Cf. Nostrum, Agam. 1633. πρὸς κέντρα λακτίζειν· παροιμία ἐπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τὶ λέγειν ἢ πράττειν Hesych. qui tamen hac explicatione verum proverbii sensum non assecutus est. Dicitur enim de iis, qui repugnando superioribus plus obsunt sibi, quam prosunt.

325. sqq. καὶ νῦν—προστρίβεται. *Et jam nunc eo, et, si potero, tentabo te ex his ærumnis exsolvere. Tu vero quiesce, nec nimis procaciter loquere. Quid? nonne, cum sapientia abundes, satis intellexisti, linguæ vanitati pœnas infligi?* γλῶσσα μα-

Πρ. Ζηλῶ σ' ὁθ' οὕνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς,
Πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί.
Καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω.
Πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής.
Πάπταινε δ' αὐτὸς μή τι πημανθῇς ὁδῷ.
'Ωκ. Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς,
Ἢ σαυτόν· ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι.
Ὁρμώμενον δὲ μηδαμῶς ἀντισπάσῃς.
Αὐχῶ γὰρ, αὐχῶ τήνδε δωρεὰν ἐμοὶ
Δώσειν Δί', ὥστε τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.
Πρ. Τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, κοὐδαμῆ λήξω ποτέ·
Προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ

330. αἰτίας] ζημίας Rob. male repetitum e versu antecedente. 332. μηδὲ] μὴ δὲ Ald. μηδὲν Rob. 333. εὐπιθὴς] εὐπειθὴς invito metro Ald. Rob. Viteb. 340. τὰ μέν—ποτὲ] Elegans quidem est Valckenarii conjectura, quam ad Eurip. Phœniss. v. 1723. protulit, forte scil. scripsisse Æschylum, τὰ μέν σ' ἐπαινῶν οὐδαμῇ λήξω ποτὲ,

ταία, linguà proterva. Sic μάταιον Suppl. 206.

330. Ζηλῶ σε, *felicem te prædico; s. non equidem invideo, miror magis.* ζηλοῦν et μακαρίζειν hoc sensu frequenter occurrunt. cf. Valckenaer ad Theocr. Adoniazus. p. 415. ὅθ' οὕνεκα *propterea quod.*

331. πάντων—ἐμοί. *Cum omnium meorum consiliorum particeps et socius fueris.* Hic igitur obiter significatur, Oceanum, quæ Prometheus hominum causa invito Jove perpetrasset, non probasse solum, sed etiam adjuvisse. In τετολμηκὼς præpositio σὺν aut μετὰ repetenda est ex participio μετασχών.

332. sqq. καὶ νῦν—ὁδῷ. *Nunc vero ista omitte; noli propterea laborare. Nam nullo modo ei persuadebis. Valde enim difficilis est. Vide modo, ne quid ipse hoc itinere offenderis.* Verbis καὶ νῦν ἔασον leviter figere Oceanum videtur, quod non prius se adversus Jovem defenderit.

335, 336. πολλῷ—τεκμαίρομαι. *Multo peritior es aliis, quam tibi recte consulendi, id non conjectura, sed ipso rei usu intelligo.* λόγος. h. l. non est *verbum*, ut Stanl. vertit, sed *ratio, ratiocinandi facultas.*

337. ὁρμώμενον—ἀντισπάσῃς. *Plane autem nolo, me jam promptum* ad hoc iter suscipiendum *a te retrahi.* μηδαμῶς conjunctivo junctum ἀπαγορευτικὸν est. Nihil tamen prohibet ἀρνητικῶς s. negative interpretari, modo ἀντισπάσεις pro ἀντισπάσῃς legatur. Sic sensus esset: *Sed me jam ire paratum nullo pacto ex itinere retrahes.* Quod. h. l. concinnius esse opinor.

338, 339. αὐχῶ—πόνων. *Glorior enim hac spe Jovem mihi hoc gratificaturum, ut te ex his ærumnis liberet.* αὐχεῖν, *fidenter prædicare, et cum quadam spei gloriatione.*

340. τὰ μὲν opponitur τῷ ἀτάρ. *De illo quidem, laudo te, nec laudare unquam desinam.*

341. προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις,

Μηδὲν πόνει. μάτην γὰρ, οὐδὲν ὠφελῶν
Ἐμοὶ, πονήσεις, εἴ τι καὶ πονεῖν θέλοις.
Ἀλλ' ἡσύχαζε, σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων.
Ἐγὼ γὰρ οὐκ εἰ δυστυχῶ, τοῦδ' οὕνεκα
Θέλοιμ' ἂν ὡς πλείστοισι πημονὰς τυχεῖν.
Ὠκ. Οὐ δῆτ', ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι
Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους
Ἕστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

non tamen adeo certa, ut eam Brunckius in locum vulgatæ, quam omnes MSS. et Edd. exhibent, recipere debuerit. Etenim vulgata ἐλλειπτικῶς sic exponi potest, τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, κοὐδαμῆ λήξω ποτὲ ἐπαινῶν, *et laudo te, nec umquam laudare desinam.* Similiter supra, v. 164. sq. δάμναται οὐρανίαν γένναν, οὐδὲ λήξει (sc. δαμνάμενος) πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ etc. 343. θέλοις] Ita Rob. Viteb. Reg. B. quod particulæ εἰ aptius quam vulg. θέλεις. 345. οὕνεκα] Atticismum auctore Dawesio post Brunckium restituimus, cum ceteri omnes ediderint εἵνεκα. 348. ὃς πρὸς] ὃς ἐς Rob. 349. ἕστηκε, κίον'] ἕστηκε κίων conj. Petitus Obs. misc. iii. 24. Sed nihil mutandum docuit Abreschius; qui etiam Eustathium allegavit ad Odyss. α'. p. 18. 26. ubi hic versus ita legitur, ut eum omnes Edd. et Codd. MSS. exhibent. 350. ὤμοις] ὤμοιν Rob.

nam ad benevolentiam et officium nihil tibi reliqui facis.

341—343. ἀτὰρ—θέλοις. *Veruntamen noli laborare; frustra enim laborabis, si quidem velis laborare, neque mihi quicquam proderis.*

344. ἀλλ' ἡσύχαζε, σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων. Falso transtulit Stanleius: *proinde quiesce et te hinc amove.* Sensus est: *Sed tu cum extra teli jactum sis,* cum in tuto sis, *quiesce.*

345, 346. ἐγὼ—τυχεῖν. *Ego enim etsi infelix sum, nolim tamen ideo quam plurimis aliis calamitates accidere.* Generosum hic animum prodit Prometheus, et quamvis acrem et propositi tenacem, eundem tamen etiam humanum, benevolum et commodi aliorum studiosum.

347. οὐ δῆτα, *nequaquam.* ἐπεί με—εὐάγκαλον, *quia me etiam infortunia fratris Atlantis affligunt, qui in Hesperiis oris stat, cœli et terræ columnam humeris haud leve sane onus sustinens.* κασιγνήτου scil. σου. Nam Atlas est frater Promethei secundum Hesiodum, Theog. 509. et Apollodorum, lib. i. p. 4. ed. Commel. Diodorus Siculus autem, ut nulla est in his fabulis scriptorum consensio, Saturni fratrem et Cœli filium facit. Sed de Atlante Æschyleo copiosius disputabimus ad locum similem v. 425. sqq.

348. ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους. Valckenarius ad Eurip. Hippol. p. 277. conjiciebat Æschylum scripsisse πρὸς ἑσπέροις τόποις. Recte vero Brunckius, "tertius, inquit, casus non mihi videtur necessario præferendus. πρὸς et παρὰ absque motus significatione accusativum adsciscunt, Pers. 230. πρὸς δυσμὰς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων, et v. 814. πρὸς γῆν Πλαταιῶν. Utroque in loco ex auctoritate codd. sic edidimus; infra, v. 513. παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς ἄσβεστον πόρον."

Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
Ἄντρων ἰδὼν ᾤκτειρα, δάϊον τέρας,

351. Atlantis ideo potissimum hic meminerat Oceanus, ut ostenderet, se iter ad Jovem non solius Promethei causa suscipere, adeoque ultimum argumentum, quo eum ille ab hoc itinere avocare cupiebat, everteret. Jam vero Typhonis mentionem injicit, ut novo exemplo Prometheum doceat, nullam vim adeo potentem, nullamque ferociam tam superbam esse, quæ a Jove vinci ac retundi non possit. Quapropter consilio ejus aptissimum est, quod primum vivis coloribus Typhæi minas et conatus adversus Jovem, deinde autem turpem ejus cladem, acerbissimasque pœnas depingit. Cum enim vehementer cupiat mitiorem Prometheo mentem inspirare, eique ut supplex Jovi se submittat persuadere, nihil utique magis idoneum videri poterat, quam Typhonis exemplum; cujus commemoratione ubi eum nihil commoveri intelligit, mox omnem, quam de salute ejus restituenda conceperat, spem deponit.

Typhoëi s. Typhonis Homerus semel tantum et obiter mentionem facit, Iliad. β'. 782. Hesiodus eum Telluris minimum natu filium, ex Tartaro susceptum esse fingit. Formam vero ejus luculenter his versibus describit, quos cum Æschyli phantasmate comparasse neminem pœnitebit:

Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.
Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχουσαι
Καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ· ἐκ δέ οἱ ὤμων
Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος
Γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες· ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Θεσπεσίης κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.
Φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῇς κεφαλῇσι,
Παντοίην ὄπ' ἱεῖσαι ἀθέσφατον.—

Pindarus autem hujus Typhonis furori pariter ac Noster ignes tribuit ab Ætna ejectos, cujus quidem locus adeo similis est Æschyleo, ut ille Tragicum imitatus esse videatur:

Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖ-
ται θεῶν πολέμιος
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα.
Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'. ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ·
Κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι,
Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον
κεντεῖ.

h. e. e versione ab Ill. Heynio curata: quique in horrendo Tartaro jacet, Deorum hostis, Typhos centiceps, quem olim Cilicum enutrivit famosum antrum: nunc vero et supra Cumas mari septa littora, et Sicilia ejus premit pectora hirsuta, columnaque cœlestis eum cohibet, nivosa Ætna, per totum annum acris nivis nutrix. Cujus eructantur inaccessi ignis liquidissimi ex ca-

Ἑκατοντακάρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον
Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς,
Σμερδναῖσι γαμφηλῇσι συρίζων φόνον·
Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας,
Ὡς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἐκπέρσων βίᾳ·
Ἀλλ' ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος,
Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα,

353. ἑκατοντακάρηνον] Ita omnes. ἑκατογκάρηνον Pauw; qui dubitat in principio versus duo anapæstos positos fuisse. Et recepit Morell. qui cum hac forma comparat ἑκατόγχειρ, ἑκατόμπυλος, nisi malis ἑκατοντακάρηνον in pronunciando corripere, q. d. ἑκατονκάρηνον. Nos Brunckio assentimur, qui nihil mutandum censet. 354 πᾶσιν ὃς] ὃς πᾶσιν Rob. metrum pervertens. πᾶσ' ὃς Stanl. conjicit, ut anapæstum ejiciat. Non opus est. 355. σμερδναῖσι γαμφηλῇσι] Sic Ald. Brunck. σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι Vict. δεινaῖσι γαμφηλαῖσι Rob. δεινaῖσι γαμφηλαῖσι legitur in Eudociæ Ἰωνιᾷ nuper a Cl. de Villoison edita p. 406. mendose. φόνον] φόβον Schol. Rob. 357. ἐκπέρσων βίᾳ] ἐκπέρσαι θέλων Ald. Marg. MS. e glossa Grammatici qui futurum participii sic declarabat. 358. ἄγρυπνον βέλος] ἄγριον σέλας V. L. ap. Steph. Potterus ad Lycophr. p. 381. conj. ἀγρύπνου, ut sit epitheton Jovis, non fulminis. At vulgata ratio elegantior est.

vernis fontes, fluviique interdiu profundunt vorticem fumi candentem; noctu vero saxa volvens rubicunda flamma in profundum defert maris æquor cum fragore, etc.

γηγενῆ Typhoëa nominat Æschylus, *Terræ filium*, ex vulgari fabula; at in Hymno Homerico in Apollinem Juno Jovi irata eum peperisse fertur, v. 307. sqq. Κιλικίων οἰκήτορα ἄντρων, scilicet ubi natus est, et, antequam bellum cum Jove gereret, habitavit. δάϊον τέρας, *immane monstrum*, ad horribilem corporis formam pertinet, quam describunt Hesiodus et Apollodorus.

353. ἑκατοντακάρηνον. Ita et Pindarus ἑκατογκέφαλον, Ol. iv. et ἑκατοντακάρανον appellat. πρὸς βίαν χειρούμενον, post violentam pugnam vi Jovis *devictum*. θοῦρον, *impetuosum*, ut alibi δεινόν τ' ἀργαλέον τε vocatur, Homer. hymn. in Apoll. v. 306. πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς; sic et Apollodorus narrat. σμερδναῖσι γαμφηλῇσι συρίζων φόνον, *ex horribili ore cædem exsibilans*, gravi metaphora, neque tamen supra cothurni modum elata. Nam συρίζειν φόνον non est audacius dictum, quam cum nos vel in communi vita dicimus *Mord schnauben*. Et Apollodorus: μετὰ συριγμῶν ὁμοῦ καὶ βοῆς ἐφέρετο.

356. ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας, *ex oculis autem terribilem ignem fulgurabat*. Apollodorus: πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι.

357. ὡς—βίᾳ. *Sperans scilicet se Jovis imperium vi expugnaturum.*

358, 359. ἀλλ' ἦλθεν—ἐκπνέων φλόγα. *Sed irruit in eum pervigil Jovis telum, fulmen caducum flammam spirans, quod eum grandisona jactatione excussit.* βέλος de Jovis fulmine frequenter adhibetur. Sic *patris summi Typhoëa tela* apud Virgilium, Æn. i. 665.

359. καταιβάτης κεραυνός. "Recte Schol. monet speciem esse fulminis ita dictam. Schol. Aristoph. in Equites: τῶν γὰρ κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς

Ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων
Κομπασμάτων. φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς
Ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος·
Καὶ νῦν, ἀχρεῖον καὶ παρήορον δέμας,
Κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου
Ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο·

363. παρήορον] πανάωρον Ox. Ald. παράωρον Vit. et cit. Steph. Futile est, quod nescio cui in mentem venit ap. Morell. πανήπορον, q. d. πανάπορον. Nec melius πανήορον i. e. ἄφρονα marg. MS. ap. eund. 365. ἰπούμενος] ἰπνούμενος Codd. et Edd. omnes.

Ὅμηρος ὠνόμασεν. Auctor lib. de mundo: Τῶν δὲ κεραυνῶν οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται· οἱ δὲ ταχέως διάττοντες, ἀργῆτες· ἑλικίαι δὲ οἱ γραμμοειδῶς, φερόμενοι· σκηπτοὶ δὲ, ὅσοι κατασκήπτωσι εἴς τι. Ad tertiam speciem pertinent, quæ postea profert,

ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι
Στεροπῆς ζάπυροι.

Ad quartum καταιβάτης. Lycophron; ὧν καταιβάτης Σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δηουμένων. Horatio *fulmen caducum.*" *Stanleius.* Nobis quidem Æschylus physicorum istam fulminum divisionem parum curasse videtur; et καταιβάτης κέραυνος nihil aliud est, quam: *Jupiters herabfahrender Donnerkeil.*

361, 362. φρένας—σθένος. *Nam ad ipsa praecordia ictus fulmine ambustus, exterritus animi atque attonitus robur perdidit.* ἐφεψαλώθη, *ambustus est,* (non *dejectus,* ut Garb. vertit,) cf. v. 372. ubi dicitur ἀνθρακωμένος. ἐξεβροντήθη est *tonitruum vi excutere.* σθένος est accusativus more Græcorum cum passivo constructus. Cur Pauwius nominativum esse voluerit, non assequimur.

363, 364. καὶ νῦν—θαλασσίου. *Et nunc inutile et protensum corpus jacet prope maris* scil. Siculi *fretum.* ἀχρεῖον dicitur corpus evanidum viribus fractum. παρήορον optime vertit Garb. *portensum.* Stephanus comparavit Iliad. η'. 156. ubi de Ereuthalione a se interfecto Nestor ait: πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα, quem locum in lexico Homerico Apollonius, (p. 642. ubi Æschyleum hunc locum contulit Cl. Villoisonus, et Stanleium, qui vertit *inhonorum,* jure reprehendit,) huic interpretationi subjungit: ἴστω δὲ ὅτι καὶ πιπτωκὼς, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος παρῃωρημένος. Pindarus quidem loco supra exscripto Typhonis corpus ita porrectum fuisse, ut pars ejus sub Italia jaceret, narrat; Noster autem moderatius fingendi potestate usus Ætnæ tantum subjectum esse perhibet. Pindaro propior Ovidius, Metamorph. v. 346.

Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris; et magnis subjectum molibus urget
Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes
Nititur ille quidem pugnatque resurgere sæpe,
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro,
Læva, Pachyne, tibi: Lilybæo crura premuntur,
Degravat Ætna caput, sub qua resupinus arenas
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoëus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ
Oppidaque et magnos evolvere corpore montes.

365. ἰπούμενος—ὕπο. Vulgata lectio ἰπνούμενος nec cum adjuncto ῥίζαισιν bene

Κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιστος, ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε
Ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας·
Τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον
Θερμοῖς ἀπλήστου βέλεσι πυρπνόου ζάλης,
Καίπερ κεραυνῷ Ζηνὸς ἠνθρακωμένος.

ἰπούμενος conj. Steph. item Gedike in vers. germ. Pythiorum Pindari; quod cur receperim, exposui in comm. ad h. l. ἰπνούμενον alicubi reperit Brunck. ῥίζησιν] e Cod. Reg. B. vulg. ῥίζαισιν. 369. λευρὰς] λευροὺς Rob 371. θερμοῖς] θερμῆς Rob. Victor. θέρμης Stanl. δεινοῖς conj. Pauw. male. ἀπλήστου] Gedike l. l. conj. ἄπληστος. Sed vide Commentar. ad h. l.

coit, nec per se sensum commodum præbet. Si enim ἰπνούμενος significaret, *camini loco inserviens*, aut quasi in caminum mutatus, quid ineptius? aut si idem ac *tostus, ambustus*, quid ab Æschyli copia et ubertate alienius, cum eadem notio jam v. 362. 372. occurrat? Itaque nihil verius est lectione ἰπούμενος, in quam Stephanus et Gedickius conjectura inciderunt. Sensus: *Jacet sub radicibus Ætnæ depressus*. Novum huic lectioni præsidium accedit e Pindari comparatione, qui dorsum Typhonis radicibus arborum Ætnæ compungi fingit.

366. κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ Ἥφαιστος. *In summis autem verticibus ferrum cudit Vulcanus.*—" μυδρὸς interprete Hesychio est σίδηρος πεπυρωμένος. Tale quiddam Anaxagoras solem esse prædicavit, μυδρὸν scil. διάπυρον, Diog. Laërt. in Anaxag. Hinc μυδροκτυπεὺς, χαλκεύς. Callimachus de Cyclopibus:

—ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο
Ἑσταότας περὶ μυδρὸν—

quod mox exponit:

"Η χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἠὲ σίδηρον."

367. sqq. ἔνθεν—γύας. *Unde olim prorumpent flammæ flumina, quæ sævis dentibus latos frugiferæ Siciliæ campos depascent.* Græci poëtæ, qui propius a prima ignis inventione aberant, ejus vim et figuram sæpe cum corporis humani partibus comparare solent, indeque metaphoras ad nostræ linguæ ingenium justo audaciores eliciunt, quæ si ad naturam et intelligentiam antiquioris ætatis revocentur, neminem sane offendat. Itaque πυρὸς γνάθος, πυρὸς βόστρυχος, et quæ sunt generis ejusdem in Æschylo nemo vituperet. Notum est, Marinarum insularum incolas, cum primum Magellano ad eorum littora appellente, ignem conspexissent, eum animal esse credidisse, quod ore et halitu noceret. Apud Plutarchum (in lib. πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, paulo post init.) Satyrum quendam ignem exosculari voluisse narratur. Τοῦ δὲ σατύρου τὸ πῦρ ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιβαλεῖν ὁ Προμηθεὺς scil. ἔφη

Τράγος, γένειον ἄρα πενθήσεις σύ γε;
Καίει τὸν ἁψάμενον·

quos quidem versiculos non dubito ex Æschyli Prometheo πυρφόρῳ depromptos esse.

368. ἀγρίαις γνάθοις. Ut Choëph. v. 323. πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος.

370—372. τοιόνδε—ἠνθρακωμένος. *Tali irarum æstu effervescet fervida tela ex imo æstuario ignem exhalante eructans.*

Πρ. Σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου
Χρῄζεις· σεαυτὸν σῶζ' ὅπως ἐπίστασαι·
Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην,
Ἔστ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου.

376. λωφήσει cit. Turn.

Ζάλη non solum turbinem et procellam, verum etiam maris æstum notat; h. l. itaque *imus Ætnæ fundus igneæ materiæ* (*Lavam* dicunt) plenus intelligitur. Sic Virgilius, Æneid. iii. 571. sqq.

horrificis juxta tonat Ætna ruinis
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo et candente favilla,
Attollitque globos flammarum et sidera lambit,
Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, FUNDOQUE EXÆSTUAT IMO.

Ζάλη πυρπνόος igitur est: *die flammenhauchende Feuersee.* Si vera est lectio ἀπλήστου, *immanem profunditatem* notat, propter quam quasi expleri non potest. Mihi tamen certum est, Æschylum scripsisse ἀπλήτου, *inaccessæ*; id primum aptius est ad terribilem hujus phantasmatis speciem augendam, deinde cum Pindari descriptione consentit, qui idem dixit ex Ætna erumpere ἀπλάτου πυρὸς παγάς. Hic itaque Typhon resupinus jacere, nec solum ipse ignem efflare, sed etiam ventum excitando ignes subterraneos ejicere, simulque favillam, fumum et saxa (quæ sunt ejus βέλη) extrudere fingitur.

372. καίπερ—ἠνθρακωμένος. Sic Enceladi *semiustum fulmine corpus* ap. Virgil. l. l. v. 578.

Ceterum hæc descriptio cum omnis ad terrorem Prometheo incutiendum, atque ad summam Jovis potentiam declarandam directa sit, verissimasque imagines gravissimis pariter atque aptissimis verbis exprimat, causam video nullam, cur eam cum doctissimo Gedickio (in elegantissima Pythiorum Pindari versione Germanica, p. 30.) turgidam esse arbitremur. Certe si ea tantum oratio turgescit, quæ aut levia et mediocria sublimiter efferre cupit, aut ea quæ vere grandia sunt propter nimiam sublimitatis affectationem falsis imaginibus, sententiis verbisque rerum naturæ aut loquentis conditioni adversantibus involvit, equidem h. l. tragicum nostrum prorsus ea culpa absolvendum esse crediderim. Nam cum Pauwius existimabat v. 352. male coire verba ἰδὼν ᾤκτειρα cum sequentibus δάϊον τέρας, oblitus fuerit necesse est, nihil magis ad misericordiam excitandam valere, quam potentium virorum ruinas, eorumque fortunæ eversiones. Neque vero ultima pars narrationis aliter interpretanda est. Furores enim Typhoëi sub Ætna conclusi summæ ejus desperationis indicia sunt, et graviorum pœnarum omina. Quid igitur hujus exemplo ad flectendum Promethei animum aptius, et ad vincendam ejus obstinationem ac superbiam fortius videri poterat?

373. sqq. σὺ—χόλου. *Tu vero cum nec ipse imperitus sis, nec me monitore egeas, fac ut te ipsum pro ea quæ tibi est scientia serves; ego vero præsentem fortunam feram, donec Jovis ira deseviat.*

376. ἔς τ' ἄν. Pro ἕως οὗ, *donec*, observante Cl. Valckenario, ad Eurip. Hippol. p. 236. 2. ἐς ὅ Ionice scribentibus ἐς τό, Atticis ἔς τε dicebatur; hoc

'Ωκ. Οὔκουν Προμηθεῦ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
'Οργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;
Πρ. 'Εάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.
'Ωκ. 'Εν τῷ προμηθεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾶν τίνα

377—380. Οὔκουν—βίᾳ] Latinus poëta, nescio quis, Attius fortasse, apud Ciceronem Tusc. iii. 7. hos versus ita reddidit: *Oc. Atqui Prometheu, te hoc, tenere existimo, Mederi posse rationem iracundiæ. Pr. Si quidem quis tempestivam medicinam admovens Non aggravescens vulnus illidat manu*, unde Steph. conjiciebat Nostrum pro ὀργῆς νοσούσης scripsisse ψυχῆς νοσούσης, quæ lectio occurrit in commemoratione h. l. apud Plutarchum ἐν τῷ παραμυθητικῷ πρὸς 'Απολλώνιον init. et apud Eustath. in Iliad. 696. 33. Putabat nimirum Steph. Latinum poëtam verbo *iracundiæ* expressisse Græcum ψυχῆς νοσούσης. Cui Pauwius hoc opponit, ὀργὴν proprie esse omnem animi appetitum et affectionem, sive bonam, sive malam; existimatque ψυχῆς ex interpretatione Grammatici, qui ignotam vim substantivi ὀργὴ notiore vocabulo explicaverit, ortum esse. Quæ quamquam probabiliter dicta sunt, æquo jure tamen aliquis dicere possit vocabulum ὀργῆς glossema esse, quo Scholiastes vim duorum vocabulorum ψυχῆς νοσούσης uno verbo exprimere voluerit. Ex quo conficitur, utriusque lectionis ὀργῆς et ψυχῆς momenta fere paria esse, nec, ut nunc est, certi quidquam de iis definiri posse. 379. μαλθάσσῃ] μαλθάσῃ Ald. Rob. 381. προμηθεῖσθαι] Sic Rob. et Codd. Regg. idque cum Valckenario ad Phœniss. 1475. et Brunckio prætulimus alteri προθυμεῖσθαι, quod habent Ald. Turn. Victor. cod. Viteb.

jungi solet indicativi temporibus; ἕς τ' ἂν postulant subjunctivum.

377. οὔκουν. Latinus poëta apud Ciceronem, cujus versionem h. l. inter V. L. dedimus, legisse videtur οὐκοῦν, nec post λόγοι interrogandi signum, sed punctum in libro suo invenisse. Reddit enim *Atqui Prometheu* etc. Sed vehementiæ Oceani interrogationis forma melius respondet. λόγοι sunt alloquia rationibus et argumentis ad commovendum animum compositis plena. (*gutes Zureden.*)

379. γε iterum antecedentis quæstionis affirmationem cum restrictione involvit. σφριγῶν θυμὸς opponitur τῷ μαλακῷ, estque adeo *tumens animus*, ira et vindictæ cupiditate elatus. Hesychius: σφριγῶντα, ἐπαιρόμενον, ἰσχύοντα. Verbi σφριγᾷν notiones nemo melius declaravit Cel. Ruhnkenio ad Timæi lex. platon. quem jam Morellus jure laudavit.) Eodem modo τῷ μαλθάσσειν opponitur ἰσχναίνειν, et ut illud *emollire* est, sic hoc duriter et aspere tumorem tractare, significat, s. violenta manu atterere et irritare. Ducta vero est elegans allegoria e medicorum rationibus, qui corporis tumori fomenta adhibent, eumque sensim ac leniter emolliunt, tantum abest ut scalpellis lacerent, aut ignibus urant.

381. προμηθεῖσθαι, quod etiam Valckenario, summo viro, placuit, ad Eurip. Phœniss. 1475. ideo præferendum duxi lectioni προθυμεῖσθαι, quod primum in ea suavis inest ad nomen Promethei allusio, deinde sequentis ejus responsionis pervicacia magis exaggeratur. προμυθίαν enim Oceani jam supra v. 341. et laudaverat et deprecatus erat; hic vero cum ipsam quoque providen-

Ὁρᾷς ἐνοῦσαν ζημίαν; δίδασκ' ἐμέ.
Πρ. Μόχθον περισσὸν, κουφόνουν τ' εὐηθίαν.
Ὠκ. Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν, ἐπεὶ
Κέρδιστον, εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.
Πρ. Ἐμὸν δοκήσει τἀμπλάκημ' εἶναι τόδε.
Ὠκ. Σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν.
Πρ. Μὴ γάρ σε θρῆνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.
Ὠκ. Ἦ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας;
Πρ. Τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῇ κέαρ.
Ὠκ. Ἡ σὴ, Προμηθεῦ, ξυμφορὰ διδάσκαλος.
Πρ. Στέλλου, κομίζου, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν.
Ὠκ. Ὁρμωμένῳ μοι τόνδ' ἐθώϋξας λόγον.

384. τήνδε τὴν νόσον] τῇδε τῇ νόσῳ Ald. Rob. Receptam lectionem præiverunt Ox. Turn. Brunck. 387. στέλλει] στελεῖ Ox. πάλιν] πάλαι Cod. Viteb. 389. θακοῦντι] κρατοῦντι Ald. Turn. Victor. quod vel glossema est lectionis receptæ, vel e similitudine sequentis vocabuli παγκρατεῖς natum. θακοῦντι est in MSS. Regg. Viteb. νέως θακοῦντι MS. Marg. Morell. (non autem Aldina, ut in hujus editione falso notatum est.)

tiam ab Oceano sibi commendatam inutilem et superfluam dicat, gravius utique ferit spectatoris animum incredibilis viri pertinacia. Ceterum προθυμεῖσθαι sic defendi possit, ut in Promethei responso verba μόχθον περισσὸν ad Oceani τολμῶν, sequentia autem κουφόνουν εὐηθίαν ad προθυμεῖσθαι referantur. Servato vero προμηθεῖσθαι sic velim Teutonicis verbis efferri sententiam: *Was kann denn aber ein Versuch aus guter Fürsorge schaden?*

383. Breviter et acute respondet Prometheus: μόχθον περισσὸν κουφόνουν τ' εὐηθίαν. Germ. *So viel, dass die Mühe vergeblich und die Gutherzigkeit einfältig ist.* εὐηθία κουφόνους est benevolentia consilio ac prudentia destituta.

384. sq. ἔα με—φρονεῖν. *Sine me nunc hoc morbo laborare; plurimum enim prodest recte sapienti sapientiam dissimulare.*

386. ἐμὸν—τόδε. *Meum autem hoc peccatum videbitur;* h. e. etiamsi tu non fugias stultitiæ speciem, ego tamen in hanc suspicionem incurrere nolo, me tibi ejus auctorem fuisse.

387. σαφῶς—πάλιν. *Manifesto me tua hæc oratio domum remittit.*

388. γὰρ h. l. cum ellipsi affirmationis, cujus causam significat. q. d. Utique te remitto, vereor enim. θρῆνος οὑμὸς pro ἐμοῦ.

392. στέλλου, κομίζου, *abi, aufer te hinc.* σῶζε τὸν παρόντα νοῦν, *serva istam mentem;* hæc non sine acerbitate dicit Prometheus, leviter ei nimium Jovis timorem exprobrans. cf. v. 945.

393. sqq. Male dissimulans Oceanus dolorem, quem ex invicta Promethei pertinacia capit, animum jam dudum ad discessum promtum atque paratum mentitur, et quæ de οἰδίᾳ τε-

Λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς
Ὁ τετρασκελὴς οἰωνός· ἄσμενος δέ τ' ἂν
Σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

ΧΟΡΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Χο. ΣΤΕΝΩ σε τᾶς οὐλομένας *στροφή.*
Τύχας Προμηθεῦ,
Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων

394. λευρὸν γὰρ οἶμον] λευρῶν γὰρ οἴμων Rob. Vulgatum edidere Ald. Turn. etc. ψαίρει] ψαύει Ald. ψαύει Rob. Victor. ψαίρει Turn. 395. ὁ ante τετρασκελὴς addidit Brunck. 397. Ante Stanleium in omnibus edd. chorica, quæ sequuntur, monostrophica erant. Sed priora epodica esse primum recte intellexit Stanleius, quorum constitutionem absolvit Heathius. Epodica igitur sunt, quæ a v. 397—424. leguntur; et Strophe quidem a v. 397—405. Antistrophe a v. 406—414. Epodos a v. 415—424. pertinet. Tum sequuntur monostrophica, a v. 425—435. 397. τᾶς] τὰς Turn. 399. δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων] Ita edd. omnes, ante Brunckium, qui Heathium secutus delevit δ', ut versus hic antithetico melius

τετρασκελεῖ subjungit, per se quidem frigida sunt, hic tamen ad perturbationem ejus significandam valde apposita. Sic enim et hodie aliquis Oceani loco diceret: *Nun, nun, ich war ja so schon im Begriff aufzubrechen; mein Pferd will ohnedem nicht mehr stehn.*—ἐθώϋξας h. l. nihil aliud significat, quam *dixisti.* λευρὸν οἶμον αἰθέρος, *latam aëris viam,* i. q. aërem, ornata periphrasi, nec tamen a persona loquentis aliena. Tragicam enim orationem in dialogis quoque vulgari sermone paulo elatiorem comtioremque ~~esse oportet~~; modo ne ampullis aut ambitiosis ornamentis delectetur. ψαίρει, *radit,* apposite dictum, ut Virgilius de columba, Æn. v. 217. (ubi Cl. Heynius Æschyli locum non neglexit, coll. Valckenaer ad Phœniss. p. 471.) *radit iter liquidum.* Sed hic de columba intelligit jam volante. Æschylus vero de nisu evolandi intelligit; i. q. *avis jam aëra quatit alis, et avolare cupit.* Sed idem Virgilius de aquila: *simul æthera verberat alis.* Æn. xi. 756.

395, 396. ἄσμενος—γόνυ. *Ac lubens in domestico stabulo requieverit.* κάμπτειν γόνυ de animalibus, qui cum se ad quietem dant, in genua procumbunt.

IN SCENAM V.

v. 397—562.

397. οὐλομένα τύχα periphr. *pernicies, summa calamitas.* Genitivus a verbo animi dolorem exprimente pendet, subint. si vis, τὸ ἕνεκα.

399. sqq. ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν. Oculi ῥαδινοὶ dicuntur, vel generatim quia *mobiles* ac *lubrici* sunt; vel quod magis placet, *molles, teneri, ad lacrymandum promti.* Similis locus esset Ovid. de Remedio Amor. 340. (ubi quo pacto aliquis tædium amicæ concipere possit exponit:

Si male dentata est, narra, quod rideat illa:
Mollibus est oculis? quod fleat illa, refer.)

Ῥαδινῶν ῥέος παρειὰν
Νοτίοις ἔτεγξε παγαῖς.
Ἀμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς

responderet. Sed hoc opus non est, cum in Stropharum et Antistropharum versibus antitheticis non requiratur, ut syllabæ syllabis, pedes pedibus, sed tantum metra metris respondeant, quod non uno loco Heathius ipse monuit. Jam versus antitheticus Μεγαλοσχήμονα κἀρχαι—est Ionicus a minore. Ionicus a minore vel ex solis Ionicis constat, vel etiam alios pedes v. c. Epitritos recipit. Versus antistrophes tertius Μεγαλοσχήμονα κἀρχαι—constat duobus Ionicis a minore | ⏑⏑-- | ⏑⏑-- | : ideo non opus est ut strophicus ei oppositus eosdem pedes habeat; sufficit si ei metrum Ionicum a minore conservetur, quod non perit, si cum editionibus et codd. omnibus legamus δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων. Tum enim versus Ionicus a minore constat pede Ionico, et Epitrito secundo | ⏑⏑-- | -⏑-- | . Particula δὲ autem more Æschyleo h. l. abesse nequit. cf. locus simillimus v. 145. 400. ῥαδινῶν ῥέος] ῥαδινὸν λειβομένα ῥέος Ald. Rob. Ox. ῥαδινῶν λειβομένα ῥέος Turn. Victor. Sed λειβομένα recte delendum censuit Heathius, quem cum Brunckio sequimur. Non solum enim hoc participio metrum plane turbatur, sed etiam sententiæ concinnitas perit. Ortum vero est hoc emblema e falsa lectione ἔτεγξα pro ἔτεγξε, quam librarius declarare volens inseruit λειβομένα. 401. νοτίοις] νοτίαις Turn. ἔτεγξε] ἔτεγξα Ald. Turn. Rob. Victor. etc. Sed Cod. Reg. A. præbet veram lectionem ἔτεγξε, quam Heathius conjectura assecutus erat. 402. ἀμέγαρτα—κρατύνων] ἀμέγαρτα γὰρ τάδε, Ζεὺς δ' ἰδίοις νόμοις κρατύνων Rob.

si ibi *molles oculi* essent, ut vulg. interpretantur, *ad lacrymas faciles*, cum potius eos notet Ovidius, quos lacrymæ dedecorent; h. e. nimis languidi. Propius vero accedit illud Pedonis Albinovani iii. 13. *Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor*. Lectio ῥαδινῶν ornatiorem utique reddit orationem, quam ῥαδινόν. Vocabulum enim ῥέος jam aliud epitheton habet. ῥαδινὸν tamen legisse videtur Hesychius, si modo ad h. l. respexit glossa: Ῥαδινόν, λεπτόν, ἰσχνόν, εὐκίνητον, ἁπαλόν, εὐδιάσειστον. E quibus interpretamentis loco nostro nullum melius convenit, quam ἁπαλόν, quod idem de oculis dicitur. δακρυσίστακτον ῥέος, *rivus lacrimarum, eine Thränenfluth*, ut Ovidius de Byblide: *humectat lacrymarum gramina rivo*, Metamorph. ix. 655. νοτίοις παγαῖς, *liquidis fluminibus*. Otiosum hic fere est νότιοι, præsertim in concursu cum δακρυσίστακτον et ῥέος et ἔτεγξε. Absolutus enim esset sensus, si scripsisset poëta δακρυσίστακτον ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν ῥέος παρειὰν ἔτεγξε. Germanice sic verba sonarent: *und aus unsern zärtlichen Augen beschwemmt ein Thränenstrom mit feuchten Fluthen die Wange*. Pleonasmus hic parum sane commodus evitaretur quidem vulgata lectione δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν λειβομένα ῥέος παρειὰν νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς. Verum cum ea lectio metrum prorsus corrumpat, hic potius nimium aliquando ingenio poëtam indulsisse fateamur.

402. ἀμέγαρτα γὰρ τάδε non adverbialiter positum; sed accusativus est a κρατύνων rectus. ἀμέγαρτα perperam traxit Stanleius ad Jovis magnitudinem, quæ tanta sit, ut invidiam superet. Nam sicut v. 143. φρουρὰ ἄζηλος, *non invidenda*, erat *miserabilis, calamitosa*, sic ἀμέγαρτα τάδε de Promethei *tristi calamitate* intelligenda, quam Jupiter ἰδίοις νόμοις, h. e. spretis aliis legibus

Ἰδίοις νόμοις κρατύνων,
Ὑπερήφανον θεοῖσι
Τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν.
Πρόπασα δ᾽ ἤδη στονόεν — ἀντιστ.
Λέλακε χώρα,
Μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν
Ξυνομαιμόνων τε τιμὰν,
Ὁπόσοι τ᾽ ἔποικον ἁγνᾶς
Ἀσίας ἕδος νέμονται,
Μεγαλοστόνοισι σοῖσι
Πήμασι συγκάμνουσι θνητοί·

404. θεοῖσι τοῖσι πάρος] τοῖς πάρος θεοῖς Ald. Turn. Victor. θεοῖς τοῖς πάρος Rob. Viteb. Ar. θεοῖσι τοῖσι dedit Brunck ad Heathii emendationem. 405. δείκνυσιν] ἐνδείκνυσι Ar. δυκνύει vitiose Viteb. αἰχμὰν] αἰχμὴν Viteb. 408. μεγαλοσχήμονα κἀρχαιοπρεπῆ] corruptam scripturam μεγαλοσχήμον᾽ ἀπ᾽ ἀρχ. exhibet Ald. μεγαλοσχήμονα τ᾽ ἀρχ. Rob. Turn. κἀρχαιοπρεπῆ recte emendavit Heath. 409 στένουσα] στένουσι Rob. στένουσα rel. Ar. Ox. τὰν σὰν] τᾶν σᾶν Ald. τῶν σῶν Rob. τὰν σὰν est a Turn. 413. σοῖσι] σοῖς Ald. Rob. Victor. Codd. regg.

soli arbitrio suo indulgens, κρατύνει, *firmat*, i. e. irrevocabili constantia decernit. ὑπερήφανον αἰχμὰν, *nimis superbum gladium*, apte et ornate de crudeli summi imperii exercitio. θεοῖσι τοῖσι πάρος ad Saturnum ac Titanas pertinet. τοῖσι πάρος, *qui olim regnaverant*. Germ. *Denn dis traurige Schicksal verhängt Jupiter nach des Eigensinnes Gesetzen, und zeigt den vorigen Göttern die stolze Schärfe seines Schwertes.*

406. sq. Sicut Chorus v. 430. sqq. Atlantis fortunam vicinum mare, vicina flumina, vicinum Orcum miserari fingit, ita h. l. vicinas ei loco, ubi Prometheus affixus erat, gentes in societatem ejus dolorum venire affimat. πρόπασα χώρα haud aliter intelligi potest, quam *omnis regio circumjacens*. στονόεν λέλακε *suspirio et gemitu insonuit*, ut Virgil. Æn. iv. 667. *Lamentis gemituque et femineo ululatu tecta fremunt.*

408—410. μεγαλοσχήμονα — τιμὰν, *antiquam illam et magnificam tuam cognatorumque tuorum reliquorum Titanum dignitatem gemitu et lamentatione prosequens.* ξυνομαίμονες nimis anguste exponitur ab iis, qui Atlantem et Menœtium fratres Promethei, aut Atlantem et Typhoëum intelligunt. Omnes enim Titanes hoc vocabulo designantur.

411. ὁπόσοι τ᾽ ἔποικον. Suspicabar aliquando poëtam scripsisse ἔποικοι; ut deinde v. 415. est ἔνοικοι. Postea lectionem ἔποικοι in MS. Guelferb. inveni. Veram tamen vulgatam esse, nunc quidem opinor. Nam e lectione ἔποικοι hiatus oritur auribus gravis; et exquisite dicitur ἔποικον ἕδος Ἀσίας, *vicina sedes Asiæ*, pro accolis Asiatis.

413. μεγαλόστονα πήματα, *calamitates gravi gemitu dignæ.*

Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι ἐπῳδός.
Παρθένοι, μάχαις ἄτρεστοι,
Καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς
Ἔσχατον τόπον ἀμφὶ
Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν,
Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος,

416. μάχαις] Ita Schol. Ox. Codd. regg. quod post Brunckium recepimus. μάχαις Ald. μάχαν Rob. μάχας Ox. Turn. etc. 418. τόπον] τόπου πόρον Ald. e. conglutinatione veræ lectionis et glossæ. τόπον sine πόρον Rob. MS. Viteb. 420. ἄρειον ἄνθος] Sic Ar. Codd. regg. Accedit Viteb. in quo cur Zeunius hanc lectionem ἄνθος vitiosam esse pronuntiaverit, non assequor. Est enim hæc locutio Nostro familiaris. cf. loca a Morello et Brunckio laudata, Pers. 59. 250. 921. quibus adde Agam. 205. Alteram autem lectionem ἔθνος, quæ præter Brunckianam ceteras edd. omnes obsedit, glossema τοῦ ἄνθος esse perspicuum est.

415. Κολχίδος γᾶς ἔνοικοι παρθένοι Amazones sunt, qui antequam circa Themiscyram ad fluvium Thermodonta habitarent, Colchidis regionem obtinebant. cf. v. 730. μάχαις ἄτρεστοι, *bellicosæ, prælia non reformidantes.*

417—419. καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν. Hic aperte Chorus significat verum scenæ locum. Sicut enim v. 2. Σκύθης οἶμος dictus erat χθονὸς τηλουρὸν πέδον, sic h. l. Scythæ ultimam terrarum oram habitare dicuntur. Et quia simul paludis Mæotidis mentio fit, locum, ubi Prometheum affixum esse fingit Æschylus, haud procul ab ea abfuisse perspicuum est; adeoque si sedem Promethei vincti inter Borysthenem et Hypacarin ad sinum Carcinitem, sic ut Pontum Euxinum prospiceret, fuisse ponimus, locorum situs, quæ hic ab Æschylo commemorantur, aptissime convenit.

420. Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος. Neminem fore arbitror, qui mihi nomen Ἀραβίας hic ab Æschylo scriptum esse perneganti repugnet. Quomodo enim Æschylum adeo ignarum Geographiæ fuisse credibile sit, ut Arabiam inter Mæotin lacum et Caucasum poneret? aut si hæc ei mens non fuisset, quomodo in recensendis vicinis gentibus a Mæotide palude in Arabiam excurreret, indeque eodem saltu in Caucasum rediret? Ut hic ab Æschylo nominantur Amazones, Scythæ et Caucasi accolæ, sic loco simili ubi Iûs itinera persequitur, Scythas, Chalybas, Caucasum, Amazonas commemorat; ut profecto nihil sit probabilius, quam pro Ἀραβίας legendum esse Χαλυβίας. Ex hoc vocabulo Χαλυβίας librarii Ἀραβίας fecerunt, sive quod scribendi compendium non intelligerent, sive quod oculis ad sequens vocabulum ἄρειον jam aberrasset aliquis, cum vellet Χαλυβίας scribere; id quod sæpe factum esse scimus; ut adeo primam vocabuli ἄρειον syllabam in hoc nomine anticiparet, et pro Χαλυβίας, exararet Ἀραβίας, quod sibi fortasse notius esset. Chalybes fortissimi erant Scythiæ universæ populi. Et Chalybiam saltem urbis nomen fuisse constat ex schol. ad Apollon. lib. ii. v. 371. ubi in Docantis campo tria oppida fuisse dicit, Lycastiam, Themiscyram et Chalybiam. Chalybas ultra Harpasum fluvium sitos omnium nationum, per quas iter fecerit, ἀλκιμωτάτους appellat Xenophon, Exped. Cyr. iv. 7. 10. Notandum vero est, plures olim fuisse gentes

Ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται,
Δάϊος στρατὸς, ὀξυπρώ-
ροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.
Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις μονοστ.
Δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεῶν
Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν ὑπείροχον σθένος
Κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον
Νώτοις ὑποστενάζει·
Βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων

425. πρόσθεν ἄλλον] πρόσθεν σου ἄλλων Ald. Etiam Ox. addit σου. Sed glossæ debetur. 426. ἀκαμαντοδέτοις] Stanl. conj. ἀδαμαντοδέτοις; sine causa. 427. θεῶν] θεὸν Rob. 428. Ἄτλανθ'] Schol. legit Ἄτλαν θ'. Ita vero appositio perit, quæ hic ad sensum necessaria est. 430. νώτοις] ὤμοις conj. Stanl. præter necessitatem. ὑποστενάζει] Sic Ar. Ox. codd. Regg. Viteb. item edd. Ald. Turn. unde

hoc nomine appellatas, easque in aliis atque aliis locis sedem habuisse. (Cf. Hutchinson dissert. Κύρου ἀναβάσει præfixa p. 27. ed. opp. Xenoph. a Thiemio repetitæ.) Hos quidem Chalybas, quos v. 721. memoravit Æschylus, post Scythas Nomadas et Hamaxobios septentrionem versus intra Borysthenem et Tanain habitasse, infra demonstrabimus. Et horum nomen loco vocabuli Ἀραβίας scriptum h. l. fuisse arbitramur. Si quis vero meliorem aliam lectionem forte divinaverit, lubenter ei obsequemur; illud vero nobis persuaderi nunquam patiemur, Ἀραβίας vocabulum hic genuinum esse. ἄρειον ἄνθος ornate sic dicitur ut Ἑλλάδος ἄνθος Agam. 205.

421. ὑψίκρημνον πόλισμα πέλας Καυκάσου est *editum castellum* seu oppidum montanum *Caucaso vicinum*. Quodnam vero illud sit, Æschylus non addit, nec apud Geographos antiquos reperi nomen, cui hæc descriptio ita conveniat, ut alii non æquo jure tribui possit. ὀξύπρωροι αἰχμαὶ, *acutæ lanceæ*. βρέμειν αἰχμαῖς, *lanceis horrere*; ut ap. Eurip. Phœn. 113. μυρίοις ὅπλοις βρέμων.

425. sqq. μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον θεῶν εἰσιδόμαν—*Unum tantum alium deorum ferreis laboribus domitum vidi Titana Atlantem*. Lectionem ἄλλον ideo præferendam censemus alteri ἄλλων, quam et Schol. α'. in codice suo invenit, quod concinnior est, et relationem ad Prometheum clarius indicat. Significantius enim est μόνον ἄλλον θεῶν scil. præter Prometheum, quam μόνον ἄλλων θεῶν. ἀκαμαντόδετοι πόνοι ut supra ἀδαμαντόδετοι λύμαι v. 148.

428—430. Sensus verborum universe quidem facilis est; significatur enim Atlantem sub ingenti onere cœli ingemiscere; at in singulis verbis difficultas inest, quam, quia paulo longioris disputationis eget, in Excursu ad h. l. expedire conabimur.

431. sq. βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων. Fluctus marinos quasi misericordia Atlantis tan-

Ξυμπιτνῶν, στένει βυθὸς,
Κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς
Γᾶς, παγαὶ θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
Στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν.
Πρ. Μή τι χλιδῇ δοκεῖτε μήτ' αὐθαδίᾳ
Σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
Ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προσελούμενον.

Brunckius restituit. ὑποβαστάζει Rob. Cant. Stanl. Verum de hoc loco ne sic quidem, ut arbitror, persanato, vide quæ disputavimus in Excursu ad h. v. 432. βυθὸς] βαθὺς Rob. 434. παγαὶ] πηγαὶ Ald. Turn. ἁγνορύτων] ἁγνοῤῥύτων Ald. Victor. Illud Heathio monente, ut metrum anapæsticum esset, cum Brunckio reposui. 436. μή τι] Sic Ald. Victor. etc. μήτοι Rob. Brunck. Sed μή τι connexioni verborum aptius est. 438. προσελούμενον] Ita scribendum, et *proswelumenon* pronuntiandum esse docuerunt Dawesius Misc. Crit. sect. iv. et Brunckius ad h. l. " Spiritus enim, quem nunc asperum vocamus, olim littera fuit, quam non superne, sed intra versum in ceterarum serie scribere solebant. Sive autem illius litteræ forma fuerit eadem quæ E longi, sive H, seu digamma Æolicum, quod diversimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud veteres ita ore et stilo expressam fuisse, ut consonantis litteræ potestatem haberet, quandoque

gi fingit, quia Atlas haud procul a mari in Mauretania stare ferebatur. ξυμπιτνῶν βοᾷ vertit Stanl. *collisus mugit.* Sed exquisitius dictum arbitror, aut ut doloris societas, aut ut loci vicinia notetur. Nempe ξυμπιτνῶν βοᾷ vel est i. q. πιτνῶν ξυμβοᾷ *cadens, una cum Atlante clamat*; vel ξυμπιτνῶν est i. q. *propter labens.* Postremo haud scio an genuina non sit lectio ξυμπιτνῶν; certe si ξυμπονῶν legeretur, nulla superesset ambiguitas. στένει βυθὸς, h. e. infimus terræ et maris fundus, quo præter Orcum et Tartarum nihil inferius est.

433. κελαινὸς—γᾶς. Constructio verborum hæc est: κελαινὸς Ἄϊδος μυχὸς ὑποβρέμει γᾶς, *et ater Plutonis recessus sub terra ingemiscit*; adeo miserabilis est Atlantis conditio, ut immisericordem quoque Plutonem ejus misereat. παγαὶ ἁγνορύτων ποταμῶν, *fontes fluminum*, periphrastice pro ipsis fluminibus dictum videtur.

436. χλιδῇ hic ita ponitur ut ap. Latinos *delicias facere.* Germ. *denkt nicht, dass ich aus Ziererei oder Eigensinn schweige.* συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ, *sed potius cogitabundus cor meum edo.* δάπτεσθαι κέαρ ut ὃν θυμὸν κατέδων apud Homerum, Iliad. ζ. 202.

438. ὁρῶν—προσελούμενον. " Ita legit Etymologici auctor. Προσέληνοι. προσελλειν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν, καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν. (Legendum puto ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμώτου. Nempe Etymologicus ineptam derivationem τοῦ προσέληνος derivavit e Scholiis in Æschyli Prometheum, inter quæ etiamnum occurrit. Ceterum de Arcadibus luna antiquioribus doctissimam habemus Cel. Heynii commentationem.) Hesych. προσίλει, προπηλακίζει. Schol. Aristoph. προσελοῦμεν, προπηλακίζομεν." *Stanleius.* Addi potest Schol. MS. ap. Cl. Brunckium, qui προσελούμενον reddit ὑβριζόμενον. Plura de h. v. dabimus in lexico Æschyleo.

Καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
Τίς ἄλλος, ἢ 'γὼ, παντελῶς διώρισεν;
Ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ. καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
Ὑμῖν λέγοιμι· τἀν βροτοῖς δὲ πταίσματα
Ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,
Ἔννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.

etiam duplicis, ita ut syllaba seu vocalis brevis sequente littera aspirante seu digammate produceretur, quod quin hic factum sit dubitandum non est." Hactenus Brunckius V. C. Ceterum hujus rei ignoratio complures lectiones aut conjecturas peperit. προσειλούμενον Ald. Rob. Victor. προσιλλούμενον Garb. προσσιλλούμενον Turn. (a σιλλός.) προσηλούμενον Schol. β'. Steph. Garb. προσηλωμένον conj. Stanl. *clavis affixum* (quemadmodum Schol. α'. sed alio loco, nempe in paraphrasi v. 438. sqq. προσηλωμένους exponit ἥλοις πεπαρμένους, quæ glossa cum pertineat ad vocabulum προσήλους, Stanleius eam oculorum aberratione ductus huc traxisse videtur.) προσφηνούμενον conj. Pauw. aut quod ei magis placebat προσστηλούμενον. Heathius denique aut ὧδέ γε προσειλούμενον, *ita quidem violatum*, aut ὧδέ γε προσηλώμενον, *ita quidem clavis affixum*, reponendum esse censebat. 439. ἢ 'γὼ] εἰ ἐγὼ Rob. 441. εἰδυίαισιν ἂν] Abreschius legendum esse suspicatur vel καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἐν——vel κἂν γὰρ εἰδυίαισιν ἄν. Sine causa idonea. Non enim quia hæc forma aliquoties apud alios auctores occurrit, ideo etiam hic Æschylo obtrudenda est. Quod autem Scholiasten α'. sic legisse putat in paraphrasi ad v. 439. sqq. ubi verba Æschyli sic circumscribuntur: ἐν γινωσκούσαις γὰρ ὑμῖν λέγων τοιαῦτα περισσὸν λέγω, id nimis incertum est, quam ut in eo sit aliquid præsidii quærendum. 442. τἀν] τὰ marg. MS. Morell. τ' ἂν Ald. πταίσματα] πήματα Edd. omnes ante Brunckium; in cujus codd. quidem similiter ut in edd. legebatur πήματα. Sed in cod. B. minutissimis litteris scriptum: πταίσματα, ἃ εἶχον πρὸ τοῦ, κατ' εἰρώνειαν. Id sic emendat Brunckius: πταίσματα, κατ' εἰρώνειαν. γρ. πήματα, ἤγουν ἃ εἶχον πρὸ τοῦ οἱ ἄνθρωποι. Jam priorem lectionem πταίσματα non hanc quidem ob causam cum Brunckio præfero, quod Scholiastæ β'. nota λέγει δὲ εἰρωνικῶς non possit ad alteram lectionem πήματα referri; (nam cum πήματα *damna* hic pro *bonis* humano generi collatis dicantur, utique et hoc ironicum esset.) sed potius ideo præstat πταίσματα, quod verborum contextui aptius est. Cum enim Jupiter nimium hominum amorem Prometheo vitio vertisset, eumque in criminibus, propter quæ tali pœna afficiendus videretur, posuisset, h. l. beneficia hominibus tributa eleganter πταίσματα dicuntur, sicut in eadem re v. 112. vocabulo ἀμπλα-

439. θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις. Novi dii opponuntur τοῖς πάρος θεοῖς v. 404. et Jupiter quidem potissimum, deinde vero etiam ceteri dii ejus asseclæ his verbis castigantur. cf. 983. sq. παντελῶς, non est *universim*, sed *prorsus*.

442. τὰ ἐν βροτοῖς πταίσματα, *offensiones in hominibus*, non *hominum offensiones*; ironice enim sic appellat beneficia hominibus tributa, quibus Jupiter offendebatur. Eodem modo supra, v. 112. appellaverat ἀμπλακήματα.

443, 444. ὡς σφᾶς—ἐπηβόλους. *Quomodo eos insipientes antea mentis et consilii participes reddiderim.* Fabulam enim, quæ Prometheum homines ex luto

Λέξω δὲ, μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων,
'Αλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος.
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον· ἀλλ' ὀνειράτων
'Αλίγκιοι μορφαῖσι, τὸν μακρὸν χρόνον
Ἔφυρον εἰκῇ πάντα, κοὔτε πλινθυφεῖς
Δόμους προσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν·

κημάτων usus erat. Heathii vero conjectura τὰν βροτοῖς εὑρήματα depravatio potius quam emendatio est. 444. ἐπηβόλους] Ita Rob. Victor. etc. ἐπιβόλους Ald. Turn. Garb. 449. ἀλίγκιοι] ἀλίγκιον Ald. χρόνον] βίον cod. Ar. Viteb. quod est glossema vulgatæ. 450. πλινθυφεῖς] πλινθυεῖς Rob. 451. προσείλους] προσήλους Ald. Rob. Victor. eodem sensu. Sed illud rarius occurrit, ideoque genuinum esse probabilius est. Quare id auctoribus Dawesio misc. p. 272. et Brunckio ex ed. Turn. Garb. restituimus. ἦσαν] ἴσαν edd. omnes ante Brunckium, qui ἦσαν (pro ᾔδεισαν) e codd. A. et B. reposuit. Præiverat tamen Pierson in add. ad p. 174. notar. ad Mœrin Attic.

creasse perhibet, Æschylus non sequitur; sed eum tantum, cum antea animalium ritu viverent, ad rationis usum mortales traduxisse fabulatur.

445. μέμψιν—ἔχων. His verbis aperte prodit, se diis tantum, non hominibus irasci, neque ab his ullo modo offensum esse. Quod quidem ut adderet, callide instituit Æschylus, ne spectatoribus vel levissimam causam præberet, cur a Prometheo abalienarentur.

447. βλέποντες ἔβλεπον μάτην, κλύοντες οὐκ ἤκουον. Breviter et ornate designat brutam hominum stupiditatem, qui oculis et auribus recte uti nescirent.

448. ὀνειράτων ἀλίγκιοι μορφαῖσι non de imbecillitate hominum capio, quemadmodum Pindarus σκιᾶς ὄναρ ἀνθρώπους, aut Noster alibi senem imbecillum ὄναρ ἡμερόφαντον dixit, sed potius cum verbis sequentibus arctius copulandum censeo, ut sensus sit: *Homines haud secus ac in somniorum imaginibus fieri solet, in quibus vanissimæ species nulla veritatis ratione habita concursant, et alienissima vita nullo modo inter se apta et connexa consequuntur, ita diu omnia temere commiscebant, nihilque cum aliqua præteritorum memoria aut prævisione futurorum agebant.*

450. πλινθυφεῖς δόμους προσείλους, *lateritias domos soli oppositas.* Πρόσειλος οἰκία ἡ πρὸς τὴν εἵλην τετραμμένη. εἵλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή· ἐξ οὗ πρόσειλος, καὶ πρόσειλος. Etymol. M. Πρόσειλος, πρὸς τὴν εἵλην ἤτοι τὴν θερμασίαν. Suid.

451. ἦσαν. Pro ᾔδεισαν, ut ἦσμεν pro ᾔδειμεν observante Etymol. M. p. 438.

οὐ ξυλουργίαν. Cum igitur nec laterum, nec lignorum fabricam nossent homines, plane ignari erant architecturæ. Ceterum universe hic observandum est, Æschylum primariarum artium et opificiorum inventionem, quarum singularum gloriam alii aliis tribuerent, uni Prometheo, ut splendidius ejus merita in genus humanum exornaret, tribuisse: v. c. laterarias domos, cum antea specus essent pro domibus, Euryalum et Hyperbium fratres primos Athenis constituisse, fabricam autem materiariam Dædalum invenisse Plinius testatur. Hist. nat. vii. 56. quem locum Stanl. jam laudavit.

Κατώρυχες δ' ἔναιον, ὥστ' ἀήσυροι
Μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.
Ἦν δ' οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
Οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος, οὔτε καρπίμου
Θέρους βέβαιον· ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
Ἔπρασσον, ἔς τε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
Ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
Καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων

452. ὥστ' ἀήσυροι] ὥστ' ἀείσυροι Ald. Rob. Victor. Vulgatam edidit Turn. eamque probant Dawes. et Brunck. Accedit Eustathii auctoritas, ad Odyss. iv. Itaque Pauwii commentum ἀείσοροι, *semper in cavernis habitantes*, facile abjicimus. 457. ἀντολὰς] ἀνατολὰς cod. Viteb. 459. σοφισμάτων] νοσφισμάτων in quibusdam libris

452. κατώρυχες δ' ἔναιον. Speluncis abditi et quasi sepulti vivebant, *sie wohnten in dunkeln Höhlen vergraben.*

452, 453. ὥστ' ἀήσυροι μύρμηκες. Lectio ἀείσυροι, etsi ad sensum apta est, quoniam formica, ut Horatii verbis utamur, *ore trahit quodcunque potest*, metro tamen adversatur, quia penultimam longam habet. Itaque præferendum est ἀήσυροι, *agiles, alacriter discurrentes.* Hanc lectionem etiam Eustathius, ad Odyss. p. 174. in codice suo reperit; ἀπὸ τοῦ ἄω, inquit, τὸ πνέω, οὐ μόνον ἀήτης ἐπὶ ἀνέμων, καὶ ἀήσυρον κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κοῦφον, ὅθεν καὶ ἀήσυροι μύρμηκες παρὰ Αἰσχύλῳ. Cl. Brunckius "Formicæ, inquit, apprime convenit epitheton ἀήσυρος, alato ut naturæ peritis notum animalculo." Recte quidem, sed hanc subtilitatem scientiæ in physicis Æschylo tribui nolim, qui nihil aliud nisi celeritatem formicarum, quam oculis usurpare licet, cogitavit. ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις, *in speluncarum recessibus sole carentibus.*

454. sqq. ἦν δ' οὐδὲν—βέβαιον. Veteres sæpenumero tres tantum anni horas numerare, ver, æstatem et hiemem, autumno quem sub æstate comprehendebant omisso, inter omnes constat. βέβαιον τέκμαρ, *certus finis*; non habebant certa signa, quibus anni tempora definirent. ἀνθεμώδους et καρπίμου ornato propriorum epithetorum delectu.

456. ἄτερ γνώμης, *sine consilio et prudentia.*

457, 458. ἔς τε—δύσεις. "Cicero Tusc. Quæst. lib. v. *Nec vero Atlas sustinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi cœlestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset.* Servius ad Virgil. eclog. vi. *Hic* (Prometheus) *primus Astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso nimia cura et sollicitudine deprehenderat; hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus, unde etiam majora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat.* Hoc vero inventum Palamedi tribuit Sophocles:

Ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
Τάξεις δὲ ταύτας, οὐράνιά τε σήματα."

Stanleius.

459, 460. καὶ μὴν ἀριθμὸν—αὐτοῖς. "Hic cæcutiit interpres Græcus ά, et qui eum secutus est, Garbitius, reddens, *Præterea etiam inveni ipsis eximiam multitudinem artium.* De Arithmetica omni-

Ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
Μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην·

scriptum fuisse notat Schol. α'. e qua quidem lectione quamvis putida et inepta ille tamen sensum aliquem elicere, aut potius extundere conatur. At quis nescit plurimis ex hoc genere hominum tam dura esse ilia, ut vel silices concoquere possint? 460, 461. συνθέσεις, Μνήμην θ' ἁπάντων] Speciosa est Hemsterhusii emendatio (ad Lucian. tom. i. p. 88.) γραμμάτων τε σύνθεσιν, μνήμης ἁπάντων μ. ε. neque tamen adeo certa aut necessaria, ut Brunckium imitari debeamus, qui eam in textum recepit. Vulgata, quam omnes Codd. et Edd. tuentur, optime explicari potest. Prometheus artem *scribendi*, pariter atque artem *memoriæ* a se inventam et mortalibus traditam esse gloriatur. 461. ἐργάνην] Sic ap. Stob. Edd. omnes ante Brunck. ἐργάτιν. Schol: ἐργάτιν.

no intelligendum, quam artium præstantissimam censebant Pythagorei, inter quos Æschylus locum obtinuit, duplici respectu: οὐ μόνον, ὅτι ἔφαμεν αὐτὴν ἐν τῇ τοῦ τεχνίτου θεοῦ διανοίᾳ προϋποστῆναι τῶν ἄλλων ὡσανεὶ λόγον τινὰ κόσμιον καὶ παραδειγματικὸν, πρὸς ὃν ἀπερειδόμενος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὡς πρὸς προκέντημά τι (ita novo nomine appellare videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) καὶ ἀρχέτυπον παράδειγμα, τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποκοσμεῖ, καὶ τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνειν ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ ὅτι φύσει πρεσβυτέρα ὑπάρχουσα (ita legendum) ὅσῳ συναναιρεῖ μὲν ἑαυτῇ τὰ λοιπὰ, οὐ συναναιρεῖται δὲ ἐκείνοις, Nicomach. lib. i. ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς. Inter Pythagorea ἀκούσματα recenset Iamblichus τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. de vit. Pythag. c. 17. Quod vero ad auctorem Arithmeticæ spectat, sunt qui Minervam eo nomine laudent, Liv. lib. vii. c. 3. *eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit*; alii Palamedem, de quo Plato, ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρών; Sophocles de eodem:

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείῳ στρατῷ
Σταθμῶν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα
Κἀκεῖν' ἔτευξε.

Euripides in Phœnissis:

Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.

Et Manilius, lib. iv.

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis
Imposuit, certumque modum, propriasque figuras."

Stanlei.

460. γραμμάτων τε συνθέσεις. "Ita Cedrenus, Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν· et Suidas: Προμηθεὺς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. Alii ad alios referunt. Plinius, lib. vii. c. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt.* Euripides ad Palamedem, cujus sub persona ita loquitur:

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον,
Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεὶς,
Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι."

Stanlei.

461. μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην, *et memoriam omnium artium effectricem, musarum matrem.* Non tantum innuit λογισμοὺς καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις, quæ Mnemosynes inventa sunt, (Diod. Sic. lib. v. p. 232. ed. Rhodom.) sed omnino omnes artes ac facultates, quæ sine memoria ne exsistere quidem, nedum perfici potuissent. Μνήμη h. l. physice, non mythice ponitur, etsi Mnemosyne dea est

Κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
Ζεύγλῃσι δουλεύοντα σάγμασίν θ', ὅπως

463. ζεύγλῃσι] Sic uterque Cod. Reg. a Brunckio collatus. ζεύγλαισι Ald. Rob. Turn. etc. ζεύγλεισι in cod. aliquo repertum probat Steph. σάγμασίν θ'] Edd. omnes et Codd. habent σώμασίν θ', quod quamquam olim servari posse putabam, si cum Schol. α'. ita explicaretur, q. d. δουλεύοντα καὶ ἐν ζεύγλαις, καὶ ἐν σώμασι, postea tamen multis rationibus inductus, quas in Commentario ad h. l. exposui, certissime mihi persuasi veram esse lectionem σάγμασιν, quam Pauwius conjectura assecutus est; quamque facillime librarii sive ex scriptura male intellecta, sive ex glossa quadam adjecta, in σώμασιν mutare potuerunt. Tan. Faber Ep. 67. reponendum existimabat σήμασιν. Sed id aptum non est. Brunckius in textum invexit κέντροισιν, quod quidem sensum efficit bonum, et commodum, qualem a Brunckii judicio exspectes; veruntamen plane est arbitrarium; nec ullo modo si Æschylus ita scripsisset, comminisci aliquis possit, qui factum sit, ut pro κέντροισιν librarii

Musarum mater; hic vero artem memoriæ intelligit, eamque tantum μουσομήτορ' ἐργάνην, non τῶν Μουσῶν μητέρα appellat, ut significet, se tantum ad illam fabulam de Mnemosyne Musarum alludere, non autem ea sic, ut poëtæ solent, in rem suam abuti velle. ἐργάνη, quod epitheton Minervæ est, idem quod in aliis legitur ἐργάτις, *opifex, effectrix;* ἐργάνη vero, quia exquisitius et magis reconditum est, genuinum videtur. Ceterum Pythagoreos artem memoriæ diligenter coluisse notum est. Citat Stanl. Iamblich. de vita Pythag. c. 29. ubi is de Pythagoræ sectatoribus: ἐπὶ πλεῖον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν. οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην, καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν, τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.

462. κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα, *et primus ego jumenta subjugavi.* Jugum bobus, mulis et equis imponebatur. Sic Hesiodus, Opp. et Dier. v. 813.

καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θεῖναι
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὠκυπόδεσσι.

H. l. tamen κνώδαλα boves tantum, asinos et mulos designat. Nam de equis deinde seorsim loquitur.

463. ζεύγλῃσι pertinet ad boves, quibus ad arandum utebantur. σάγματα sunt *clitellæ,* quæ asinis aut mulis imponi solebant. Hic itaque de duplici genere jumentorum sermo est, quorum alterum laborem hominum onera subvectando, alterum arando juvaret, ut ait Columella præfat. lib. 6. Atque ut ζεύγλαι *(das Geschirr)* ad boum, sic σάγματα ad asinorum mulorumque corpora referuntur. Utrisque autem bene dicuntur δουλεύειν. Quemadmodum infra τῇ πέτρᾳ λατρεύειν significat, sic ad petram alligatum esse, ut sponte tua te liberare non possis, sic boves jugis, asini clitellis serviunt, quia iis se submittere vel inviti coguntur. Lectionem vero σάγμασιν facile librarii in vulgarem σώμασιν immutare potuerunt; quam si quis defendere in animum inducat, non alia ratione id fieri potest, quam ut dativos ζεύγλῃσιν et σώμασιν non a verbo δουλεύειν, sed ab omissa præpositione σὺν regi, adeoque ablativorum latinorum loco positos esse dicat; qua quidem ratione σώμασι δουλεύειν ita fere diceretur, ut Plinius camelos ait *ministeriis dorso fungi.* Veruntamen sic parum apte jungerentur ζεύγλῃσι et σώμασι, cum prius nec opponi posteriori, nec cum illo componi commode possit. Juga enim nihil prodessent, nisi corpora jumentorum, quibus imponuntur, valida atque robusta essent.

Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένοινθ᾽· ὑφ᾽ ἅρματά τ᾽ ἤγαγον φιληνίους
Ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.
Θαλασσόπλαγκτα δ᾽ οὔτις ἄλλος ἀντ᾽ ἐμοῦ
Λινόπτερ᾽ εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

scripserint σώμασιν. 465. γίνοινθ᾽] Ita recte ediderunt Morell. et Brunckius (auctore Dawesio misc. cr. p. 272.): γίνοινθ᾽, quod in ceteris omnibus legebatur, solœcum est. ὑφ᾽ ἅρματά τ᾽ ἤγαγον] Ita rescripsi Canteri auctoritatem secutus. ὑφ᾽ ἅρματ᾽ ἤγαγον Ald. Rob. etc. quod recepit Brunck. Sed ita desideratur conjunctio copulativa. ὑφ᾽ ἅρμα τ᾽ conj. Steph. Sed pluralis concinnior. 468. εὗρε] εὗρεν Ald. Rob.

463—465. ὅπως—γένοινθ᾽. *Ut hominibus in maximis laboribus vicariam operam præstarent.* Similiter Æschylus in fragmento Promethei soluti jumenta ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα appellat.

465. sq. ὑφ᾽ ἅρματα—χλιδῆς. Equos illo tempore tantum ad belli et certaminum equestrium usum adhibitos, eosque alere valde pretiosum fuisse neminem fugit. Itaque hic equi dicuntur *prædivitis luxuriæ ornamentum.* "Quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plinius, Hist. nat. vii. 56. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges.* Et postea : *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.* Virgil. Georg. iii. 113. *Primus Erichthonius currus et quatuor ausus jungere equos.* Euseb. num. 543. *Erichthonius primum quadrigam junxit in Græcia, erat quippe apud alias nationes.* Et num. 447. *Trochilus primus fertur junxisse quadrigam.* Tertullianus posteriori favet." *Stanl.*

467. sq. θαλασσόπλαγκτα—ὀχήματα. *Velivola autem nautarum vehicula maribus inerrantia nemo ante me invenit.* "Apposite Cassiodorus, lib. v. var. Epist. 17. *Vela alas navium facientia linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod a pluribus avibus vix probatur impleri.* Nostrum secutus Ennius *naves velivolas* dixit, et Virgil. *velorum pandimus alas.* ναυτίλων ὀχήματα ex Homero adumbratum : Νηῶν ὠκυπόρων ἀναβαίνετο, αἳ θ᾽ ἁλὸς ἵπποι Ἀνδράσι γίγνονται. Ita Cicero Argo appellavit *novum vehiculum Argonautarum,* (de nat. deor. lib. iii.) et Catullus de eadem : *Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.*" Stanl. Universo autem huic loco illustrando optime inserviunt Moschionis versus, (Ap. Stobæum. Ecl. phys. p. 145. edit. Grot.) quos ut comparare celerius possint Æschyli lectores, hic subjungimus :

Πρῶτον δ᾽ ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγῳ
Ἀρχὴν βροτείου καὶ κατάστασιν βίου.
Ἦν γάρ ποτ᾽ αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα
Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ,
Ὀρειγενῆ σπήλαια, καὶ δυσηλίους
Φάραγγας ἐνναίοντες. Οὐδέπω γὰρ ἦν
Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐναις
Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.
Οὐ μὴν ἀρότροις ἀγκύλοις ἐτέμνετο
Μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφός·
Οὐδ᾽ ἐργάτης σίδηρος εὐΐώτιδος
Θάλλοντας οἴνης ὀρχάτους ἐτημέλει.
Ἀλλ᾽ ἦν ἀκύμων κοὐδὲν ἐκφύουσα γῆ·
Βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους
Παρεῖχον αὐτοῖς δαῖτας, ἦν δ᾽ ὁ μὲν νόμος
Ταπεινός· ἡ βία δὲ σύνθρονος Διΐ·
Ὁ δ᾽ ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.
Ἐπεὶ δ᾽ ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
Τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,
Εἴτ᾽ οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας

Τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας
Βροτοῖσιν, αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ', ὅτῳ
Τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.

469. ἐξευρὼν τάλας βροτοῖσιν] ἐξεῦρον τ. βροτοῖς Rob. Sed præferendum participium, ut in loco simili v. 239, 240. 470. αὐτὸς οὐκ] αὐτὸς δ' οὐκ Rob. quod respon-

Εἴτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ
Αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον·
Τόθ' εὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς
Δήμητρος ἁγνῆς· εὑρέθη δὲ Βακχίου
Γλυκεῖα πηγή· γαῖα δ', ἡ πρὶν ἄσπορος,
Ἤδη ζυγουλκοῖς βουσὶν ἠροτρεύετο.
Αὐτοὶ δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς
Ἔτευξαν οἴκους· καὶ τὸν ἠγριωμένον
Εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον.
Κἀκ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος
Τύμβοις καλύπτειν, κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν,
Νεκροὺς δ' ἀθάπτους μηδ' ἐν ὀφθαλ-
μοῖς ἐᾶν
Τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβές.

Dignus etiam est qui conferatur Vitruvius, lib. ii. cap. 1. *Homines vetere more, ut feræ, in silvis et speluncis et nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam exigebant; Interea quodam in loco ab tempestatibus et ventis densæ crebritatibus arbores agitatæ, et inter se terentes ramos, ignem excitaverunt; et eo, flammu vehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati. Postea re quieta propius accedentes, cum animadvertissent, commoditatem esse magnam corporibus, ad ignis teporem ligua adjicientes, et eum conservantes, alios adducebant, et nutu monstrantes, ostendebant, quas haberent ex eo utilitates. In eo hominum congressu, cum profundebantur aliter e spiritu voces, quotidiana consuetudine vocabula, ut obtigerant, constituerunt; deinde significando res sæpius in usu, ex eventu fari fortuito cœperunt. Ita sermones inter se procreaverunt. Ergo cum propter ignis inventionem conventus initio apud homines et concilium et convictus esset natus, et in unum locum plures convenirent, habentes ab natura primum, præter reliqua animalia, ut non proni, sed erecti ambularent, mundique et astrorum magnificentiam aspicerent, item manibus et articulis quam vellent rem faciliter tractarent; cœperunt in eo cœtu alii de fronde facere tecta, alii speluncas fodere sub montibus, nonnulli hirundinum nidos et ædificationes earum imitantes, de luto et virgultis facere loca, quæ subirent. Tunc observantes aliena tecta, et adjicientes suis cogitationibus res novas, efficiebant in dies meliora genera casarum. Cum essent autem homines imitabili docilique natura, quotidie inventionibus gloriantes, aliis alii ostendebant ædificiorum effectus, et ita exercentes ingenia certationibus, in dies melioribus judiciis efficiebantur. Primumque furcis erectis et virgultis interpositis luto parietes texerunt. Alii luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos jugumentantes, vitandoque imbres et æstus, tegebant arundinibus et fronde: postea, quoniam per hibernas tempestates tecta non poterant imbres sustinere, fastigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis stillicidia peducebant. — — — Cum autem quotidie faciendo tritiores manus ad ædificandum* [perfecissent], *et solertia ingenia exercendo per consuetudinem ad artes pervenissent, tum etiam industria in animis eorum adjecta perfecit, ut qui fuerunt in his studiosiores fabros esse se profiterentur. Cum ergo ita fuerint primo constituta et natura non solum sensibus ornavisset gentes, quemadmodum reliqua animalia, sed etiam cogitationibus et consiliis armavisset mentes, et subjecisset cetera animalia sub potestate, tunc vero e fabricationibus ædificiorum gradatim progressi ad ceteras artes et disciplinas, e fera agrestique vita ad mansuëtam perduxerunt humanitatem.*—

469. μηχανήματα i. q. v. 477. τέχνας καὶ πόρους.

471. τῆς νῦν παρούσης πημονῆς, ut v. 47. πόνοι οἱ νῦν παρόντες.

Κο. Πέπονθας ἀεικὲς πῆμ᾽, ἀποσφαλεὶς φρενῶν
Πλάνῃ· κακὸς δ᾽ ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον
Πεσὼν, ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
Εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

Πρ. Τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσῃ πλέον
Οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην.

[Schol: ἀικές.]

det lectioni ἐξεῦρον. * 472. ἀεικὲς] Propter legem illam, quæ anapæstum e paribus iambici carminis regionibus plane exulare jubet, Dawesius synizesin in ἀεικὲς fieri, et ἀκὲς pronuntiandum esse statuit. Assentior autem Brunckio, etc. quibus tragicos illius legis non ubique curiosos fuisse certum est. 473. φρενῶν πλάνῃ] φρενῶν. πλάνᾳ Ald. φρενῶν. πλανᾷ Rob. φρενῶν πλάνᾳ Turn. φρενῶν πλανᾷ Victor. πλάνῃ dedit Brunck. e cod. Reg. B. κακὸς] κακῶς cod. Viteb. ὥς τις] ὅς τις Ald. quod constructio verborum respuit. Rob. ὥς τις Turn. Victor. recte. ὥστε cod. Viteb. metro non ferente. 475. ἰάσιμος] ἰάσιμον Ald. 476. τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσῃ πλέον] post κλύουσα Ald. commate, post θαυμάσῃ puncto distinguit Ald. Rob. τὰ λοιπά μοι cod. Viteb. θαυμάσῃ] θαυμάσεις Turn. Forte olim scriptum fuit θαυμάσει Brunck. 477. τέχνας τε] τεχνάς τε Turn. πόρους] δόλους Ald. Turn. Victor. Cant. Stanl. Vulgatum legitur in Ar. Regg. Rob. apud Schol. β΄. item in Schol. ad Aristoph. Equ. v. 756.

472, 473. πεπονθας—πλάνῃ. *Dura mala pateris mentis errore lapsus.* Ita Heathius optime vertit. Stanleius lectionem ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ· in versione expressit: *Indignum pateris exitium, mente hallucinatus. Erras* etc. Ista vero ratio multo concinnior et elegantior est. Garbitius: *quia mente destitutus vagaris.* Verum Chorus non de præsenti, sed de præterita Promethei culpa queritur.

473. sq. κακὸς—ἰάσιμος. Stanl. vertit: *malus vero medicus, qui in morbum prolapsus animum despondes, nec potes invenire, quibus tute remediis sis curabilis.* Nempe secutus est lectionem ὅς τις, quæ tamen locum habere nequit, quia Chorus non communiter, sed de propria Promethei persona loquitur. Itaque cum ὥς τις unice verum sit, hunc in modum potius interpretandi sunt versiculi: *sed tamquam malus medicus, qui in morbum incidit, inops es consilii, nec reperire potes, qua medicina te ipsum sanes.* Comparavit Giacomellus, Cic. ad Divers. Ep. iv. 3. *Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt;* et Lucian. de Merc. Cond. c. 7. ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἐοικας, ὃς ἀποκηρύττων βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. In σεαυτὸν οὐκ ἔχεις antiptosis est, accusativi pro nominativo positi, Atticis valde familiaris. Exempla ejus citavit Giacomellus, Aristoph. Plut. 55. Sophocl. Electr. 954. 1107. Ajac. 118. Sensus verborum est idem ac si dixisset, καὶ αὐτὸς οὐκ ἔχεις εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

477. τέχναι καὶ πόροι rectius componuntur quam τέχναι καὶ δόλοι. Sic antea μηχάνημα et σόφισμα v. 469. sq. πόρος· μηχανὴ, τέχνασμα, Suid. ἐμησάμην, excogitavi. ἐμήσατο· ἐτεκτήνατο, ἠπάτησεν, ἐμηχανήσατο, ἐβουλεύσατο, ἐποίησεν· quibus ex scholiis huic loco convenit ἐμη-

Τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι,
Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον,
Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
Χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρὶν ἐγώ σφισι
Ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,

478. ἐς νόσον] Sic codd. Regg. A. B. Ceteri εἰς νόσον. Illud cum Brunckio, ubi codices addicunt, præferimus: quia Attici poëtæ, nisi ubi metri necessitas cogeret, ἐς et ἔσω, quam εἰς et εἴσω scribere maluerunt. 479, 480. οὐδὲ—οὐ—οὐδὲ] Solus Brunckius e codd. Regg. A. B. reposuit οὔτε—οὐ—οὐδέ. Nullam vero idoneam rationem video, cur a vulgata discedamus. cf. Hoogeveen V. C. doctr. part. Gr. c. 39. s. ii. §. 9. 480. πιστὸν] πάστὸν, *quod inspergitur*, conj. Gilb. Gaulminus, probantibus Garbit. Pauw. et Morello. Et hic quidem delicias facit, cum sibi propter ὁμοιοτέλευτον placere negat οὐ χριστὸν οὐδὲ πιστόν. Quot enim loca refingenda essent, si omnia, ubicunque occurrunt, similiter cadentia expungere vellemus! Gaulminus πιστὸν Græcum non esse somniabat, quem exemplis refutavit Stanl. vid. Commentar. ad h. l. Pauwio ordo verborum in βρώσιμον—χριστὸν—πιστὸν haud satis ad logicorum normam directus esse videbatur. Id poëtæ curant scilicet! Lectio πιστὸν confirmatur etiam Eustathii auctoritate, ad Odyss. Υ'. 226. πότιστον, quod in marg. MS. scriptum commemorat Morell. glossema est. 481. χρείᾳ κατεσκέλλοντο] χρεία, κατεσκέλλοντο Ald. Rob. πρὶν ἐγὼ] πρὶν γ' ἐγὼ Rob. Pauw. πρὶν ἂν ἐγὼ Brunck. metri sublevandi causa, quod necessarium esse, recte, ut opinor, negavit Morell. quia πρὶν sæpius producitur. Vid. loca ab eo commemorata. Hom. Iliad. β'. 348. Od. δ'. 393. cf. infra, v. 776. πρὶν ἂν legisse videri potest Schol. α'. neque tamen certum est, cum ἂν in codice suo reperisse. Talia enim paraphraseos causa Scholiastæ centies adjiciunt. 482. ἀκεσμάτων] lectionem κερασμάτων, quam a marg. MS. citat Morell. et in codice Reg. B. superscripsit librarius, recte observat Brunckius scriptoris negligentiæ deberi, cujus

χανήσατο. Morellus ad partes vocavit Schol. in Sophocl. Trach. v. 990. μήσομαι· τεχνάσομαι, μηχανήσομαι.

478. τὸ μὲν μέγιστον. Quod Chorus Prometheum cum malo medico comparaverat, id ei in memoriam revocat medicinæ rationes a se inventas. Aptissime itaque dialogi filum pertexit Æschylus; prudenterque etiam Prometheum inducit conscientia meritorum suorum ita elatum, ut ad ea, quæ Chorus reprehensionis causa dixerat, nihil regerere dignetur, sed occasionem tantum inde sibi capiat inchoatam narrationem persequendi.

479, 480. οὐδὲ βρώσιμον—οὐδὲ πιστόν. Ubi disjunctionis partes eodem tenore procedunt, nec inter eas quædam principalis est, aut οὐδὲ—οὐδὲ, aut οὔτε—οὔτε ponitur. Quare si h. l. οὔτε—οὐδὲ πιστὸν scribatur, sensus verborum ultimorum hic sit: *sed ne potabile quidem*, quod hic aptum non est, quia nulla his verbis inest gradatio. Ea de re doctissimum Hoogeveenum jam ad V. L. laudavimus; Doctr. partic. gr. c. xxxix. sect. xi. Sensus est: *non erat remedium, nec quod edi, nec quod inungi, nec quod bibi posset.* ἀλλὰ φαρμάκων χρείᾳ κατεσκέλλοντο, *sed medicamentorum inopia tabescebant.* κατασκελεῖν· κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας καταφαγεῖν. Hesych.

481. sqq. πρὶν—ἐξαμύνονται (lectionem ἐξαμείβονται habet etiam cod.

Αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους.
Τρόπους δὲ πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
Κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
Ὕπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυσκρίτους
Ἐγνώρισ' αὐτοῖς, ἐνοδίους τε συμβόλους,
Γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς

menti obversaretur vox κράσεις in eod. versu. Simile erroris exemplum supra occurrit, v. 389. 483. ἐξαμύνονται] ἐξαμείβονται Ald. aut errore librarii, aut ex adnotatione a Grammatico forte adjecta in textum irrepsit.

Guelferb. superscripto schol. ἀποδιώκουσι) νόσους. *Priusquam ego ipsis salubrium medicamentorum compositiones ostenderem, quibus omne morborum genus depellerent.* "De medicina Plinius, Hist. nat. lib. 7. c. 56. *Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium; herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio.* Ad ipsum Apollinem referunt alii. Callimach. 2. 45. ἐκ δέ νυ Φοίβου ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο. —Inventum medicina meum est, opiferque per orbem Dicor, et herbarum subjecta potentia nobis. Ovid. Met. 1." *Stanl.*

484. Qui quam studiose veteres in omni divinationis genere elaboraverint, et quam sancte non plebecula solum, sed nobilissimi etiam ac sapientissimi viri hanc superstitionem coluerint, recordatus sit, is profecto non mirabitur in enarrandis vaticiniorum formis prolixum esse Prometheum, eumque in eorum doctrina mortalibus impertita permagnam laudum suarum partem ponere.

τρόπους — ἐστοίχισα. *Porro multa divinationis genera constitui.* ἐστοίχισα, ut paulo post διώρισα, *ordinavi, institui.* Comparavit Stanl. Claudian. 2. in Eutrop.

—Quoscunque Prometheus
Excoluit, multoque innexuit æthera limo,
Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt.

Verum hi versus ad naturalem potius futurorum provisionem, quam ad divinationis disciplinam pertinere videntur.

485. Enumerat Prometheus varia divinationis genera, et primum quidem e somniis, secundum ex ominibus, tertium e portentis in via occurrentibus, quartum ex auguriis, quintum ex extis, sextum ex sacrificiis, septimum e signis cœlestibus.

485, 486. ἃ χρὴ ὕπαρ γενέσθαι. *Quæ vere futura essent.* Comparavit Stanl. Homericum, Odyss. τ'. 547.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.

486. κληδόνας τε δυσκρίτους, *et omina explicatu difficilia.* κληδόνες nempe sunt voces, nomina, aut dicta ominosa. Suidas: Κληδών· φήμη, μαντεία· καὶ κληδονισμοί, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις.

487. ἐνοδίους τε συμβόλους. Recte Stanl. interpr. "obvia signa, quæ fausta aut infausta in itinere occurrunt, quale Xerxi de equa leporem pariente, et Agamemnoni de aquilis leporem vorantibus, in Agamemn."

488. γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν. Aves rapaces designantur, quibus potissimum in disciplina augurali utebantur; hæ a proprietate naturali dicuntur *aduncis unguibus præditæ.* Harum igitur inquit Prometheus *volatum accurate distinxi.*

Διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
Εὐώνυμοί τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
Ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
Ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα, καὶ ξυνεδρίαι·
Σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
Ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσι πρὸς ἡδονήν·
Χολῆς, λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν·
Κνίσσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ, καὶ μακρὰν

489. τε δεξιοὶ] τε h. l. abest cod. Viteb. Ald. Rob. 490. εὐώνυμοί τε] εὐωνυμούς τε Ar. Ox. Turn. 492. ξυνεδρίαι] συνεδρίαι Ald. Rob. Turn. 494. δαίμοσι] δαίμοσιν Grot. 496. κνίσσῃ] κνίσῃ. Schol: Blom:

489, 490. οἵτινες—εὐώνυμοί τε. *Quæ natura dextræ et sinistræ essent*, h. e. faustæ et infaustæ. Notum est enim, e veterum opinione aliis a læva, aliis a dextra datum fuisse avibus, ut auspicium facere possent.

490—492. καὶ δίαιταν—ξυνεδρίαι. *Et quæ inter eas inimicitiæ et amores naturales, et consessus essent.* Lucem huic loco affert Aristoteles a Morello laudatus in historia animalium, lib. 9. c. i. p. 566. tom. i. ed. Ludg. ἔστι δὲ τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολέμια καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις· ἀπὸ γὰρ τῶν ζώων ἡ τροφὴ αὐτοῖς· ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι· δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες· σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Plura dabimus in lexico Æschyleo v. ξυνεδρία.

493, 494. σπλάγχνων—πρὸς ἡδονήν. *Viscerumque levitatem, et quo colore diis accepta essent.* Nempe diligenter observabant extispices, an hostiarum exta, jecur potissimum, nitida atque plena, an vero horrida et exilia essent. cf. Cic. de Divinat. lib. ii. c. 12, 13. Nec vero colorem extorum negligebant.

495. Χολῆς—εὐμορφίαν. *Fellis etiam et jecinoris varium habitum et colorem*; hic idem quod versiculis duobus antecedentibus generatim dixerat, ad propriam fellis et jecoris naturam transfert; haruspices enim accurate observabant, quæ pars jecoris inimici, quæ pars familiaris esset, quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet; caput jecoris ex omni parte diligentissime considerabant, an scilicet a cultro læsum esset, vel plane abesset. Centena talia vel ex uno Julio Obsequente antiquitatis studiosi cognoscent.

496. κνίσσῃ τε κῶλα συγκαλυπτά. Cl. le Grand conj. συγκαλυπτέα, haud male; hic enim sensus oritur: *et ossa quomodo adipe cooperienda essent.* Sed vulgata defendi potest, si post συγκαλυπτὰ non colon, sed commate distinguitur, hoc sensu: *Porro ego membra s. ossa arvina cooperta et lumbum longum comburendo* (cf. Homer. Iliad. α'. 460, 461.) *ad artem difficilem viam monstravi hominibus.* Ad rem illustrandam Morellus excitavit sequentia scriptorum loca: Senec. Œdip. v. 309. ubi Tiresias loquitur:

Utrumne clarus ignis et nitidus stetit
Rectusque purum verticem cœli tulit
Et summam in auras fusus explicuit comam,
An latera circa serpit incertus viæ
Et fluctus ante turbidus fumo labat.

Et Stat. Theb. 10. 593.

Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras

Ὀσφὺν πυρώσας, δυστέκμαρτον εἰς τέχνην
Ὥδωσα θνητούς· καὶ φλογωπὰ σήματα
Ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.
Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'· ἔνερθε δὲ χθονὸς
Κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,
Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ;
Οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων.

497. ὀσφὺν] ὀσφὴν mendose Ald. in qua etiam totus hic locus male distinguitur. 498. θνητοὺς] θνητὰ Viteb. genuina tamen lectione superscripta. 502. ἄργυρον] coli signum incommode ponitur Turn. 503. φήσειεν ἂν] φήσειεν ἐν Stanl. errore operarum in Pauwiana repetito, quem tamen in notis reprehendit Pauwius. 504. σάφ' οἶδα, μὴ] σάφ' οἶδ', εἰ μὴ citat Turn. e cod. Et sic est in Viteb. haud male. Brunckius e variis lectionibus colligit, olim etiam lectum fuisse οὐδεὶς, σάφ' οἶδ', ἂν μὴ μάτην φλῦσαι θέλῃ.

Ignem, et clara tamen medio fastigia lucis
Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangique rubore
Demonstrat dubio.

Add. Eurip. Phœn. 1072. ibique Cl. Valckenarii notam.

498. φλογωπὰ σήματα, Garbitius int. *ignea*, quæ in igne cerni et observari possunt. Verius est intelligere fulgura aliosque ignes cœlestes.

499. ἐξωμμάτωσα—ἐπάργεμα, *hæc signa, quæ antea obscura erant, explicavi.* Ut deinde ἐπάργεμα, *cæca*, dicuntur, quæ sunt obscura et dubiæ interpretationis, sic eadem metaphora ἐξομματοῦν q. d. *oculare*, pro *explicare*, *illustrare*. Sic Suppl. v. 476. Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

ἐπάργεμα. Hesychius: ἐπάργεμος, ἀποκεκρυμμένος, ἢ νόσος ὀφθαλμῶν· ἐπάργεμα γὰρ λέγεται τὰ ὄμματα, ὅταν ᾖ πεπυρωμένα ὑπὸ λευκωμάτων, καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφώτιστα οὕτως λέγεται. Eodem vocabulo usus est in Agam. 1122. et Choëph. 663. Eustath. ad Iliad. γ'. Ἀργὸν τὸ λευκὸν, ὅθεν καὶ ἐπάργεμον, πάθος ὀφθαλμοῦ τὸ κοινῶς λεγόμενον λεύκωμα, ὡς που καὶ Αἰσχύλος παραδηλοῖ. Idem ad Odyss. β'. Ἄργεμος, νόσος ὀμμάτων, ἀφ' οὗ ἄργεμα κατὰ Δίδυμον, τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ, ἐν τῷ· π ρ ό σ θ ε ν ὄ ν τ' ἐ π ά ρ γ ε μ α.

500—503. ἔνερθε—ἐμοῦ. Alios repertores designat Plinius, lib. vii. c. 56. *Ferrum Hesiodus in Creta eos, qui vocati Dactyli Idæi. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii Æacus: auri metalla et conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem, ut alii, Thoas et Æaclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius.*—*Stanl.* Verum Æschylus ingenio suo obsecutus historiæ veritatem aut famæ testimonia hic parum curavit, de augendis et amplificandis Promethei beneficiis in humanum genus collatis unice sollicitus.

504. μὴ μάτην φλῦσαι θέλων, *nisi si inaniter gloriari velit.* φλύειν, proprie *fervere*, h. l. est *nugas loqui*, *vana jactare.* Similiter *ebullire* apud Ciceronem, de Fin. v. c. 27. *Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam.*

Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε,
Πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.
Χο. Μὴ νῦν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα,
Σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος. ὡς ἐγὼ
Εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
Λυθέντα, μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.
Πρ. Οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος
Κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς,
Δύαις τε καμφθεὶς, ὧδε δεσμὰ φυγγάνω.

505. συλλήβδην μάθε] συλλήβδην μάθοις Viteb. mendose. 509. τῶνδε] Hoc Schol. α'. jungit cum εὔελπίς εἰμι parum apte. τῶνδέ σ'] τῶνδ' Ald. hiante metro et sensu. 510. ἰσχύσειν Διός] Hoc Pauwium offendit, quia statim Oceanitides rogant, τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν; ideoque dubitat utrum legendum sit ἰσχύσειν τινὸς, scil. θεῶν, an ita distinguendum: λυθέντα, μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν, Διὸς, ut λυθέντα ὑπὸ Διός. Neutrum vero necessarium est remedium, præsertim tam asperum; μηδὲν μεῖον Διὸς ἰσχύειν nihil aliud est, quam: *æque ac Jupiter* viget ac valet, *vigere ac valere*, quod salvo interim Jovis imperio ac majestate de Prometheo dici poterat simulac e vinculis liberatus esset. 511. ταύτῃ] ταύτῃ Ald. Rob. τελεσφόρος] τελεσφόρων perperam. Forte autem alicubi scriptum fuit τελεσφόρα. 512. κρᾶναι] κρῆναι Ald. Rob. κράναι Turn. 513. φυγγανῶ Brunck.

505. *βραχεῖ—μάθε, brevi autem dicto summatim omnia accipe.* συλλήβδην, ὁμοῦ, συλληπτικῶς, ὡς δι' ὀλίγων πολλὰ εἰπεῖν, συντόμως. Hesych.

507. *καιροῦ πέρα* i. q. ὑπὲρ καιρὸν, *immodice.*

510. Ut Pauwium sine causa tricari in V. L. ad. h. l. docuimus, ita nec cum Heathio opus est, Chori dictum sic intelligere, ac si sperassent tempus aliquando futurum esse, quo Jove imperio exuto, Prometheus e vinculis liberaretur, et non minore quam ille potestate valeret. Jovem aliquando regno exturbatum iri Chorus plane nec opinabatur, neque vero hoc loco significabat. Itaque lectio μηδὲν μεῖον, quam Garbitius nescio qua auctoritate secutus est, merito improbatur. μηδὲν μεῖον ἰσχύειν Διὸς Germ. est i. q. *du wirst dich eben so wohl als Jupiter befinden.*

511, 512. οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος Κρᾶναι πέπρωται. Vel πέπρωται active intelligendum, ut sensus sit: *Non sane ista sic perficere decrevit Parca*; quæ ratio mihi quidem optima ac facillima videtur; vel si πέπρωται passive positum sit, interpretandum; *Non sane hæc ita Parcam perficere* constitutum s. *fato decretum est*, ut nominativus cum infinitivo et verbo passivo constructus accusativi cum infinitivo vicem expleat. Garbitius optativum κράναι legebat, quasi ἵνα omissum sit, hoc modo: Οὔπω πέπρωται (ἵνα) μοῖρα τελεσφόρος ταῦτα ταύτῃ κράναι. Verum hoc durum et ineptum est. Mollius est, quod doctissimo *le Grand* in mentem venit: οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος κράναι· πέπρωται· μυρίαις etc. neque tamen satis ad facilitatem dialogi Æschylei accedit.

513. *καμφθεὶς, tortus, afflictus.* ὧδε δεσμὰ φυγγάνω, *sic demum ex his vinculis liberabor.* Sibi constat ista dicens Prometheus; jam supra enim se, quæ si-

Τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.
Χο. Τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος;
Πρ. Μοῖραι τρίμορφοι, μνήμονές τ' Ἐριννύες.
Χο. Τούτων ἄρ' ὁ Ζεύς ἐστιν ἀσθενέστερος;
Πρ. Οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.
Χο. Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;
Πρ. Τοῦτ' οὐκ ἂν οὖν πύθοιο, μηδὲ λιπάρει.
Χο. Ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν, ὃ ξυναμπέχεις;
Πρ. Ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
Καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
Ὅσον μάλιστα· τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ,

517. ἄρ' ὁ Ζεύς] ἄρα Ζεὺς id cod. quodam invenit Turn. Atque sic est in Viteb. ἀσθενέστερος] Hic punctum ponitur Ald. Rob. Interrogandi signo primus interstinxit Turn. 518. ἐκφύγοι γε] ἐκφύγοι τε Ald. ἐκφύγῃ γε marg. MS. ap. Morell. 520. οὐκ ἂν οὖν πύθοιο] Sic omnes ante Brunckium, qui rescripsit οὐκέτ' ἄν, nescio qua auctoritate. Vulg. æque commodum. In cod. Vit. abest οὖν. 521. ξυναμπέχεις] puncto distinguit Turn. quod haud scio an melius sit. 522. τόνδε δ' οὐδαμῶς] τόνδ' οὐδαμῶς Viteb. citat quoque Turn.

bi eventura essent, prævidere professus erat.

514. τέχνη—μακρῷ. *Ars autem* (calliditas et sollertia) *necessitate longe imbecillior est.* Ex his verbis colligitur, Chorum, saltem ut Prometheus ejus verba ceperit, spem suam de futura Promethei in pristinam salutem restitutione tantum in ejus calliditate positam habuisse.

515. οἰακοστρόφος, *gubernator.* Hesychius: οἰακοστρόφος· κυβερνήτης. Cf. Sept. adv. Theb. v. 3. 62. Pers. 769.

516. Μοῖραι τρίμορφοι, *tres Parcæ.* μορφὴ enim hic personam significat; Parcæ autem fata decernunt, Furiæ exsequuntur.

518. οὔκουν—πεπρωμένην. *Ita est; non enim ipse effugiat fatum.*

519. τί γὰρ πέπρωται. Particula γὰρ includit antecedentis dicti admirationem quandam cum dubitatione conjunctam, q. d. *mira narras, quid enim Jovi aliud fato destinatum sit, quam perpetuum imperium?*

520. τοῦτ' οὐκ ἂν οὖν—λιπάρει. *Hoc quidem tu non exquisiveris; adeoque vel precibus parce.* Germ. *Das kannst du nun einmal nicht erfahren; und also bitte nicht einmal darum.*

521. ἦ—ξυναμπέχεις; *Num forte magnum quiddam est, quod ita abscondis?* Si vero punctum in fine versiculi ponitur, hic sensus exit: *Sane magnum quiddam esse oportet, quod sic abscondis.*

522. ἄλλου λόγου μέμνησθε. Ut nos dicimus: *Sprecht von etwas anders.* Nempe plane hunc sermonem abrumpit.

523. οὐδαμῶς καιρὸς, *non tempus est,* h. e. rationibus meis nullo modo conducit.

συγκαλυπτέος. συγκαλυπτέον cod. Guelferb. haud male.

524. σώζων, *servans,* h. e. *reticens, silentio premens.*

Δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.
Χο. Μηδαμ' ὁ πάντα νέμων — στροφὴ α΄.
Θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος
Ἀντίπαλον Ζεύς,
Μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις
Θοίναις ποτινισσομένα
Βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς
Ἄσβεστον πόρον,
Μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις·
Ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι,
Καὶ μή ποτ' ἐκτακείη·

525. καὶ δύας] καὶ βίας cod. Turn. Viteb. 526. μηδαμ'] recte observat Brunck hoc esse pro μηδαμὰ ultima brevi, non pro μηδαμᾶ, ultima longa, quia aliter non fiat elisio. 527. θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ] θεῖτο ἐμᾷ γνώμᾳ Rob. cod. Viteb. θεῖτο ἐμᾷ γνώμῃ Ald. 529. ἐλινύσαιμι] ἐλιννύσαιμι Ald. Turn. Vict. etc. Simplici autem σ cum Brunckio scribere præstat. Vid. not. ad v. 53. 531. Ὠκεανοῖο] Ὠκεανοῦ Viteb. Ald. Rob. 534. τόδ' ἐμμένοι] Sic Ar. Rob. et Brunck. e codd. Regg. τόδε μένοι Ald. Turn. Victor.

526. sqq. μηδαμ'—Ζεύς. Jure improbavit Stanl. Garbitii versionem: *minime Jupiter omnia administrans indat animo meo vim rebellem*; significat enim: *ne unquam Jupiter universi rector potestatem suam meæ voluntati opponat*; sicut nimirum Promethei humanitatem crudelitate represserat.

529—532. μηδ' ἐλινύσαιμι—πόρον. *Neque ego cessarim ad patris Oceani perenne flumen sacris boum victimis deos accedere.* Pauwius vero negat hæc sic accipienda esse; nymphas enim diis non sacrificasse. Itaque θοίναις de *epulis* deorum intelligendum censet, locumque sic transferendum: *neque ego cessarim ad epulas deorum accedere*, ibique scil. *ministeriis fungi*. Verum quo minus ita explicemus, vocabulum ὁσίαις prohibet, cui *pietatis* significatio inest, quæ certe in θοίναις non caderet, si *epulas* potius quam *sacrificia* notaret. Ut igitur Pauwii argumento occurramus, monendi sunt lectores, h. l. Æschylum humanæ vitæ consuetudinem ad Nympharum conditionem transtulisse; quemadmodum in Prometheo soluto sanguinem Iapeti filio tribuerat, quamvis ille humanum corpus humanumque sanguinem habere non crederetur. Probabiliter autem Nymphæ sacrificare finguntur, quia, quamvis deæ, tamen cœlestium deorum numine multo inferiores erant.

533. μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις. *Neque verbis delinquam.* Promethei audaciam loquendi figit.

534. 535. ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι Καὶ μή ποτ' ἐκτακείη· τόδε pertinet ad locum qui sequitur communem: ἁδὺ—εὐφροσύναις, ideoque post ἐκτακείη rectius colo, quam puncto distinguitur. ἐκτακείη videtur a scriptura in tabulis cereis petitum esse, quæ igui admoto aut solis radiis colliquescit, adeoque deletur.

Ἡδύ τι θαρσαλέαις ἀντις. α΄.
Τὸν μακρὸν τείνειν βίον
Ἐλπίσι, φαναῖς
Θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις.
Φρίσσω δέ σε δερκομένα
Μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον.
* * * * * * *
Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων,
Ἰδίᾳ γνώμᾳ σέβῃ
Θνατοὺς ἄγαν Προμηθεῦ.
Φέρ᾽ ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ στροφὴ β΄.

536. θαρσαλέαις] θαρσαλέοις Ald Turn. 538. φαναῖς] Heathius legendum opinatur φάναις contracte pro φαεναῖς: sine causa. 539. ἀλδαίνουσαν] Turnebus affert V. L. ἀλδαινούσαις, quam nec metrum admittit, nec verborum concinnitas. 540. δερκομένα] δερκομένη Ald. Rob. Dorica autem forma in Choricis præstat, quam et in Codd. Regg. invenit Brunck. Sic v. 543. γνώμᾳ e Mosqu. 1. vulg. γνώμῃ. 544. θνατοὺς] θνητοὺς Ald. Rob. 545. ἄχαρις χάρις] χάρις ἄχαρις Ald. Rob. Vict. Sed ita versus non respondet antistrophico.

536. ἡδύ τι. *Profecto dulce est.* τι enim h. l. intendendi aut asseverandi vim habet. τὸν μακρὸν τείνειν βίον, *vitam quanta quanta est extendere* i. e. *degere, agere.* θαρσαλέαις ἐλπίσι, *bona spe fiduciam ac robur addente.* φαναῖς—εὐφροσύναις, *ita ut animum serena hilaritate demulceam*, ut Germani: *die heitere Fröhlichkeit.* Hunc igitur locum communem, quo dulce dicitur, semper hilarem esse, et bonæ spei plenum, Chorus non vult sibi ex animo et memoria effluere, ideoque semper deos revereri, nec unquam vel factis vel verbis offendere cupit.

540, 541. φρίσσω—διακναιόμενον. *Inhorresco autem cum te video infinitis ærumnis afflictum.*

542. sqq. Ζῆνα—Προμηθεῦ. *Jovem enim non reveritus, tuæ potius quam illius voluntati obsecutus, nimis homines coluisti.* ἰδίᾳ γνώμῃ, ut v. 527. ἐμᾷ γνώμᾳ. σέβῃ h. l. ad studium et benevolentiam refertur. Maxime autem de officiis, quæ hominibus jam tribuerat, intelligendum, præsenti pro præterito posito; nam nunc quidem habere tantum iis benevolentiam, non præstare poterat. cf. v. 82.

545. ἄχαρις χάρις, *gratia ingrata, eine undankbare Gefälligkeit.* Hunc verborum lusum in deliciis habuit Æschylus. Sic ἀπόλεμος πόλεμος v. 912. ἄναυς ναῦς Pers. 677. (cf. Cl. Valckenaer Not. ad Eurip. Phœniss. v. 1745.) Dupliciter autem dicitur χάρις ἄχαρις: hic enim est beneficium, pro quo aliquis damnum reportat; at Choëph. v. 40. est munus, quod ei, cui fertur, parum gratum est. φέρε i. q. εἰπὲ, *age, dic.* Nugatur Pauwius, cum aliud esse contendit.

Φίλος, εἰπὲ, ποῦ τις ἀλκά;
Τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης
Ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν,
Ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν
'Αλαὸν * * * *
Γένος ἐμπεποδισμένον;
Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν
Θνατῶν παρεξίασι βουλαί.

546. εἰπὲ, ποῦ τις ἀλκά;] Sic e conjectura Stephani post Brunckium scribere maluimus, quam, ut vulgo editum, εἰπὲ που, τίς ἀλκά: cf. v. 259. 547. τίς ἐφαμερίων] τίς δ' ἐφαμερίων Rob. ἐφαμέρων Mosq. 2. 548. ὀλιγοδρανίαν] Sic Brunck e cod. Reg. ὀλιγοδρανίαν Ald. Rob. etc. ὀλιγοδρανοῦσαν inter varr. lectt. commemorat Turn. 549. ᾇ] αἷς Ald. Pro ἄκικυν ἰσόνειρον in ead. ed. absurda corruptela ἄκι κινδύνειρον. 550. Hunc versum cum antecedente, ut antistrophicis responderet, ita constituit Heathius: Ἰσόνειρον ᾇ τὸ ‒ ⏑ ⏑ ‒ || Φωτῶν ἀλαὸν, ut prior esset iambic. dim. hypercatal. e quo excidisse putabat vocem quadrisyllabam; alter autem basis anapæstica. Rectius autem dimeter trochaicus; alter monometer anapæsticus esse deberet, ex quo vero excidit pars dimidia, h. e. vocabulum trisyllabum; integro tamen sensu, in quo Brunckius haud falsam omissionis causam quærit. 551. ἐμπεποδισμένον;] Interrogationis notam recte posuit Brunck. 552. τὰν] τὴν Rob. 553. θνατῶν] θνητῶν Ald. Rob.

546. εἰπὲ, ποῦ τις ἀλκά: *Dic, ubi hic est præsidium? Sage, wo ist hier irgend ein Beystand?* Altera scriptura εἰπέ που, τίς ἀλκὰ, secundum quam που encliticum est, ita Germanice vertenda: *Sage doch, welchen Beystand, welche Hülfe können dir die Sterblichen leisten?*

547. οὐδ' ἐδέρχθης, *und bemerkst du nicht——?* ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν, *imbellem ignaviam.* ἄκικυς· ἀσθενὴς, ἀδύνατος, Hesych.

549. ἰσόνειρον *somnio similem,* metaphora sæpius a Græcis ad exprimendam imbecillitatem adhibita. Sic Pindarus, Pyth. viii. 135. σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. Et Aristophanes a Morello laudatus; Av. 688.

Ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά,
Ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ εἰκελόνειροι

Ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις;

550. Vox trisyllaba, quæ post ἀλαὸν excidit, verbum intransitivum fuisse videtur, quod cum participio ἐμπεποδισμένον periphrasin faceret.

552, 553. οὔποτε—βουλαί. *Nunquam Jovis decreta antevertunt hominum consilia.* παρεξίασι Garb. *prætereunt*, minus bene.

Διὸς ἁρμονίαν. " i. e. ὅρον, ἁρμὸν, et hinc θέλημα; ut exponit Schol. Infra, v. 624. βούλευμα Δῖον. Alias simpliciter notat συμφωνίαν, unde de eodem Jove, Aristid. tom. i. p. 9. σὺν ἁρμονίᾳ καὶ προνοίᾳ πάντα ποιεῖ. Vid. et Pollux, lib. vi. c. 33." *Abresch.*

Ἔμαθον τάδε, σὰς προσιδοῦσ' ἀντις. β'.
Ὀλοὰς τύχας, Προμηθεῦ.
Τὸ διαμφίδιον δ' ἐμοὶ μέλος προσέπτα
Τόδ', ἐκεῖνό θ', ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ

554. προσιδοῦσ'] alii teste Steph. περιϊδοῦσ', sensu parum apto. 557. τόδ', ἐκεῖνό θ'] τόδ' ἐκείνω τε Ald. τόδ' ἐκεῖνο γε Rob. τόδ' ἐκεῖνο τ' Turn. τόδ' ἐκεῖν' Viteb. ὅτ' ἀμφὶ] ὅ, τ' ἀμφὶ Ald. ὅ γ' ἀμφὶ conj. Pauw. ὅτ' ἀμφὶ Viteb. λουτρὰ] λουτρὰ

554, 555. ἔμαθον—Προμηθεῦ. *Hoc* (novo scil. exemplo) *didici perniciosam tuam fortunam adspiciens.*

556. sqq. τὸ διαμφίδιον—ὑμεναίων. Stanl. vertit: *Sed ad me advolavit cantio discrepans ab illa, quam circa lavacra et lectum tuum canebam.* Nec vero vulgata lectio aliam interpretationem admittit. At enim incommodis quibusdam laborat, quæ levem textui mendam insidere arguunt. Nam si προσέπτα *advolavit*, hic idem est ac *ad aures accidit*, ut supra v. 115. quomodo de cantilena, quam ipsi nunc jam *canebant*, dicerent ἐμοὶ προσέπτα? deinde vocabulum προσέπτα duplici sensu poneretur, si τόδε ad lugubre carmen, quod ipsæ jam canebant, ἐκεῖνο vero ad hymenæum olim cantatum referretur. Illum enim nunc audire, hunc vero tantum recordari licebat: quo fit ut προσέπτα, ad præsens carmen relatum, significet, *ad aures accidit*, quatenus vero ad hymenæum olim cantatum pertinet, vertendum sit: *in memoriam recurrit.* Quæ cum ita sint, equidem vel sic legendum esse arbitror:

Τὸ διαμφίδιον δ' ἐμοὶ μέλος προσέπτα
Τόδ' ἐκεῖν', ὅ ποτ' ἀμφὶ λουτρὰ etc.

hoc sensu: *Discrepans vero carmen mihi in mentem venit, illud nimirum, quod olim circa lavacra et lectum tuum canebam*, cui quidem emendationi favere videtur unus e Scholiastis, qui τόδε ἐκεῖνο ἀσυνδέτως positum esse notavit, vocabulum προσέπτα vero vertit: ἐπῆλθε κατὰ νοῦν, vel paullo aliter sic:

Τὸ διαμφίδιον δ' ἐμοὶ μέλος προσέπτα
Τόδε, κεῖν' ὅ ποτ' ἀμφὶ λουτρὰ etc.

κεῖν' pro κεῖνα posito et cum λουτρὰ constructo; h. e. *discrepans vero mihi carmen illud in memoriam venit, quod olim circa ista lavacra et lectum tuum canebam*: quæ tamen emendandi ratio priore, ut opinor, difficilior et languidior esset. Itaque donec aliquis meliora docuerit, priorem teneo, ut τόδε ἐκεῖνο eodem modo quo τοῦτ' ἐκεῖνο ad hymenæum referatur. Atque sic bene cohærent ἔμαθον, et προσέπτα δέ. Διαμφίδιον· μέλος, ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. Hesych. Nempe ut apud Latinos *discrepans* idem est, quod *aliter sonans*, sic h. l. διαμφίδιον μέλος, hymenæus nimirum olim cantatus, opponitur tristi querelæ, quam nunc in mala Promethei fortuna proferebant, ab eaque plane diversus ac discrepans esse dicitur. Quod reliquum est, hos versiculos, emendationis nostræ ratione habita sic Teutonice verterimus: *Niemals können Jupiters Fügung der Sterblichen Anschläge vereiteln. Dis erfahr' ich, ó Prometheus, indem ich dein unglückliches Schicksal betrachte. Und hier schwebt meiner Seele jenes Lied vor, wie so anders das klang, jenes Lied, das ich ehemals bey deiner Hochzeitfeyer sang* etc.

557. λουτρὰ, *lavacra*, (nam ante nuptias sponsum pariter ac sponsam solenni ritu corpus lavisse tralatitium est) καὶ λέχος σόν, *et lectum nuptialem tuum.* Omnino his verbis apparatus nuptialis designatur.

Καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν
Ἰότατι γάμων,
Ὅτε τὰν ὁμοπάτριον
Ἕδνοις ἄγαγες Ἡσιόναν
Πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. ΧΟΡΟΣ. ΙΩ.

ΙΩ.

ΤΙΣ γᾶ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
Τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισι

Ald. Turn. λουτρὰ, quod metro aptius est, legitur in codd. Reg. Viteb. 558. ϗ λέχος] τε ϗ λέχος Vict. ὑμεναίουν] ὑμεναίων Ald. 559. ἰότατι] Sic Regg. Viteb. ἰότητι Ald. 561. ἄγαγες] Ita Regg. Viteb. At ἤγαγες Ald. Turn. Ceterum v. 560, 561. transpositos Ald. Rob. Turn. ordini suo restituit Victor. 564. τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισι] τόνδε χαλινοῖσιν ἐν πετρίνοισι τοῖς ὀρείοις Ald. Rob. χαλινοῖς

559. *ἰότης γάμων, consilium nuptiarum,* optionem electæ conjugis notat, ut nostri dicunt : *die glücklich getroffne Wahl.* Dativus autem, non, ut Stanleius opinabatur, qui vertit *lubentia nuptiali,* ab omissa præpositione ἐν, sed potius a verbo ὑμεναίουν regitur.

560. τὰν ὁμοπάτριον, *sororem* scil. *nostram ;* nam Hesione Oceani filia esse perhibetur. Morellus citavit Schol. ad Lycophr. 132. qui Promethei uxorem dicit esse Celæno Atlantis filiam.—Ultima autem verba sic construenda : ὅτε τὰν ὁμοπάτριον Ἡσιόναν, ἕδνοις πιθὼν, ἄγαγες δάμαρτα κοινόλεκτρον, *quo tempore sororem Hesionem, postquam donis sponsalibus et persuaseras, ut tibi nuberet, uxorem ducebas tori sociam.*

IN SCENAM VI.

v. 563—892.

Commode Chori canticum interrumpitur Iûs Inachidos interventione, ac ne longiore Chori et Promethei colloquio tædium spectatoribus obrepat, tempestive cavetur. Iûs vero persona et apte introducitur, quoniam Inachi filia est, cujus sorores sunt Oceanitides, e quibus Chorus constat ; et probabiliter, quia Io tot erroribus acta, facile etiam ad desertam hanc rupem, quamvis ab aliorum hominum vestigiis longissime remotam, aberrare potuit. Ad Jovis autem impotentiam et crudelitatem luculentius declarandam nihil fingi poterat, quod magis appositum esset, quam Inachi filia in scenam producta, quippe cui ob insanos Jovis amores Junoni exosæ tot itinera superanda, tot labores exantlandi essent.

Prima vero Iûs μονολογία affectus et perturbationis plenissima est ; mentis etiam furore concitæ imago verissimus coloribus expressa.

563. τίς γᾶ ; τί γένος ; Secum loquitur Io. Nec *terram* ubi pedem posuit, nec *genus,* Nympharum nempe Prometheum circumstantium, agnoscit.

Χειμαζόμενον; τίνος ἀμπλακίας
Ποιναῖς ὀλέκῃ; σήμηνον ὅπῃ
Γᾶς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.
Ἆ ἆ, ἒα ἒα.
Χρίει τις αὖ με τάλαιναν οἶστρος,

ἐν π. τ. ὀ. Turn. τοῖς ὀρίοις, quod primum recte abest in Turn. glossema esse intellexit Steph. πετρίνοισιν conj. Heath. 565. τίνος—ὀλέκῃ] τίνος ἀμπλακίης ποινὰς ὀλέκῃ Ald. τίνος ἀμπλακίης ποιναῖς ὀλέκῃ Rob. Victor. τίνος ἀμπλακίης ποινᾶς ὀλέκῃ Turn. τίνος ἀμπλακίης ποινά σ᾽ ὀλέκει conj. Steph. ἀμπλακίας codd. Regg. et in Viteb. legitur: ἀμπλακίας ποιναῖς ὀλέκῃ, σήμηνον ὅπῃ γᾶς. 569. οἶστρος] οἶστρου V. L. a Stephano notata, sed minus poëtica.

563—565. τίνα φῶ—χειμαζόμενον; *Quem me videre dicam hunc vinculis ad saxum affixis vexatum.* χειμαζόμενον proprie *hiemantem*, h. l. tralate, *afflictum*, *laborantem*. Fieri tamen potest, ut simul ad diuturnam Promethei captivitatem, atque ad frigora Scythiæ respexerit. χαλινοὶ πέτρινοι, *frena saxea*, audacius pro *catenis ad saxum affixis*.

565, 566. τίνος—ὀλέκῃ; *Cujusnam delicti pœnis peris?* Nihil enim aliud suspicari poterat Io, quam se latronem aliquem, aut similis forte sceleris reum videre, qui hic delictorum pœnas luat.

566, 567. σήμηνον—πεπλάνημαι. *Indica quæso ubinam terrarum misera errem?*

Postquam hæc dixit Io, novo furoris accessu se agitari sentit. Videre enim videtur Argi umbram, vestigiis suis insistentem. Egregie vero adumbravit Æschylus Iûs animum spectri phantasia perterritum: ejusque oratio mirabiliter ad anxietatem animi prodendam conformata, si justa præsertim actoris pronuntiatione fuerit adjuta, vehementem theatro terrorem incusserit necesse est.

568. ἆ, ἆ, ἒα, ἒα. Hæ interjectiones primum terrorem ex visione Argi conceptum apte et graviter signant.

569. χρίει οἶστρος. *Iterum me miseram œstrus quidam stimulat.* Quod dicit *iterum*, id scite et convenienter spectatoris cogitationem ad ea, quæ extra scenam gesta sunt, traducit. Œstrus proprie est insectum armentis infestum, alias asilus,

Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther
Concussus, silvæque et sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ.

Virg. Georg. lib. iii. 149. sqq. Nimirum poëtæ, qui Inachi filiam in juvencam a Jove mutatam esse tradunt, iidem quoque eam œstro s. asilo a Junone immisso agitatam fuisse narrant. At enim cum Tragicus noster metamorphosin Iûs in vaccam non agnoscat, sed tantum faciem ejus deformatam et cornibus dedecoratam esse perhibeat, οἶστρος h. l. non de bestiola illa boves aculeo suo figente, sed de quovis terriculamento (*Schreckbild*) intelligendus; adeoque hoc vocabulum non propria sed translata significatione poni existimandum est. Cf. v. 584. 603. 679. 680. 687. In quo iterum Æschylus quam bene, quid scenicæ fabulæ dignitatem deceat, perspexerit, ostendit. Variis enim spectris ac terricu-



Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, ἄλευ' ὦ δᾶ,
Φοβοῦμαι τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.

570. εἴδωλον—ἄλευ' ὦ δᾶ] alii libri teste Turn. εἴδωλον γὰρ Ἄργου γηγενοῦς ἄλευ' ὦ δᾶ. Post γηγενοῦς Stanleius comma deleri jussit. Melius autem servatur, ita ut οἶστρος et εἴδωλον deinceps ponantur, et post ἄλευε subintelligatur τοῦτο. Teste utroque Scholiaste duplex olim lectio erat: ἄλευ' ὦ δᾶ *averte ô terra*, et Ἀλευάδα, quod est patronymicum ab Ἀλεύας; id nempe nominis Argi patri fuisse prædicabant. Ceterum Arnaldus ad h. l. hæc notat: "Hunc Æschyli locum ni fallor ob oculos habuit Etym. M. auctor in v. Ἀλευάδα, ubi scribit: Ἀλευάδα εἴρηται, ὡς τὸ φεῦδα· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν λέγουσι, καὶ διάν, ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον. φεῦδα οὖν, φεῦ γῆ, οὕτως οὖν καὶ τὸ ἀλευάδα, Ἀλίου δᾶ τοῦ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ κειμένου. Hæc Etymologici verba satis sunt intricata, videturque in utroque ubi extat ἀλευάδα loco legendum esse ἀλευίδα et pro ἀλίου, ἄλευε, ut hic sit verborum istorum sensus: ἀλευίδα dici una voce pro ἄλευε δᾶ, δᾶ Dorico pro vulgari γῆ; sic dici φεῦδα una voce pro φεῦ γῆ. Apud Æschylum etiam lubens pro ἄλευ' ὦ δᾶ legerim ἀλευίδα, vel ἄλευε δᾶ, quoniam versus alias esset Hipponacteus vel scazon." Hactenus Arnaldus. Reliqua de hoc loco Commentario reservamus, quem vide.
571. Post φοβοῦμαι commate distinguit Garb.

lamentis Inachi filiam in furorem agi, nobile erat phantasma, et cothurno dignum; si vero eam tanquam veram juvencam ab asilo actam in scenam produxisset, incredulus utique spectator ineptam hanc fabulam odisset, quæ forte ab aliquo metamorphoseon scriptore probabiliter narrari poterat, in scena vero repræsentata sibilum potius hominum venustiorum quam plausam excitasset. Ceterum non nego in phrasi χρίει με οἶστρος allegoriam ab aculeo illius bestiolæ ductam esse.

570. εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, *Argi terræ filii umbra;* nempe coll. v. 682. sqq. donec vivebat Argus, ipse miseram agitabat; postquam vero occisus erat, saltem ejus umbra vagam puellam terrebat. Hoc autem spectro animus tantum Iûs, non oculi feriebantur; neque vero spectatores hanc umbram, quasi propriam figuram et numen habentem, videbant; (quamquam in Persis Darii εἴδωλον sic in scenam produxit, ut oculis a spectatoribus cerneretur, quod inter Anglos Shakespearius, in nobilissima Hamleti tragœdia, deinde, haud pari tamen successu, inter Francogallos Voltarius in Semiramide tentavit;) sed h. l. furori tantum et mentis alienationi tribuendum, quod Io aliis atque aliis visis terreatur. ἄλευ' ὦ δᾶ, averruncationis formula, valde huic loco conveniens. Sic ἀλεύειν, *avertere*, occurrit Theb. 88. 141. Ceterum cum h. l. comparandum Œdipodis dictum apud Sophoclem, Œdip. Tyr. v. 1317. ed. Brunck:

οἴμοι
Οἴμοι μάλ' αὖθις· οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
Κέντρων τε τῶνδ' οἴστρημα, καὶ μνήμη κακῶν.

571. φοβοῦμαι—βούταν. Nota est fabula, Argum a Junone custodem Ioi in vaccam mutatæ additum, postea vero a Mercurio qui eum fistulæ cantu in soporem dederat, occisum esse. Sed ex hac fabula ea tantum Æschylus delibavit, quæ consilio suo responderent, nec a dramatis natura et indole nimium abessent. τὸν μυριωπὸν βούταν referri quidem potest ad multos illos oculos a recentioribus poëtis Argo tributos. Etenim secundum Ovidium:

Centum luminibus cinctum caput
Argus habebat,

Ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,
Ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.
Ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν ἐξ ἐνέρων περῶν
Κυναγετεῖ, πλανᾷ τε νῆστιν
Ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον·
Ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀττοβεῖ
Δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.
Ἰὼ ἰώ, ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ·

574. ἀλλ' ἐμὲ] ἀλλά με Ald. Rob. Turn. 575. κυναγετεῖ] κυνηγετεῖ Ald. Rob. Turn. Vict. 579. πῶ πῶ πῶ] πόποι πόποι al. teste Steph. ποποῖ ποποῖ Ar. quater πῶ Ox.

Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
Cetera servabant atque in statione manebant.

At h. l. tropice μυριωπὸς significare tantum potest *circumspectum*, *vigilantem*, *omnia observantem*, sicut alibi ὁ πάνθ' ὁρῶν appellatur, Suppl. 310. Qui μυριωπὸν proprie interpretatus fuerit, is forte, quod sequitur, δόλιον ὄμμα ad istos oculos, qui, duobus reliquis somno clausis, pervigiles manebant, traxerit. Nobis vero simplicius esse videtur δόλιον ὄμμα pro δόλια ὄμματα dictum, in eoque sine argutiis nihil aliud quam calliditatis in observando notam quærendam putare. Cum autem Io ait, ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων, de viso suo, prout ei per insaniam occurrebat, loquitur.

573. ὃν—κεύθει cum admiratione quadam pronuntiatum. Miratur enim Io, quid sit, quod Argus, quamvis occisus, tamen quasi adhuc viveret, obambulet.

574—576. ἀλλ' ἐμὲ—ψάμμον. *Sed me miseram ab inferis prodeambulans exagitat, et secundum littoris maritimi arenas vagis erroribus jejunam exercet.* νῆστιν ut ne ad cibum quidem capiendum otium sit. ἀνὰ τ. π. ψάμμον· hæc imago solitudinis miseram Iûs conditionem exaggerat.

577, 578. ὑπὸ δὲ—νόμον, *cera vero compacta sonora fistula submurmurat carmen soporiferum.* Nempe ut Argus pastorum ritu, Inachi filiam dum vivebat agens, fistula canebat, sic Io furore acta etiamnum ejus cantum audire videbatur. ὑπνοδόταν νόμον vel ornandæ tantum imaginis causa adjectum est, vel, quod melius placet, ad miserationem commovendam. Cum enim Io molesto lassitudinis sensu premebatur, tum hoc accedebat ad ejus miseriam, quod fistulæ cantus somnum invitaret, quo tamen ob perpetuam Argi fugam frui non licebat.

ὑπὸ—ὀττοβεῖ per tmesin pro ὑποττοβεῖ. Præpositio tamen ὑπὸ, ut sæpe, in compositis fieri solet, hic plane otiosa est. Κηρόπλαστος δόναξ est σύριγξ seu fistula *disparibus*, ut ait Ovidius, Metamorph. i. 712. *calamis compagine ceræ inter se junctis.*

579. Inde ab hoc versu dispelluntur Iûs phantasiæ; jamque se colligit ex furore et ad se redit. Obiter Æschyli in fabularum tractatione prudentiam nova exemplo declarare liceat. Cum in tragœdia, quæ inscribitur Ἱκέτιδες, Chorus Danaidum Iûs fabulam narra-

Ποῖ μ' ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάναι;
Τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε,
Ταῖσδ', ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρ-
τοῦσαν, ἐν πημοναῖσιν, ἓ ἓ,
Οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι
Δειλαίαν παράκοπον ὧδε τείρεις;
Πυρί φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον,
Ἢ ποντίοισι δάκεσι δὸς βοράν,
Μηδ' ἐμοὶ φθονήσῃς εὐγμάτων, ἄναξ.
Ἄδην με πολύπλαγκτοι πλάναι
Γεγυμνάκασιν, οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπη

580. πλάναι] πλάνοι omnes edd. ante Brunckium, qui e codd. Regg. πλάναι in textum recepit, soni, ut ait, suavitate adductus. Eum, accedentibus etiam codd. Guelf. Mosq. 1. secuti sumus. Ceterum ipse V. D. Moerin laudavit, qui πλάνος Tragicis præcipue usitatum et Atticum esse pronuntiat. 581. τί, ποτε—τί ποτε] τίς ποτε—τίς ποτε, τί ποτε sic Ald. τίς ποτε—τί ποτε, τί ποτε Rob. τί ποτέ μ'—τί ποτὲ, τί ποτὲ Turn. τί ποτε, τί ποτε τί ποτε Victor. 582. εὑρὼν] ἀρὼν Ald. Sæpe in Aldina vitiose pro ευ scriptum α. Post ἁμαρτοῦσαν commate interpungit Steph. 587. ποντίοισι δάκεσι] Sic Brunck e codd. Regg. ut sit iamb. trim. brachyc. Vulg. ποντίοις. 588. εὐγμάτων] ἀγμάτων Ald. vitiose. cf. ad v. 582. notata. 589. ἄδην] ἄδδην Ald. Turn. πολύπλαγκτοι] πολύπλανοι Ald. Turn. 590. γεγυμνάκασιν]

tione persequitur, virginem in vaccam a Jove mutatam fuisse, eique Jovem in taurum conversum appropinquasse; tum Argo ejus custode a Mercurio interfecto Junonem miseræ buculæ œstrum s. asilum boves exagitantem bestiolam immisisse narrat. His autem fabularum portentis in hac tragœdia, ubi non narrabatur res, sed in scena agebatur, consulto abstinuit.

580. τηλέπλαγκτοι πλάναι, *longinqui errores.*

581. sqq. Constructio verborum hæc est. τί ποτε, ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτέ με εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐνέζευξας ταῖσδ' ἐν πημοναῖσιν, *quo tandem in delicto me deprehensam his calamitatibus coërces?* ἐνέζευξας, ut supra, v. 108. ὑπέζευγμαι ἀνάγκαις.

284. οἰστρηλάτῳ δείματι, *timore ex insania orto;* larvæ enim et intemperiæ virginem agitabant. Hanc insaniam, simulac se ex furore recepit, flebiliter queritur, sicut Ajacem Sophocleum, postquam ad se rediit, eorum pœnitet, quæ furore percitus perpetraverat. Nihil igitur opus est, h. l. de vero œstro s. asilo cogitare. παράκοπον, *amentem;* nempe se non ignorat per intervalla furore corripi.

586. Incredibiliter angit animum spectatoris, cum, ut se Jupiter igne potius comburat aut terra abscondat, aut in mare projiciat, optat; quam ærumnosam enim ac deplorabilem ejus vitam esse oportet, cui nullus mortis gradus adeo terribilis est, quin tali vita optabilior esse videatur?

590. γεγυμνάκασιν, *exercuerunt.* οὐδ' ἔχω μαθεῖν, ὅπη πημονὰς ἀλύξω,

Πημονὰς ἀλύξω.
Χο. Τᾶς βουκέρω πρόσφθεγμα παρθένου κλύεις;
Πρ. Πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης
Τῆς Ἰναχείης; ἣ Διὸς θάλπει κέαρ
Ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους
Ἥρα στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται.
Ἰώ. Πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις;
Εἰπ' ἐμοὶ τᾷ μογερᾷ, τίς ὤν,
Τίς ἄρα μ', ὦ τάλας, τὰν ταλαίπωρον
Ὧδ' ἐτήτυμα προσθροεῖς,

γεγυμνάσιν mendose Ald. 592. τᾶς βουκέρω—κλύεις] κλύεις προσφθέγματα τᾶς βουκέρω παρθένου Ald. κλύεις φθέγμα τᾶς β. παρθένου Rob. κλύεις προσφθέγματα τᾶς β. παρθένου Turn. κλύεις προσφθέγματος τ. β. π. in cod. quodam reperit Turn. κλύεις πρόσφθεγμα τᾶς βουκέρω παρθένου ed. Victor. etc. κλύεις φθέγματα τᾶσδε β. π. cod. Ar. φθέγματα etiam Viteb. κλύεις πρόσφθεγμα β. τᾶς παρθένου conj. Stanl. Arnaldus autem emendabat: τᾶς παρθένου πρόσφθεγμα βουκέρω κλύεις; Morellus iambicum senarium ita etiam effici notat: τὰ φθέγματα κλύεις βουκέρω τᾶς παρθένου; Quod cum Brunckio edidimus, Heathio debetur; is enim et Morellus recte Pauwii rationem aspernantur, qui hunc versum ad monostrophica Iûs pertinere censebat, ideoque non iambicum senarium, sed antispastic. trim. acatal. πολυσχημάτιστον esse volebat, lectionem Victorianam amplexus. Bene autem monuit Morellus, hac Chori interrogatione novam personam in scenam introduci, qua in re poëtas fere semper iambicos usurpasse, coll. Soph. Phil. 1246. Œd. C. 576. 1313. Eurip. Hec. 215. Or. 1315. Alc. 1016. 596. στυγητὸς] στυγητῶς minus apte Viteb. γυμνάζεται] βιάζεται Ar. errore librarii, cujus animo antecedens βίαν obversabatur. 600. ἔτυμα] ἐτήτυμα Ar. quod præfert Heath. 601. θεόσσυ-

nec habeo unde discam, quo pacto tandem has ærumnas evitem. His verbis commodum sibi transitum parat ad colloquii cum Prometheo instituendi argumentum.

592. τᾶς—κλύεις; *Audin' virginis cornigeræ vocem?* πρόσφθεγμα vel (ut Sophocl. Philoct. 238.) *alloquium* significat, tumque ad v. 565—567. respicitur, vel simpliciter *sermonem*, *vocem*, vi præpositionis neglecta.

593. οἰστροδίνητος, *furore quasi vertigine circumacta.*

594. ἣ Διὸς θάλπει κέαρ ἔρωτι, *cujus amore Jupiter incaluit.*

595, 596. καὶ νῦν—γυμνάζεται. *Et quæ nunc Junoni exosa longinquis cursibus violenter exercetur.* cf. v. 590.

597. πόθεν—ἀπύεις. *Unde tibi hæc notitia venit, ut patris nomen pronunties?*

598. sqq. εἰπ' ἐμοὶ—προσθροεῖς, *dic mihi ærumnosæ, quis sis, aut qui fiat ut tu miser miseram me tam veris verbis alloquaris.* Repetitio pronominis τίς, in τίς ὤν, τίς ἄρα, admirationem significat; q. d. *quis sis, quis sis inquam, qui* etc. In his autem versibus collocatio verborum μογερᾷ, τάλας, τὰν ταλαίπωρον ad misericordiam commovendam perquam apposita. Sperat enim Io. quia ipsum Prometheum

Θεόσσυτόν τε νόσον ὠνόμασας,
Ἃ μαραίνει με χρίουσα
Κέντροισι φοιταλέοισιν, ἓ ἕ.

τόν τε] Sic Ald. et Brunck e codd. Regg.; vulg. θεόσυτον δὲ, Turn. etc. In Viteb. vero legitur τε. 603. φοιταλέοισιν] φυταλέοισιν mendose Ald.

ærumna laborantem videt, eum ad levandas aliorum miserias, si quo modo possit, promtum ac paratum fore.

601. θεόσσυτόν τε νόσον ὠνόμασας. Hæc ad v. 593. respiciunt, ubi Prometheus Inachi filiam τὴν οἰστροδίνητον κόρην appellaverat. Qui οἶστρον igitur in hac tragœdia proprie de asilo accipiunt, θεόσσυτον νόσον intelligent, *malum a deo immissum*, h. e. vel ipsum asilum, vel saltem Iûs fugam et errorem ex asili se agitantis horrore oriundum. Nos vero, pro iis quæ jam antea disputavimus, nihil aliud significari putamus, quam *furorem divinitus immissum*, quem proprio nomine morbum appellare licebat.

602. sqq. ἃ μαραίνει—δαμεῖσα. Tota hæc allegoria, in qua præclare servatus est translationis tenor, a similitudine equi stimulis ad cursus celeritatem excitati ducta est. Furori igitur tribuuntur κέντρα φοιταλέα, h. e. *stimuli ad cursum excitantes*, quibus ille miseram Io χρίουσα μαραίνει, *pungens emacerat, conficit, fatigat*, adeo ut illa huc venerit λαβρόσσυτος σκιρτημάτων νήστισιν αἰκίαις, *concitata saltibus molestis perniciosis, famem ferentibus*; ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα, *sævis* iratæ Junonis *consiliis perdomita*.

603. κέντροισι φοιταλέοισιν. De hac metaphora primum Stanleium audiamus. "Moschus Idyll. ii. de eadem:

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα.

Hesych. Φοιταλέος, παράκοπος, μανιώδης. Nempe ἀπὸ τοῦ φοιτᾷν, quod inter alia *furere* significat. Idem φοιτᾷ, βαδίζει, μαίνεται· unde etiam φοῖτος *furor* est, ut veteres Grammatici notarunt, Eustath. ad Iliad. 1. ὡς τὸ ἐνθουσιωδῶς ὁρμᾷν καὶ μαίνεσθαι, φοιτᾷν ἐλέχθη, ὅθεν καὶ φοῖτος ἡ μανία, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. Φοιτᾷν igitur veteribus Græcis *furere*, et φοῖτος *furor*, unde in Sept. Theb. v. 667. pro σὺν τύφῳ φρενῶν legit cod. Arund. σὺν φοίτῳ et expositione interlineari μανίαν reddit. Quidni igitur φοιταλέος *furialis*, et κέντρα φοιταλέα *stimuli furorem excitantes*, furibundam efficientes? Sed et ex hujus significationis vera origine est, quod rei præsenti illustrandæ addi possit. Ideo enim φοιταλέοι furibundi dicti, quod, qui tales sunt, huc atque illuc frequenter ire, redire, et cum impetu soleant, quod est φοιτᾷν. Homerus Iliad. ε'. de Marte:

Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα
Φοιτᾷ δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθε.

Ubi notat Eustathius, Homero et Hesiodo φοιτᾷν idem esse quod ὁρμᾷν, et cum furorem simul cum impetu denotet, Marti esse οἰκειότατον, qui adversus Græcos adeo furibunde et cum impetu ferebatur. Planius adhuc id, quod volumus, expressit Sophocles de Ajace:

Ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
Ὤτρυνον.

quibus verbis hominem depingit furiali more grassantem, et huc atque illuc ovium gregem persequentem, qualis Io hæc. Κέντρα igitur φοιταλέα sunt *stimuli dementantes* et *furorem injicientes*, adeoque furentium more huc atque illuc itare, procedere, regredi, grassari cogentes; ita Lycophron φοιτάδα dixit v. 615." Hactenus Stanleius, qui, si generatim de sensu, qui vocabulo φοιταλέος subjici possit, quæratur, docte disseruit; si vero de vera vi hujus me-

Σκιρτημάτων δὲ νήστισιν
Αἰκίαις λαβρόσσυτος ἦλθον,
Ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα.
Δυσδαιμόνων δὲ τίνες, οἳ,
Ἒ ἒ, οἷ᾽ ἐγὼ, μογοῦσιν;
Ἀλλ᾽ ἐμοὶ τορῶς τέκμηρον,

604. *νήστισιν*] Schol. α'. in quibusdam libris scriptum fuisse *νήστησιν* refert, idque a particula privativa *νη* et *στασις* derivat. 607, 608. *δυσδαιμόνων δὲ τίνες—μογοῦσιν;*] *δυσδαιμόνων δέ τινες—μογοῦσιν* Ald. *δυσδαιμόνων δέ τινες, οἳ ἒ ἒ οἵ᾽ ἐγὼ μογοῦσιν;* Rob. *δυσδαιμόνων δέ τινες οἵ, ἒ ἒ, οἵ᾽ ἐγὼ μογοῦσιν·* Turn. Victorius primum recte hanc *ῥῆσιν* interrogative extulit *τίνες—μογοῦσιν*, cui Schol. α'. præivit. At Schol. β'. cum Aldina consentit.

taphoræ, quam quidem hoc loco habeat, agitur, ab ea prorsus aberrasse videtur. Etenim si *θεόσσυτος νόσος* jam furorem Ioi immissum significat, inepte, utique dicatur *furor stimulos addere in furorem conjicientes.* Si vero *κέντρα φοιταλέα* interpreteris *stimulos ad cursum incitantes,* non solum singulæ translationes sibi constant, sed etiam ipsa res hac imagine involuta apte ac dilucide declaratur. Ex furore enim vagi Iûs errores et cursus oriebantur. *Φοιταλέος* vero prima significatione est *errabundus, vagabundus,* secunda demum translate dicitur pro *furiosus.* Notandum vero est, multis adjectivis, quæ alias intransitive ponuntur, Æschylum transitivam vim tribuere; ut enim hic *φοιταλέος,* quod proprie significat *errabundus,* h. l. est *in errores conjiciens, ad cursum concitans,* sic paulo post *νῆστις,* alias *jejunus,* ponitur, pro *famem s. inediam afferens.* Cf. Agamemn. v. 201. *σκιρτημάτων αἰκίαι* sic dicuntur, ut supra vincula *ἀδαμαντόδετοι λύμαι.* De significatione vocabuli *αἰκία,* qua *plagam* aut *verberationem* notat, plane hic non cogitandum. Incommode igitur vertit Stanleius: *famelicis flagris saltuum.* *Σκιρτημάτων αἰκίαι* nihil aliud sunt, quam *σκιρτήματα αἰκίζοντα, saltus corpori nocentes,* s. *corpus anhelitu et fatigatione cruciantes.* *νήστιδες* autem *jejunæ* i. e. q. *famem ferentes,* quæ non patiuntur vel ad cibum capiendum aliquem conquiescere. Nam in hoc quoque vocabulo similitudo latet equi a crudeli sessore usque ad internecionem sic fatigati, ut ne ad pabulum quidem capiendum statio concedatur. (Propius ad sensus h. l. veritatem accessit Garbitius, qui sic circumscripsit: "*stimulis impetuosis,* qui me perpetuo ad cursum incitant, ex quo ego accurri *λαβρόσσυτος, vehementer concitata,* ad saltus, propter ictus et punctiones adimentes mihi spatium sedandæ famis;" ubi tamen in posterioribus verbis a vera constructione aberravit.)

Quod reliquum est, per totam hanc Iûs orationem structura verborum perturbatior et præfractior callide prodit miseræ virginis animum furoris æstu, qui vixdum resederat, incensum atque inflammatum.

607, 608. *δυσδαιμόνων—μογοῦσιν.* De solo Prometheo loquitur, plurali numero singularis locum obtinente. Id nostra etiam lingua imitetur: *Wer sind die Unglücklichen, die sich mit mir, ô weh, in gleicher Drangsal befinden?*

609. sqq. *At tu clare mihi denunties velim, quæ me porro mala maneant, quid me facere oporteat, ecquod morbi remedium sit; doce, si quidem noris, loquere,* (in

Ὅ τι μ' ἐπαμμένει παθεῖν,
Τί με χρὴ, τί φάρμακον νόσου.
Δεῖξον, εἴπερ οἶσθα· θρόει,
Φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.
Πρ. Λέξω τορῶς σοι πᾶν, ὅ τι χρήζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,
Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
Πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.
Ἰώ. Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανεὶς
Τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;
Πρ. Ἀρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

611. τί με χρὴ] Sic Rob. τί μὴ, χρὴ Ald. Turn. τί μὴ χρὴ Victor. 613. φράζε τᾷ] φράζε τι Rob. quod fortasse ortum e φράζε τῇ. 618. θνητοῖσιν] θνητοῖσι Viteb. quem codicem laudat Zeunius, quod semper et ubique recte illud ν ἐφελκυστικὸν omittat in cæsura et fine versuum. 620. ἀρμοῖ] Ὦ μοι cod. Turn. ἀρμοῖ Ald. Rob.

Guelferb. θρόει a secunda manu adjectum, et post φράζε additum τι,) dic illud virgini miseris erroribus obnoxiæ.

τορῶς τέκμηρον. Ut Pers. 477. σημῆναι τορῶς. τί με χρὴ, bene monuerunt Heathius et Brunckius subintelligendum esse δρᾷν s. ποιεῖν. Suppressi hujus verbi aliud exemplum Brunckius citavit ex Eurip. Troad. v. 734.

—τούτων οὕνεκ' οὐ μάχης ἐρᾷν
Οὐδ' αἰσχρὸν, οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε
χρή.

Post δεῖξον apte a poëta additum εἴπερ οἶσθα, nondum enim norat Io Prometheum, adeoque, nisi hanc dubitandi formulam subjunxisset, eam a primo quoque obvio futuri temporis exitum sciscitari mirum videri debuisset.

614. Prometheus Ioi omnia quæ scire cupiat ingenue se expositurum pollicetur. οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματι, *non involvens obscuris difficilibusque sermonibus*, qualia nimirum oracula fere esse solebant.

616. οἴγειν στόμα. Etsi similis est phrasis hebraicæ locutioni, tamen hebraismus non est dicendus.

617. πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς. "Verbalia eundem regunt casum, quem verba transitiva, unde derivantur. Demosth. Philipp. 1. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους, ubi quidam legunt τῶν τοιούτων ἀποστόλων, sed idem est, ac τεθνᾶσι τῷ δεδιέναι τοὺς τοιούτους ἀποστόλους. Vid. Sept. Theb. v. 295. et Obs. Misc. Crit. vol. viii. t. 3. p. 345." *Giac.*

618. ὦ κοινὸν—φανεὶς, *o tu, qui communis salus mortalibus apparuisti.* Blandum est alloquium, et Prometheo recreando idoneum; audit enim beneficiorum suorum famam inter homines percrebuisse.

620. ἀρμοῖ—πόνους. *Vixdum desii ærumnas meas lamentari.*

Ἰώ. Οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;
Πρ. Λέγ᾽ ἥντιν᾽ αἰτῇ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.
Ἰώ. Σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ᾽ ὤχμασε.
Πρ. Βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ.
Ἰώ. Ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων τίνεις;
Πρ. Τοσοῦτον ἀρκῶ σοι σαφηνίσαι μόνον.
Ἰώ. Καὶ πρός γε τούτοις, τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης
Δεῖξον τίς ἔσται τῇ ταλαιπώρῳ χρόνος.
Πρ. Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.
Ἰώ. Μή τοι με κρύψῃς τοῦθ᾽ ὅπερ μέλλω παθεῖν.

621. τήνδε] τάνδε Ald. R. 622. πᾶν γὰρ ἂν πύθοιο] πάντα γὰρ πύθοιο Ald. Ox. πᾶν γὰρ ἐκπύθοιο Rob. Turn. πᾶν γὰρ οὖν πύθοιο in cod. MS. legit Steph. πᾶν γὰρ ἂν πύθοιο est conjectura Steph. eamque lectionem Brunck. in cod. Reg. B. deprehendit; ubi præter eam ista quoque comparebat πάντα γὰρ πύθοιο. Ceterum Brunckius observat scribi potuisse πάντα γ᾽ ἂν πύθοιό vel τύχοιό μου; quicquid sit, abesse posse particulam ἂν recte negat. 622. μου] μοι Ald. Ox. 624. μὲν] μέν τοι Viteb. adversus metrum. 626. ἀρκῶ σοι] ἀρκέσω citat Turn. e cod. Suspicor fere Æschylum scripsisse τοσοῦτον ἀρκεῖ σοι σαφηνίσαι με νῦν; saltem si vulgata vera est, signum interrogationis post μόνον ponendum. 629. τὸ μὴ μαθεῖν σοι] In codd. Regg. μαθεῖν σε; sed σοι superscriptum. 630. μή τοι] μή τι cod. Ox. Reg. A. μήτοι Reg. B. it. Schol. ad Eurip. Hec. 570. qui Æschylo non nominato h. v. sic citat: καὶ ἄλλος· μήτοι με κρύψῃς τοῦτο ὅπερ μέλλω παθεῖν. Stauleius ad h. l. recte ridet Phrynichum in Eclogis, qui barbaram constructionem esse τοῦ μέλλειν cum aoristo pronuntiat. Addit etiam Thomam Magistrum observasse μέλλω cum Aoristo etiam conjungi posse, sed non sine particula ἄν, quæ faciat ut præteritum pro futuro sumatur. Quod autem subjungit Thomas

621. τήνδε δωρεὰν non ad ultima Promethei verba, sed ad ea pertinet, quæ mox dictura est. In ejusmodi enim orationis nexu, ὅδε, ἥδε, τόδε inservit aposiopesi, et ut celerius alternet dialogus, efficit. Germanice igitur non vertendum: *Wolltest du mir nicht auch diese Gefälligkeit erzeigen?* sed potius: *Ich darfs also wol nicht wagen, dich um eine Gefälligkeit zu bitten —*.

626. τοσοῦτον—μόνον. Hæc verba affirmative enuntiata incommodum sensum præbent, nec satis cum sequentibus cohærentem. Cur enim diceret: *Tantum duntaxat tibi enarrare possum.* Nondum enim sciebat, an plura Io scire quæreret? Interrogationis autem signo adjecto omnia inter se apta et nexa sunt: *Tantumne igitur est, quod enarrasse tibi suffecerit?* aut si emendationem, quæ nobis in mentem venit, sequaris, quam in V. L. indicavimus) *Tantumne tibi sufficit me nunc quidem tibi enarrare?*

627. καὶ πρός γε τούτοις] γε h. l. negationem antecedentis quæstionis includit; q. d. *minime, sed insuper* etc.

630. μή τοί με κρύψῃς τοῦθ᾽. "Sic Eurip. Hec. 570. ἃ κρύπτειν ὄμματα

Πρ. Ἀλλ' οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος.
Ἰώ. Τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;
Πρ. Φθόνος μὲν οὐδείς· σὰς δ' ὀκνῶ θράξαι φρένας.
Ἰώ. Μή μου προκήδου μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοὶ γλυκύ.
Πρ. Ἐπεὶ προθυμῇ, χρὴ λέγειν· ἄκουε δή.
Χο. Μήπω γε· μοῖραν δ' ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε.
Τὴν τῆσδε πρῶτον ἱστορήσωμεν νόσον,
Αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας·
Τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων σοῦ διδαχθήτω πάρα.
Πρ. Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,

Mag. *εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ διὰ τὸ μέτρον ἀναγκασθεὶς ἐπὶ παρῳχημένου ἅπαξ εἶπε λέγων· μή τί με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν· νοουμένου ἔξωθεν τοῦ ἄν*, id sic intelligit Stanleius, poëtam necessitate metri ductum *ἄν* omisisse; in quo errasse putat Thomam, cum metri ratio constiterit si *ὅ γ' ἄν* pro *ὅπερ* legas. At illa metri necessitas, de qua loquitur Thomas Mag. non ad particulæ *ἄν* omissionem, sed ad verbum *παθεῖν* pertinere videtur; Grammaticus nempe opinatur Æschylum scripsisse *παθεῖν* pro *πάσχειν* metri causa, quia si *πάσχειν* scripsisset, in ultima senarii regione spondeum admisisset; quod ut effugeret, eum *παθεῖν* scribere maluisse. 631. *σοι* excidit Ald. Pro *τοῦδέ σοι* Viteb. *τοῦδε τοῦ*, quod et Schol. in codice suo legit. 631, 632. in Oxoniensi plane absunt. Sane, si abessent, ad sensum nihil desideraretur. Et fortasse alio modo interpolationem, quæ hic alicubi latere videtur, tollere liceat. Quid si sic Æschylum scripsisse dicamus?

Πρ. *τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.*
Ἰώ. *μή τοι μέγαιρε τοῦδέ μοι δωρήματος.*
Πρ. *φθόνος μὲν οὐδείς· σὰς δ' ὀκνῶ θράξαι φρένας.*

Ita saltem brevius et elegantius alternaret dialogus, cujus, ut nunc est, *μακρολογία* non placet. 633. *δ' ὀκνῶ*] *δοκῶ* Ald. 634. *ἢ ὡς*] *ὡς* Ald. Rob. Turn. *προκήδου, μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκὺ* Victor. *ἢ ὡς* Turnebo in cod. repertum probarunt Heath. et Brunck. Morellus existimat *ἢ* subintelligi posse. Scholiastes omisso *ἢ* sic interpretatur: *Ne de me amplius sis sollicitus, mihi enim dulce est*, scil. *ista audire.*

χρέων· ubi Schol. sub nomine *τοῦ ἄλλου* citat hunc Æschyleum." *Morell.*

633. *φθόνος—φρένας.* *Non equidem invideo, sed animum tuum perturbare vereor.* *ὀκνῶ* cunctationem et cunctandi causam exprimit.

635. *ἄκουε δὲ*, *so höre dann.*

636. *μήπω γε*, *ut nondum quidem.* *μοῖραν δ' ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε*, *sed mihi quoque partem voluptatis tribue.* Quod h. l. Chorus Promethei narrationem interpellat, et Iûs de causis morbi sui relationem exposcit, non solum ab ejus curiositate alienum non est, sed etiam ad variandum dialogi cursum utile, ne forte eadem persona diutius sermocinante auditoris attentio languesceret.

Ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός.
Ὡς κἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
Ἐνταυθ', ὅπη μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ
Πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.
Ἰώ. Οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρή·
Σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν, ὅπερ προσχρῄζετε,
Πεύσεσθε. καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι

642. ὡς κἀποκλαῦσαι] Recepimus lectionem cod. Viteb. quæ et metro et sensui consulit. Eam ut opinor, Stanleius quoque divinavit; nam quod in ejus notis dicitur legendum esse ὡς κἀποδύρεσθαι metri gratia, id sine dubio vel scriptoris vel typographi aberrationi debetur; cum id nihil ad rem faciat. Aut igitur scripsit, aut scribere voluit: legendum ὡς κἀποκλαῦσαι. Verte: *quin etiam deflere et lamentari* etc. ὡς ἀποκλαῦσαι Ald. Rob. Vict. Cant. Stanl. ὡσ' ἀποκλαῦσαι in codice reperit Steph. Idem recepit Brunck e codd. Regg. raptim elatum esse ὥστε ἀποκλαῦσαι, aut crasi coaluisse ε et α existimans; atque sic etiam Morello visum in notis de metro et syllabar. quantitate. ὡς τ' ἀποκλαῦσαι Turn. Morell. ὡς ἀποκλαιῆσαι vel ἀποκλαῆσαι conj Pauw. ὡς ἀπό τι κλαῦσαι (per tmesin) Markland. κἀποδύρασθαι] κἀποδύρεσθαι Ald. 643. ὅπη] ὅπου Viteb. οἴσεσθαι] ὕσεσθαι citat Turn. e cod. MS. 644. ἔχει] ἔχειν Ald. 645. ἀπιστῆσαι] ἀποστῆσαι Viteb. 647. πεύσεσθε] πεύσεισθε Rob. αἰσχύνομαι] Sic. Ar. Schol. non improbante Steph. Vulgo editum ὀδύρομαι, quod et in Mosq. 1. legitur, ubi tamen notatur γρ. αἰσχύνομαι. Genuinam existimo lectionem αἰσχύνομαι, neque Pauwio assentior, qui in sequentibus nihil inesse putat, quod pudorem incutere virgini potuerit. Cur enim eam non puderet faciei, deturpatæ, quamvis id ei præter culpam accidisset? præsertim quum virgini simul turpis ejus causa enarranda esset. cf. v. 655.

641. ἄλλως τε—πατρός. *Præsertim cum utique patris tui sorores sint.* Inachus Iûs pater, sicut omnino flumina reliqua, (cf. Hesiod. Theog. v. 336. sqq.) Oceani et Tethyos filius erat.

642—644. ὡς κἀποκλαῦσαι—ἀξίαν τριβὴν ἔχει, *denn auch sein Schicksal zu beweinen und zu beklagen, da wo man den Zuhörern eine Thräne abzugewinnen hoffen darf, ist wol der Mühe werth.* Si ὥστ' ἀποκλαῦσαι legeris, sensus erit: *adeo ut deflere et lamentari infortunia sua, ubi quis lacrymas ex auditorum oculis eliciturus sit, operæ pretium est.* At enim h. l. particula requiritur, quæ causam potius, quam consequentiam notet; quod si cum Stanl. ὡς κἀποκλαῦσαι reponas, ita contingit, ut metro simul satisfiat. Tum vero ὡς καὶ nihil aliud est quam *quin etiam; enim vero quoque.*—Iterum in his verbis humanum animum prodit Prometheus.

646, 647. σαφεῖ—πεύσεσθε. Eadem sententia variata tamen elocutione occurrit, v. 614. sq.

647—649. καίτοι καὶ—περιέπτατο. Constructio est nominativi, qui a posteriore verbo pendet, in accusativum ab antecedente rectum commutati, q. d. καί τοι καὶ αἰσχύνομαι λέγουσ' ὅθεν μοι σχετλίᾳ ὁ θεόσσυτος χειμὼν καὶ διαφθορὰ μορφῆς περιέπτατο: *tametsi me*

Θεόσσυτον χειμῶνα, καὶ διαφθορὰν
Μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.
Ἀεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι πολεύμεναι
Ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς, παρηγόρουν
Λείοισι μύθοις· ὦ μέγ' εὐδαίμων κόρη,
Τί παρθενεύῃ δαρὸν, ἐξόν σοι γάμου
Τυχεῖν μεγίστου; Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
Πρὸς σοῦ τέθαλπται, καὶ ξυναίρεσθαι Κύπριν

650. ἔννυχοι] ἄνυχοι Ald. 652. εὐδαίμων] Sic. cod. Reg. B. Ald. Turn. etc. εὐδαῖμον Rob. 655. τέθαλπται] τέθωπται MS. Viteb. gennina tamen lectione intra lineas explicata per κατάκαίεται. Zeunius conjicit ortum esse τέθωπται e scholio πέπρωται, quo quis illud τέθαλπται interpretatus sit.

pudet enarrare (turpem causam), *unde mihi miseræ hæc divinitus immissa tempestas et formæ corruptio acciderit*; pudebat nempe castam virginem, stupri sibi a Jove intentati mentionem facere. *θεόσσυτος χειμὼν* i. e. q. *θεόσσυτος νόσος* v. 602. et *furor* bene cum *tempestate* comparatur, præsertim qui eam in tot vagos errores conjecisset. cf. v. 844. *διαφθορὰν μορφῆς* ad cornua pertinet, quibus dedecorata Io comparebat; nisi forte persona, quæ faciem tegebat, pluribus etiam partibus bovinam faciem repræsentaverit.

προσέπτατο. "Supra v. 115. *ὀδμά με προσέπτα.* v. 557. *μέλος προσέπτα.* Soph. Ajac. v. 283. *ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο.* Eurip. Alc. v. 421. *ἄφνω κακὸν προσέπτατο.* Herodoto placuit *ἐσέπτατο*, lib. ix. c. 99. *φήμη ἐοῦσί σφι ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν*, et cap. 100. *ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο.*" *Abresch.*

650. *ὄψεις ἔννυχοι, visa nocturna, Traumgestalten.* *πολεύμεναι* ionice ut supra *εἰσοιχνεῦσιν* v. 122.

651. *παρθενῶνας.* "*παρθενὼν* locus est, in editiore ædium parte, ubi seorsim a viris degebant virgines. Moschus de Europa:

—ὑπωροφίοισιν ἐνὶ κνώσσουσα δόμοισι.

Idem *θάλαμος*, unde *παρθένος ἐκ θαλάμου ἡ μήπω γεγαμημένη.*" *Stanleius.*

652. *λείοισι μύθοις, blandis verbis.*

654, 655. *Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει πρὸς σοῦ τέθαλπται.* Omnes affectus animi, qui ab externa quadam causa proficiscuntur, eleganter a poëtis Græcis cum vulnere comparantur a *κέντρῳ* vel *βέλει* inflicto. Ac si ejusmodi est animi perturbatio, qua sanguis vehementer incitatur et incalescit, hominem illo telo *θάλπεσθαι*, si vero ex eo genere est, quo sanguinis motus reprimitur et cohibetur, adeo ut frigoris sensu corpus tangatur, contrario modo hominem illo telo *frigefieri* dicunt. H. l. quia de amoris telo sermo est, bene ei convenit *θάλπεσθαι.* *Ἵμερος, dulce amoris desiderium*, quo primum tepent, mox incalescunt amantes. Quod hic ornatiori metaphora exprimit Æschylus, id simplicius effert Pindarus, Neptunum *δαμέντα φρένας ἱμέρῳ* appellans, Olymp. α'. 65. Plura vide in lexico Æschyleo v. *βέλος* et *κέντρον.*

ξυναίρεσθαι Κύπριν, i. q. *συνουσιάζειν.* Ineptam Scholiastæ sententiam mirari

Θέλει· σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος
Τὸ Ζηνὸς, ἀλλ' ἔξελθε πρὸς Λέρνης βαθὺν
Λειμῶνα, ποίμνας βουστάσεις τε πρὸς πατρὸς,
Ὡς ἂν τὸ δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου.
Τοιοῖσδε πάσας εὐφρόνας ὀνείρασι
Ξυνειχόμην δύστηνος, ἔς τε δὴ πατρὶ
Ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφοιτ' ὀνείρατα.
Ὁ δ' ἔς τε Πυθὼ, κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς

656. 'πολακτίσῃς] 'πιλακτίσῃς Viteb. 658. τε] τε καὶ Viteb. Recte Zeunius illud καὶ ex interpretatione τοῦ τε ortum esse arbitratur. 661. ἔς τε] Brunckius notat se semper istam vocem aspero spiritu notatam reperisse, tanquam si esset ex ἕως contracta. 662. νυκτίφοιτ'] νυκτίφαντ' Rob. 663. κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς]

satis nequeo Abreschium probasse, qui Κύπριν de persona Veneris cepit, q. d. *cupit una Venerem adjuvare se, ut potiatur amore.*

656. μὴ 'πολακτίσῃς λέχος. Suidas: ἀπελάκτισεν ὁ ἠγανάκτησεν, ἀντὶ τοῦ ἀπεσκίρτησεν. Metaphora ab equo calcibus, quæ sibi nocitura videntur, repellente petita, graviter et ornate repulsam pertinacem et ignominiosam designat.

657. πρὸς Λέρνης βαθὺν λειμῶνα. Stanleius attulit locum e Pind. Schol. 64. a. ἡ γὰρ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. Utrumque vero facile conciliari potest. Nimirum in vicinia fontis Lernæi convallis erat, in qua prata erant pascendis pecoribus idonea; his pratis vero colles imminebant. βαθὺς λειμὼν igitur est *pratum in valle depressiore.*

659. ὄμμα λωφήσῃ πόθου. *Ut Jovis oculus desiderium deponat,* h. e. ut ei satisfiat. *Oculi enim sunt in amore duces.* Inde Hesychio: ὀμματίας πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾷν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾷν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν.) Amoris etiam sedes. *Crescit enim assidue spectando cura puellæ.* Propert. iii. 21. *Stanl.* Comparavit etiam Giacomellus Sophocl. Trach. 557. Eurip. Hipp. 527. et Æschyl. Supp. 1010. Orationem, quæ hic speciei per quietem nocturnam oblatæ tribuitur, Ovidius ipsi Jovi assignavit, Metamorph. i. fab. x. v. 21. sqq.

Viderat a patrio redeuntem Jupiter Iô
Flumine, et, O virgo Jove digna tuoque beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras
Altorum nemorum, (et nemorum monstraverat umbras)
Dum calet, et medio sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum,
Præside tuta deo nemorum secreta subibis;
Nec de plebe deo, sed qui cœlestia magna
Sceptra manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me.

661. ξυνειχόμην, *occupabar, premebar, angebar.*

662. νυκτίφοιτ' ὀνείρατα. "Sic insomnia Lycophron νυκτίφοιτα δείματα vocat." *Stanl.* (v. 225.)

Θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
Δρῶντ' ἢ λέγοντα, δαίμοσι πράσσειν φίλα.
Ἧκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους
Χρησμοὺς, ἀσήμως δυσκρίτως τ' εἰρημένους.
Τέλος δ' ἐναργὴς ἦλθε βάξις Ἰνάχῳ
Σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη,
Ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ,
Ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·
Κεἰ μὴ θέλοι, πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
Κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαϊστώσει γένος.
Τοιοῖσδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν,
Ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων
Ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.
Εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι

κἀπὶ Δωδώνης συχνοὺς Ar. κἀπὶ Δωδώνης π. habent Codd. Regg. Ald. Rob. κἀπὶ Δωδώνην Turn. 664. ἴαλλεν] ἴαλεν Rob. μάθοι] μάθῃ Codd. Regg. Viteb. Mosq. 2. 665. πράσσειν] Ita Brunck e codd. Regg. πράττειν reliqui. 667. δυσκρίτως] δυσκρίτους Rob. ἀσήμους, δυσκρίτως δ' citat Steph. ἀσήμους δυσκρίτως sine τ' Viteb. 668. ἦλθε βάξις] Concinniorem hanc verborum juncturam præbuit Mosq. 1. Vulg. βάξις ἦλθεν. 672. θέλοι] θέλῃ Ald.

664. sq. ὡς μάθοι—φίλα. *Ut cognosceret quibus dictis factisve diis gratificaretur.*

666. αἰολοστόμοι χρησμοὶ, *vario s. ambiguo ore prolata oracula*, i. e. ambigua et perplexa. Stanl. comparavit illud Lycophronis, v. 3, 4.

οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη
Ἔλυσε χρησμῶν, ὡς πρὶν, αἰόλον στόμα.

667. ἀσήμως δυσκρίτως τ' εἰρημένους. Idem aliis verbis exprimit, quod jam vocabulo αἰολοστόμους significabatur. Quæ quidem synonymorum coacervatio et rem ipsam, scil. ambiguitatem oraculorum, auget, atque exaggerat. Sed etiam commotum Iûs animum ostendit.

668. ἐναργὴς βάξις, *oraculum evidens, apertum*, non ut priora, ambiguum.

669. ἐπισκήπτειν, *inculcare.*

671. ἄφετον ἀλᾶσθαι, *erroribus relictam. s. traditam.*

676. ἀλλ' ἐπηνάγκαζε. Ἀλλὰ refertur ad ἄκων, q. d. *invitus quidem, sed quid faceret? etenim cogebat eum Jupiter.*

677. Διὸς χαλινός. "Sic ἀνάγκης λέπαδνον Agam. v. 226." *Stanl.*

678, 679. εὐθὺς—ἦσαν. *Statim igitur et forma et mens pervertebantur.* Comparat Abreschius Sophocleum Ajac. 449. ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι.

Ἧσαν, κεράστις δ', ὡς ὁρᾶτ', ὀξυστόμῳ
Μύωπι χρισθεῖσ', ἐμμανεῖ σκιρτήματι
Ἧσσον πρὸς εὔποτόν τε Κεγχρείας ῥέος,
Λέρνης ἄκραν τε· βουκόλος δὲ γηγενὴς
Ἄκρατος ὀργὴν Ἄργος ὡμάρτει, πυκνοῖς

679. κεράστις] κεράστη Rob. κεράστης Vit. in quo et omittitur ὡς. ὀξυστόμῳ] ὀξυστόμῳ Rob. 681. εὔποτον] εὔποντον Rob. Κεγχρείας] Sic Ar. Ox. codd. Regg. Ceteri Κεγχνείας. ῥέος] ῥέων vitiose Ald. ἴδος conj. Pauw. inepte. 682. ἄκραν τε] Sic cod. Reg. A. ἄκρον τε Ald. Rob. ἄκρην τε cod. Reg. B. Turn. Victor. ἀδρήν τε conj. Pauw. In re admodum incerta, Brunckius inquit, satius duxi codicum retinere lectionem. Facile cuivis in mentem venire potuit Λέρνης τε κρήνην. Sed potuit etiam hic fluvius, seu rivus perennis aquæ e vicino et cognomine monte delabi. Nescio an Geographus aut Historicus aliquis montis meminerit. Sed sic se rem habere neganti non credam, nisi qui locorum naturam et situm ipse inspexerit. Λέρνης βαθὺς λειμὼν convallem designare videtur, cui mons imminere debuit. Hactenus ille. Plura vid. in Comm. ad h. l.

679, 680. ὀξυστόμῳ μύωπι χρισθεῖσα non interpretor; *asilo acutam proboscidem habente compuncta*, sed potius; *stimulo* furoris *acuto læsa*. In quo illud magnopere non urgemus, asilum non proboscide, sed aculeo in cauda latente figere; fieri enim potuisset, ut Æschylus hic a naturæ veritate aberraret; sed potius hoc argumento nitimur, quod omnino fictio de vero œstro s. asilo Iûs vestigia persequente ab hac tragœdia ejusque οἰκονομίᾳ abhorrere videtur. Cf. quæ diximus ad v. 569. sqq. Et sicut κεράστις ad μορφῆς διαστροφὴν versu antecedente memoratam spectat, sic ὀξύστομος μύωψ ad φρενῶν διαστροφὴν referendum est. Æquo vero nota est vocabuli μύωψ significatio, cum pro stimulo aut κέντρῳ, quo armenta ad cursum instigantur ponitur, atque ea, qua *asilum* notat. Cf. in lexic. Æschyleo v. ὀξύστομος et μύωψ.

680. ἐμμανεῖ σκιρτήματι, *furibundis saltibus*. Singularis hic numerus pluralis loco adhibitus perpetuitatem cursus absque intermissione signat; ut nostri dicunt; *er lief in e i n e m Sprunge dahin*. Cf. v. 604, 605.

682. Λέρνης ἄκραν, *die Anhöhe von Lerna*, cum Brunckio ad colles et saltus prato Lernæo imminentes trahimus. Montium circa Lernam meminit Pausanias, lib. ii. c. 36. p. 198. ed. Kuhn. Κεγχρείας εὔποτον ῥέος cum Heathio vel de ignobili quodam rivo Cenchream vicum præterlabente, cognomine fortasse, vel, quod magis placet de Erasino fluvio intelligendum puto. εὔποτον ῥέος est, cujus aquæ suaviter bibuntur. Simile est καλλίρροον. Idem occurrit infra v. 818.

683. ἄκρατος ὀργὴν dicitur Argus, quia nimis morosus erat observator. Etenim, ut ait Ovidius,

Constiterat quocunque modo, spectabat ad Iô,
Ante oculos Iô, quamvis aversus, habebat.

Luculentius vero asperitatem Argi describit Valerius Flaccus, Argon. lib. iv. v. 351. sqq.

Videre priores
Sæpe Jovem in terras Argivaque regna Pelasgûm
Virginis Iasiæ blandos descendere ad ignes.

Ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.
Ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος

684. τοὺς ἐμοὺς] τὰς ἐμὰς vitiose Viteb.

Sentit Juno dolos, curaque accensa jugali
Æthere desiluit; dominam Lyrceïa tellus
Antraque deprensæ tremuerunt conscia culpæ.
Cum trepida Inachiæ pellex subit ora juvencæ
Sponte dei; plausu fovet hanc et pectora mulcet
Juno, renidenti cohibens suspiria vultu.
Mox ita adorta Jovem: Da quam modo ditibus Argis
Campus alit, primæ referentem cornua Phœbes
Indomitamque bovem, da caræ munera nuptæ.
Ipsa ego dilectæ pecudi jam pascua digna
Præcipuosque legam fontes. qua fraude negaret,
Aut quos inventos timuisset Juppiter astus?
Muneris illa potens custodem protinus Argum
Adjungit: custos Argus placet; inscia somni
Lumina non aliter toto cui vertice, quam si
Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro.
Argus et in scopulos, et monstris horrida lustra
Ignotas jubet ire vias; heu multa morantem
Conantemque preces inclusaque pectore verba.
Ultima tum patriæ cedens dedit oscula ripæ.
Flevit Amymone, flerunt Messeides undæ,
Flevit et effusis revocans Hyperia lacertis.
Illa, ubi vel fessi tremerent erroribus artus,
Vel rueret summo jam frigidus æthere vesper,
Heu quoties saxo posuit latus, aut ubi longa
Ægra sibi, quos ore lacus, quæ pabula carpsit!
Verbere candentes quoties exhorruit armos!
Quin et ab excelso meditantem vertice saltus,
Audentemque mori, valles citus egit in imas
Argus, et arbitrio durus servavit herili.
Cum subito Arcadio sonuit cava fistula ritu
Imperiumque patris celerans Cyllenius ales
Advenit, et leni modulatur carmen avena.
Quoque ait, hinc diversus abis? heu respice cantus.
Haud procul insectans Argum languentia somno
Lumina cuncta notat, dulcesque sequentia somnos
Et celerem mediis in cantibus exigit harpen.
Jamque refecta Jovi, paullatim in imagine prisca
Ibat agris Io victrix Junonis, et ecce
Cum facibus spirisque et tartareo ululatu
Tisiphonen videt, ac primo vestigia visu
Figit, et in miseræ rursus bovis ora recurrit,
Nec qua valle memor, nec quo se vertice sistat.

685, 686. ἀπροσδόκητος—ἀπεστέρησεν, *præter opinionem vero subita mors cum vita privavit;* quo pacto id acciderit,

Τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν. οἰστρόπληξ δ' ἐγὼ
Μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.
Κλύεις τὰ πραχθέντ', εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ τι
Λοιπὸν πόνων, σήμαινε· μηδέ μ' οἰκτίσας
Ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν· νόσημα γὰρ
Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

Χο. Ἔα, ἔα. ἄπεχε, φεῦ.
Οὔποτ' οὔποτ' ηὐχόμην

687. γῆν πρὸ γῆς] γῆς πρὸς γῆν cod. Viteb. Ald. γῆν ἐκ γῆς Rob. γῆς ποτὶ γῆν conj. Pauw. Vulgata est in Turn. Victor. etc. et confirmatur Ciceronis auctoritate, qui cum epist. ad Attic. xiv. 10. scribit: *ego γῆν πρὸ γῆς cogito*, haud dubie ad hunc Æschyli locum allusit, quod jam Manutius observavit. 688. ὅ τι] ὅτι Viteb. Rob. 689. σήμαινε]'σήμηνε cod. Viteb. quod vulgatæ Zeunius præfert. In Mosq. 1. vulgatæ σήμηνον superscriptum. 690. ψευδέσιν] ψεύδεσι Ald. Rob. 692. ἔπεχε] ἄπεχε Codd. Regg. Ald. Rob. 693. οὔποτ' οὔποτ' ηὐχόμην] οὐ πώποτ' οὐ πώποτ' ηὐχόμην Ox. οὐπώποτ' ηὖχουν Ald. Turn. Stephanus observat τῷ εὔχεσθαι Græcos frequentius in heroico versu, τῷ αὐχεῖν in tragico uti. Unde apud Nostrum composita καταυχεῖν et ἐξαυχεῖν. cf. Comm. ad h. l.

in ambiguo relinquit Æschylus, fabulamque, quæ eum a Mercurio occisum esse perhibet, scire se dissimulat.

686, 687. οἰστρόπληξ—ἐλαύνομαι, *ego vero furore percitus divino flagro de terra in terram agitor.* Iterum allegoriæ tenor præclare servatus. μάστιξ θεία de divinitus immisso furore, ut antea θεόσσυτος νόσος κέντροισι φοιταλέοισι μαργῶσα v. 603.

γῆν πρὸ γῆς. Pauwianam conjecturam γῆς ποτὶ γῆν (in Guelf. est γῆς πρὸς γῆν) reponentis merito abjecit Heathius. Confirmandæ phrasi inservit Lucianeum, (Pseud. c. 46.) ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, quod Giacomellus, et Aristophaneum, (Av. 234.) καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς, quod Morellus citavit. Adde Aristidis, tom. ii. p. 320. ab Abreschio laudatum γῆν πρὸ γῆν φεύγειν.

690. μῦθοι ψευδεῖς hic dicuntur animum ξυνθάλπειν, quia spem falsam injiciunt, spes autem sanguinem grato calore fovet. Latini alia metaphora idem reddunt *falsa spe animum lactare;* iidem tamen etiam *calere spe animos*, et *exardescere ad spem* dixerunt. νόσημα αἴσχιστον, *pessimum vitium.* Eodem modo proditio νόσος appellatur v. 1077.

691. σύνθετοι λόγοι, *sermones falsi et commentitii.*

692. ἔπεχε, *halt ein!* Recte etiam Abreschius hoc verbum alteri lectioni ἄπεχε prætulit, comparatis præter v. 703. Eurip. Phœniss. v. 455. Electr. 967. et Eustath. ad Iliad. ξ'. p. 973. 33.

693. οὔποτ' οὔποτ' ηὐχόμην, *non sane umquam speravi.* Pro altera lectione οὐ πώποτ' ηὖχουν affert Abreschius Agam. v. 515. οὐ γάρ ποτ' ηὖχουν. Utriusque lectionis sensus idem est ac ejus, quæ supra v. 268. occurrebat, locutionis οὐκ ᾤμην.

Ξένους μολεῖσθαι λόγους
Ἐς ἀκοὰν ἐμὰν,
Οὐδ' ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα
Πήματα, λύματα, δείματα
Ἀμφήκει κέντρῳ
Ψύχειν ψυχὰν ἐμάν·
Ἰὼ ἰὼ, μοῖρα, μοῖρα,
Πέφρικ', εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.

Πρ. Πρό γε στενάζεις, καὶ φόβου πλέα τις εἶ.
Ἐπίσχες, ἕς τ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς.

Χο. Λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ,

694. ξένους] ξύνους citat Turn. 696. Excidit καὶ Viteb. 697. δείματα] δείματ' Ald. Rob. Turn. Victor. 699. ψύχειν ψυχὰν] Optimam lectionem sine causa spernit Pauwius, inepte reponendum hariolatus κτυπῶν, vel quod ineptius etiam ψίχων ψύχαν. Rideamus *animam in tenuia frustula comminutam*. Atqui Pauwió commentum placet. 700. μοῖρα μοῖρα] Semel tantum Rob. 702. πρό γε] πρῴ γε conj. Brunck, quæ forma est Attica. πλέα τις εἶ] τις εἶ πλέα Rob. 704. νοσοῦσί τοι] Sic codd. Regg. Mosqq. Ald. Rob. νοσοῦσι τι Turn. νοσοῦσί τι Victor. Stanl. τοῖς νοσοῦσι γὰρ cod. Viteb. idque probat Zeunius. Non probasset

694. ξένοι λόγοι sunt sermones, qui in extremam admirationem homines conjiciunt. *Ganz ausserordentliche, sonderbare Geschichten.*

696—699. οὐδ' ὧδε—ψυχὰν ἐμάν. *Neque tam tristia visu et toleratu difficilia damna, detrimenta, terriculamenta cor meum ancipiti stimulo* vulneratura et *frigido horrore perstrictura esse.* κέντρον quin bene timori rebusque metum excitantibus tribuatur, nemo, ut opinor, dubitabit. Id κέντρον apposite dicitur ἀμφηκες, quia hic de atrocibus malis sermo est, quibus haud leviter, sed atrociter sauciatur animus, quemadmodum vulnera, quæ ab ancipiti gladio imprimuntur, periculosiora sunt. Hoc vero κέντρον dicitur ψυχὰν ψύχειν, quia stimulus timoris est, timor autem sanguis ut frigescat facit. Est igitur ψύχειν ψυχὰν i. q. Plautus dicit *cor perfrigefacere,* (Pseudol. iv. 7. 117.) ubi postquam Ballio *edepol* inquit, *næ istuc magis magisque metuo, cum verba audio,* respondet Simo; *mihi quoque edepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit.* Quapropter, etsi doctiss. *le Grand* emendandum censet ψήχειν, quod esset *pungere animum,* (id quod sane Pauwiano ψίχειν multo aptius foret,) non tamen hic opus esse videtur lectionem vulgatam sollicitare; præsertim cum mox sequatur πέφρικα, *cohorrui.*

701. πρᾶξις Ἰοῦς est *fortuna Iûs.* Comparari jubet Morell. Eurip. Alcest. v. 813. Sophocl. Ajac. fin.

702. προστενάζειν est *ante tempus ingemiscere.* Cf. Agam. v. 261.

703. ἐπίσχες, *mane, halt noch ein wenig ein.*

προσμάθῃς] προσμάθοις Guelferb.

704. Si Chorus reliquorum Iûs infortuniorum enarrationem non alio

Τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.
Πρ. Τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα
Κούφως· μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ' ἐχρῄζετε
Τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἆθλον ἐξηγουμένης.
Τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσαθ', οἷα χρὴ πάθη
Τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα.
Σὺ δ' Ἰνάχειον σπέρμα τοὺς ἐμοὺς λόγους
Θυμῷ βάλ', ὡς ἂν τέρματ' ἐκμάθῃς ὁδοῦ.
Πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
Στρέψασα σαυτὴν, στεῖχ' ἀνηρότους γύας·
Σκύθας δ' ἀφίξῃ νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας
Πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις,
Ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι·

autem V. D. si animadvertisset antiquam lectionem esse τοι, cujus illud γὰρ glossema est. In eod. cod. male legitur λίγε δίδασκε por λέγ' ἐκδίδασκε. 706. ἠνύσασθ'] ἠνύσατ' Rob. χρείαν] χρείαν τ' MS. Viteb. inepte. 708. ἀμφ' ἑαυτῆς] ἀφ' ἑαυτῆς Mosqq. Viteb. male. 709. ἀκούσαθ'] ἀκούσασθ' Rob. ἀκούσεθ' Viteb. 711. σὺ δ'] σύ τ' cod. Viteb. et Regg. σὺ δ' autem præstat. 712. τέρματ'] τέρμ' hiante metro Viteb. 714. στρέψασα] τρέψασα Viteb. haud male.

consilio quam audiendi cupiditate flagitasset, curiosior utique quam humanior videri debuisset. Itaque tempestive his verbis in memoriam ei revocat ipsam Iûs petitionem v. 688. sqq. prolatam, cumque gratum esse ægrotis, ecquid supersit dolorum, audire, pronuntiat, simul se non sua magis quam Iûs causa narrationem hanc exposcere declarat.

706. τὴν—κούφως. *Priori desiderio vestro quantum in me erat, facile satisfactum est.* ἐμοῦ πάρα significat exiguam in eo sui laboris partem fuisse, quia non ipse narrarit, sed ad narrationem Io tantum permoverit.

708. ἀμφ' ἑαυτῆς. Ego quoque cum Abreschio propter reliquos genitivos mallem Æschylus scripsisset ἀμφ' ἑαυτὴν, ut Suppl. v. 254. εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον· an autem re vera ita scripserit, incertum est.

712. sqq. Geographicam Iûs errorum rationem singulari Excursu persequemur; et nunc quidem in verborum tantum interpretatione elaborabimus.

714. ἀνήροτοι γύαι, *incultæ terræ.*

715. sq. Σκύθας—ὄχοις. *Pervenies ad Scythas Nomadas, quæ casas vitiles mobilibus curribus impositas inhabitant.* εὔκυκλοι ὄχοι non sunt *rotundi*, ut Stanl. vertit, sed *rotis facile mobiles.*

717. ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι. “Utitur hoc loco Thomas Mag. probaturus verbum non modo regere secundum, sed et tertium casum. Deinde ea subnectit exempla quarti casus, quæ

Οἷς μὴ πελάζειν· ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας
Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπέρα χθόνα.
Λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες
Οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή.

718. πόδας] γύποδας Ald. Rob. Victor. γε πόδας Schol. γυμνόποδας Ar. Vitiosa lectio sic orta esse videtur. Inseruit aliquis e glossa γε; deinde alii ex γε πόδας scribendi errore fecerunt γύποδας, quod quamquam ineptum et absurdum est, tamen olim fuerunt, ut ex Scholiis intelligimus, qui ex hac lectione Γύποδας nationem quandam fingerent; alii qui in γύποδας syncopen quærerent et pro γυμνόποδας dictum esse somniarent.

facile prodant, minus ei exploratam fuisse vocis indolem, de qua sic habeto: ab ἄρω, *apto, coagmento, apparo, instruo,* fœcunda, si quæ alia, derivatorum radice, proxime succreverunt ἀρτάω, ἀρτέω, ἀρτίζω, et ἀρτύω. Horum tria postrema generalem illam sequuntur apparandi notionem. Τῷ ἀρτύω vero insuper adhæsit in specie, ut de apparatu usurpetur circa cibos, qui ut sint durando, et reponi possint, adaptantur, quomodo de aliis rebus ἄρω adhibuit Hesiod. in Ἔργ. v. 610. ubi vid. Græv. Hinc notat *condo* et *condio*. At τῷ ἀρτάω nihil obtigit, præter illud apparandi aptandique genus, quod absolvitur appendendo quidpiam corporibus, unde perpetuo ferme notat *pendo, appendo,* tam proprie quam tropice. Quia autem varium in usum varia solent appendi, hinc de armis si sermo sit, valet *armare;* si ad ornatum pertineat, *ornare*. Hesych. ἐξηρτημένοι, κεκοσμημένοι. Hæc verbi indoles, quam sequendo sponte se sistit structuræ ratio, quæ dictat perinde esse sive dicas, ἐξαρτῶ ἐμαυτῷ τόξα, sive ἐμὲ τόξοις, et in voce passiva s. media (nam eodem plane res recidit,) ἐγὼ ἐξαρτῶμαι τόξα, et τόξοις. Hoc tam est perspicuum Græce scienti, ut exemplis demonstrari non egeat. At regiminis cum altero casu alia est et diversa ratio, ex quo si locutus fuisset Æschylus, ἐξηρτημένοι τόξων foret, *sagittariæ dediti, sagittandi studiosi*. Quo pertinent verba Synesii, quæ ex Epist. xx. affert Thomas, διαφερόντως δὲ τοὺς ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο—τῇ σπουδῇ—, i. e. ἐξ ἑαυτοῦ ἤρτητο τοὺς—, et ponitur active, nec quicquam simile habet locus alter ex epist. iii. χρυσία καὶ λίθους ἐξήρτητό τε καὶ περιέκειτο. Ubi eodem modo, quo Noster scribere poterat χρυσίοις καὶ λίθοις. Id quod discernere nequivit Magister. Sed scilicet non sapit homo supra triviales grammaticorum canonas, et ubi judicio decidenda res venit, sæpissime fallitque et fallitur. Ceterum nec illud ex iis quæ disputavimus obscurum est, etsi quidem æque recte ἐξηρτισμένοι et ἐξηρτυμένοι in loco præsenti obtinere posset, hoc tantum discrimime, quod ἐξηρτημένοι ex verbi usu propius et convenientius rei, de qua est sermo, sic vicissim ἐξηρτημέναι ob usum restrictum non conveniat loco Herodoti lib. i. c. 43. ἐξηρτυμένοι λογάσι τε καὶ κυσὶ et quod alibi habet σίτῳ ἐξηρτυμένοι. Nisi sint, qui ostendere valeant, ampliores esse τοῦ ἐξαρτᾶν fines, quam nos novimus." *Abresch.*

718. οἷς μὴ πελάζειν, *quibus appropinquare noli*. Infinitivus imperativi loco positus.

ἁλίστονοι ῥαχίαι, *littorum maritimorum tractus.*

720. σιδηροτέκτονες, *fabri ferrarii.*

Ἀνήμεροι γὰρ, οὐδὲ πρόσπλαστοι ξένοις.
Ἥξεις δ' Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
Ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν

723. Ὑβριστὴν] Ita codd. et Edd. omnes, præter Rob. in quo est Ἀράξιν, quod glossema esse vel ex Scholiastæ adnotatione intelligi potest. Ὑβριστὴν vero h. l. non appellativum, sed nomen fluvii proprium esse demonstravimus in Commentar. ad h. l. οὐ ψευδώνυμον] In cod. Mosq. notatur: γρ. οὐκ εὐώνυμον. 725. πρὸς αὐτὸν] Inepta est Pauwii emendatio: πρὸς αὖ τὸν Κ. μ. *priusquam iterum ad Caucasum veneris.* Quomodo intelligendum sit πρὸς αὐτὸν, diximus in Commentar. ad h. l. πρὸς αὐτὸν τὸν Κ. Viteb. ex syllaba præcedente male repetita.

722. ἀνήμεροι—ξένοις. *Sunt enim feri atque inhospitales.*

723. ἥξεις δ' Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον. Scholiastæ vocabulum ὑβριστὴν appellativum esse putarunt, et Araxin eo nomine designari. Eos in versione Stanleius secutus est, qui sic reddidit h. v. *Pervenies ad fluvium insolentem haud falso nomine.* In quo miror eos non animadvertisse ridiculam hæc esse viæ monstrationem, si quis erranti locum quendam, sive urbs aut oppidum, sive mons fluviusve sit, vel adeundum vel devitandum esse dicat, nec tamen ejus loci nomen proprium eloquatur, sed potius cum periphrasi ambigua nec satis insignitas ejus notas habente involvat. Nonne si ea mens Prometheo fuisset, Io statim eum verbis corripere, et quærere debuisset, quis tandem sit ille fluvius insolens, aut quo nomine appelletur! Accedit quod Æschylus, ubicunque ad origines nominum quorundam alludit, nunquam non id ipsum, quod alicui rei seu personæ sive vero sive falso omine inditum esse pronuntiat, nomen proprium simul diserte proferat. Sic Theb. v. 9. ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος ἐπώνυμος γένοιτο. ibid. v. 538. Parthenopæus dicitur habuisse φρόνημα οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, quod sane obscurius dictum fuisset, nisi ipsum quoque Parthenopæi nomen expressisset. Id vero paulo post redditur v. 549. Porro v. 673. alluditur ad Δίκης deæ nomen ejusque significationem; id ipsum vero non ante solum pronuntiatum erat, sed etiam illo versu denuo repetitur: ἢ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη etc. Sed plura exempla coacervare nihil attinet. Nomen igitur huic flumini *Hybristes* fuerit necesse est, quamquam hodie, quemnam fluvium eo nomine designaverit poëta, conjectura vix exputari potest, nedum certo definiri.

724. οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν. In hac phrasi περᾶν adjicitur eodem genere pleonasmi, quo ἄπαις παίδων ἀῤῥένων dicitur.

725. πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, *bis du dicht an den Caucasus kömmst.* Nimirum πρὸς αὐτὸν Καύκασον non significat *ad Caucasum proprie sic appellatum,* nec αὐτὸς Καύκασος alii Caucaso nescio cui opponitur, nec denique somniandum est, Prometheum in parte quadam Caucasi affixum his verbis aliam ejus regionem designare. Sed αὐτὸς hic eodem modo ponitur, quo *ipse* apud Latinos, cum v. c. dicunt: *Triginta dies erant ipsi,* h. e. *plane* s. *accurate,* non *propemodum,* triginta; atque adeo πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς vertendum, *priusquam plane ad Caucasum perveneris.* Sic v. 853. Νεῖλον

Ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
Κροτάφων ἀπ' αὐτῶν· ἀστρογείτονας δὲ χρὴ
Κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
Βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν
Ἵξη στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε
Κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', ἵνα
Τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος
Ἐχθρόξενος ναύτησι, μητρυιὰ νεῶν·

727. ἀστρογείτονας] ἀστυγείτονας Viteb. ubi recte observat Zennius librarii inscitiam reposuisse, quod sibi notius esset. 730. Ἵξη] Sic Ar. Regg. Ald. Turn. Vict. etc. ἥξεις Rob. 732. Σαλμυδησία] Σαλμυδησσία Victor. Rectius autem simplici σ scribitur Ald. Σαλμιδησία cod. Reg. A. in eo saltem bene, inquit Brunck, quod σ non geminet. 733. ναύτησι] ναύταισι Ald. ναύτης Rob.

πρὸς αὐτῷ στόματι, *gerade an der Mündung des Nil.* Similiter Sept. Theb. v. 530. τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος, proxime ad sepulcrum Amphionis, (*gerade oder dicht an Amphions Grabmal.*) Cf. etiam v. 735.

726. ἔνθα ποταμὸς—ἀπ' αὐτῶν. *Ubi fluvius ille Hybristes rebur suum effundit,* h. e. cum magna vi prorumpit, *e jugis montis editioribus.* Ut in capite humano *tempora* haud procul absunt a vertice, sic h. l. κρόταφοι montis appellantur latera non multum a summitate ejus remota. Magnum ejusmodi translationum, quibus regionum et locorum situs cum positione membrorum humanorum comparantur, numerum collegit Eustathius ad Iliad. β'. p. 233, 234. edit. Basil. cujus observationem in apparatu historico, ubi Æschylum cum aliis scriptoribus antiquis comparabimus, descriptam invenient lectores.

727. ἀστρογείτονας—κορυφάς. "Serv. in Ecl. vi. Virgil. de Caucaso verba faciens, *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pæne sideribus.* Cic. Somn. Scrip. *Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cujusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem tranare?* recte *Caucasum hunc* et *illum Gangem*, quia Caucasus, utpote mons altissimus, propior erat cœlo, (ubi tum degebat, et unde hæc dicebat Africanus,) Ganges autem remotior, ut qui fluvius esset et per humiliora laberetur." *Stanl.*

731. κατοικιοῦσιν non est *incoluerunt,* ut Garbitius vertit, sed *incolent, coloniam eo deducent.* cf. Excurs. de Iûs erroribus. στυγάνορ appellatur Amazonum exercitus, quod a virorum consuetudine abhorrere ferebantur. τραχεῖα Πόντου γνάθος sunt fauces Propontidis, per quas in Pontum Euxinum aditus est, alias Bosporus Thracius, item στόμα Πόντου: ubi erat Salmydessus, et quia hoc littus erat saxosum, et importuosum, et propter brevia navibus periculosum, (cf. Strab. lib. vii. p. 139. C. ed. Casaub.) τραχεῖα γνάθος, et ἐχθρόξενος ναύτησι, *inhospitalis nautis,* vt μητρυιὰ νεῶν, *noverca navium,* nominatur. Vid. quem opportune laudat Abreschius, Xenoph. Exp. Cyr. vii. 5, 8.

Αὗταί σ' ὁδηγήσουσι καὶ μάλ' ἀσμένως.
Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σὲ χρὴ
Λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.
Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται. λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον,
Ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδ'· ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ
Ὁ τῶν θεῶν τύραννος ἐς τὰ πάνθ' ὁμῶς
Βίαιος εἶναι; τῆδε γὰρ θνητῇ θεὸς
Χρῄζων μιγῆναι τάσδ' ἐπέρριψε πλάνας.
Πικροῦ δ' ἔκυρσας, ὦ κόρη, τῶν σῶν γάμων
Μνηστῆρος. οὓς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους
Εἶναι δόκει σοὶ μηδέπω 'ν προοιμίοις.

734. αὗται] αὐταὶ cod. Vit. 735. στενοπόροις] Sic edd. et codd. Regg. στενοπόρου e cod. citat Steph. idque etiam in cod. Reg. B. notatum. 736. θρασυσπλάγχνως] θρασύσπλαγχνον citat Turn. 741. ὑμῖν] ἡμῖν Ald. contra sensus veritatem. 744. ἐπέρριψε] ἐπέρριψε, et ἐπέτευξε, quæ affert Morell. e marg. MS. glossemata sunt. 747. μηδέπω 'ν προοιμίοις] μηδ' ἐπῶν προοιμίοις Ald. μηδ' ἐπῶν

734. αὗταί σ'—ἀσμένως. *Hæ tibi* (ut mulieres mulieri) *se lubenter viæ duces præbebunt.*

735. ἰσθμὸν—ἥξεις. Pervenies autem ad Isthmum Cimmerium h. e. in Chersonesum Tauricam, proxime adjacentem angusto paludis freto, h. e. Bosporo Cimmerio.

736, 737. ὃν θρασυσπλάγχνως—Μαιωτικόν. *Quo* (scil. Isthmo Cimmerio) *relicto audacter te oportet tranare Mæoticæ paludis angustias.* αὐλὼν dicitur angustum fretum et quasi convallis instar protractum. αὐλὼν Μαιωτικὸς i. e. qui postea dicebatur ab Iûs trajectione Bosporus Cimmerius.

738. seq. ἔσται—κεκλήσεται. *Magna autem inter mortales hujus trajectionis fama erit, indeque angustiæ Mæoticæ, paludis Bospori nomen accipient.*

741. sqq. ἆρ'—βίαιος εἶναι; *Nonne igitur vobis deorum rex omnino erga omnes pari violentia grassari videtur?*—ὁμῶς non est *simul*, sed *similiter, æqua ratione.*

743. θνητῇ θεός. Apte hac oppositione libidinis Jovis impotentia declaratur, quem non pudeat, cum sit deus, mortalibus cum puellis rem habere.

744. ἐπέρριψε. Proprie quidem Junonis iræ errores suos Io debebat; quia tamen hanc iram propter Jovis amorem sibi concitaverat, recte Jovi quoque istorum errorum culpa tribuebatur.

745. πικροῦ—μνηστῆρος. *Sane acerbum, ô virgo, procum nacta es.* τῶν σῶν γάμων pleonastice adjectum, cf. v. 724.

746. seq. οὓς—προοιμίοις. *Quam enim nunc audiisti narrationem, ne procœmium*

'Ιώ. Ἰώ μοί μοι. ἒ ἔ.
Πρ. Σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζῃ. τί που
Δράσεις, ὅταν τὰ λοιπὰ πυνθάνῃ κακά;
Χο. Ἦ γάρ τι λοιπὸν τῇδε πημάτων ἐρεῖς;
Πρ. Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.
'Ιώ. Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει
Ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας,
Ὅπως πέδῳ σκήψασα, τῶν πάντων πόνων
Ἀπηλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

προοίμια Rob. μηδ' ἰπῶν ἐν προοιμίοις Vit. Genuinam lectionem, e qua ceteræ ortæ sunt, primum edidit Turn. Eandem in codice suo invenit Schol. 748. ἰώ] ἰὼ ἰὼ Rob. ἒ ἔ] Sic Rob. alii quater repetunt ἔ. In Viteb. legitur ἰώ μοι ἒ ἒ φεῦ φεῦ. 749. κἀναμυχθίζῃ] Brunckius e cod. Reg. hanc glossam affert: ἐκ τῶν μυκτήρων ἐκπέμπῃ φωνὴν, σπαράττῃ. γρ. ἀναμοχθίζῃ, ἤγουν ἐκ δευτέρου θρηνεῖς, μινυρίζεις, κλαίεις, λυπῇ. In ultimis hujus Scholii verbis conj. Brunckius forte legendum esse γρ. ἀναμοχθίζεις. Verum nihil mutandum esse, jam intelliget V. D. postquam Zeunius e Cod. Viteb. eandem lectionem protulit ἀναμοχθίζῃ; quæ nisi vera est, saltem non deterior ea, quam hucusque omnes ediderunt. 750. δράσεις] δράσοις Ald. Rob. ὅταν] ὅτ' ἂν hoc et aliis locis scribitur Viteb. 751. τι] τοι Ald. Rob. 752. δυσχείμερον] δυσχειμαρὸν Ald. Rob. ἀτηρᾶς] ἀτείρας cit. Turn. 754. ἀπὸ στύφλου] ἀποστύφλου Ald. Rob. ἀπὸ στύφλου Turn. Victor. 755. πέδῳ σκήψασα] πεδοσκήψασα citat Morell. e marg. MS. 756. ἀπηλλάγην] Heathius eadem causa, quam supra ad v. 155. indicavimus, et h. l. adductus emendandum censuit ἀπαλλαγείην, ejecta particula γάρ. εἰσάπαξ] εἰς ἅπαξ scribitur Rob.

quidem eorum quæ dicenda sunt, *esse scito*. Ad sententiam comparavit Steph. Pers. v. 433. μηδέπω ἐν προοιμίοις, pro μηδέπω προοίμια.

749. σὺ δ' αὖ. Non cum Stanl. vertendum est, *tu rursus exclamas;* nam Io nondum antea super Promethei narratione ingemuerat. Sed Chorus potius v. 691—701. querelas et suspiria effuderat, eumque quasi justo citius lamentantem Prometheus reprehenderat. Itaque αὖ h. l. *vicissim* significat. Sensus: *nun fängst* AUCH *du schon an zu schreyen.*

752. Δυσχείμερον—δύης. *Utique cum manet tempestuosum mare novæ calamitatis.* In hac locutione, quæ mere allegorica est, non est respectus ad hibernam navigationem quærendus. Euripides quoque κακῶν πέλαγος (Hippol. 822.) dixit, et in Oreste, v. 341. graves hominum calamitates cum maris fluctibus comparavit his qui sequuntur versiculis jam a Stanleio laudatis:

Ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων κατέκλυσε
Δεινῶν δὲ πόνων ὡς πόντου
Λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

753. sqq. τί δῆτ'—ἀπηλλάγην; *Quid ergo lucri mihi est vivere?* (a sententiæ similitudine laudantur Soph. Ant. 463.

Πρ. Ἦ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
Ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον·
Αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή.
Νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
Μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.
Ἰώ. Ἦ γάρ ποτ' ἐστὶν ἐκπεσεῖν ἀρχῆς Δία;
Πρ. Ἥδοι' ἄν, οἶμαι, τήνδ' ἰδοῦσα συμφοράν.
Ἰώ. Πῶς δ' οὐκ ἄν, ἥτις ἐκ Διὸς πάσχω κακῶς;
Πρ. Ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδέ σοι μαθεῖν πάρα.
Ἰώ. Πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται;

758. ἂν abest Rob. metro hiante. 759. μέν ἐστιν] ἔνεστιν Ar. inepte. 760. ἦν ἂν] ἦν μοι Rob. 761. τέρμα μοι προκείμενον] τέρμα τὸ πρ. Rob. 764. ἥδοι' ἄν] Vulgo edebatur ἥδομ' ἄν, et hic versus Ioi, non Prometheo, tribuebatur. Verissime autem Dawesius Misc. Cr. p. 250. intellexit vocabulum ἥδομαι soloecum esse, et scribendum ἥδοι' pro ἥδοιο, ita ut Prometheus hæc ad Iûs quæstionem regerat. *Gauderes puto, si hunc eventum s. casum videres.* Hanc igitur emendationem, qua nihil certius et evidentius esse potest, cum Brunckio recepimus. 765. κακῶς] κακὰ Rob. 766. σοι μαθεῖν] μαθεῖν σοι Ald. Rob. Ceterum etsi hæc sensu non

Eurip. Troad. 632.) *et quidni potius confestim ab hac aspera petra me præcipito, ut corpore ad solum illiso ab omnibus malis liberer?*

ἔῤῥιψα. Notetur hic genuina aoristi significatio inter præsens et præteritum ambigue fluctuans. Ea hic maxime clarescit, si ad Germanicæ linguæ genium referas. Nobis enim dupliciter sensum istorum verborum efferre licet, vel sic: *warum stürz' ich mich nicht gleich herunter;* vel hunc in modum: *warum hab' ich mich nicht schon herunter gestürzt.*

758. sq. ἦ δυσπετῶς—πεπρωμένον. *Sane tu quidem graviter meas ærumnas ferres, cui mortalitas tantum abest ut concessa sit, (hæc enim finem calamitatum secum ferret) ut potius nulla sit meta his laboribus proposita, priusquam Jupiter regno exciderit.* μὲν particula v. 759. ad νῦν δὲ v. 761. referetur; interjecto versu 760. Ad illustrandam v. 759. sententiam Stanleius perperam ex Apollodoro fabulam affert, qua Jupiter Prometheum Chironis vice, cui exoptatior esset mortalitas, immortalitate donasse ferebatur. Hanc enim fabulam Æschylus aut ignoravit, aut saltem non recepit; nec forsan est, quod magis in interpretatione poëtarum cavendum sit, quam temeraria fabularum contaminatio.

763. ἦ γὰρ—Δία; *Ain' tu? Num in fatis est Jovem aliquando regno excidere?* ἐστὶν scil. πεπρωμένον.

764. ἥδοι' ἂν—συμφοράν. Comparavit Morell. Sophocleum, (Œdip. Tyr. v. 937. ed. Brunck,) illud:

τὸ δ' ἔπος ὁ 'ξερῶ τάχα
Ἥδοιο μέν· πῶς δ' οὐκ ἄν· ἀσχάλλοις
δ' ἴσως.

765. πῶς δ' οὐκ ἂν—κακῶς; *Quidni lætarer, quæ Jovis culpa misera sum?*

767. τύραννα σκῆπτρα. " Multis inserviit hic locus probaturis appellativa

Πρ. Αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.
Ἰώ. Ποίῳ τρόπῳ; σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη.
Πρ. Γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.
Ἰώ. Θέορτον, ἢ βρότειον; εἰ ῥητὸν, φράσον.
Πρ. Τί δ' ὅντιν'; οὐ γὰρ θεμιτὸν αὐδᾶσθαι τάδε.
Ἰώ. Ἦ πρὸς δάμαρτος ἐξανίσταται θρόνων;
Πρ. Ἣ τέξεταί γε παῖδα φέρτερον πατρός.
Ἰώ. Οὐδ' ἔστιν αὐτῷ τῆσδ' ἀποστροφὴ τύχης;
Πρ. Οὐ δῆτα, πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ.
Ἰώ. Τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐστὶν ἄκοντος Διός;
Πρ. Τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.

carent, suspicor tamen poëtam scripsisse ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδέ σοι γηθεῖν πάρα, ut sensus sit: *Licet igitur tibi jam nunc hoc gaudio frui, quoniam ista tam certa sunt, quam quæ præsentia.* Fortasse librarii γηθεῖν in γαθεῖν, et hoc deinde in μαθεῖν mutaverunt. 768. αὐτοῦ κενοφρόνων] αὐτοῦ κενόφρων vitiose Rob. 769. ποίῳ τρόπῳ; σήμηνον] σήμηνον ποίῳ τρόπῳ Ald. Rob. 770. τοιοῦτον] τόνδ' Rob. 772. οὐ γὰρ θεμιτὸν] Vulgo οὐ γὰρ ῥητόν. Sed optime divinavit Brunckius, hoc ῥητὸν temere ex versu antecedente repetitum esse. Reposuit igitur θεμιτὸν et apte comparavit versum Sophoclis Œd. Tyr. 993. ἢ ῥητὸν, ἢ οὐ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι; τάδε] τόδε Rob. 776. οὐ δῆτα, πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ] Ita Codd. Regg. οὐ δῆτα πρὶν ἂν ἔγωγ' ἐκ δεσμῶν λυθῶ Ald. οὐ δῆτα πρ. ἂν ἔγωγ' ἐκ δ. λυθεὶς Rob. quæ quidem lectio, ut recte observavit Steph. hactenus admitti possit, si Io statim Promethei orationem interruperit, aut Prometheus aposiopesin fecerit. Attamen vulgata concinnior est et sequentibus aptior. Pauwius Heathio probante πρὶν γ' ἔγωγ' ἂν rescribendum esse putabat, scilicet quia voculam πρὶν nunquam a poëta produci opinabatur. Id recte durum judicans Brunckius, eandem tamen ob causam paulo audacius rescripsit οὐ δῆτα, πρὶν γ' ἂν ἐκλυθῶ δεσμῶν ἐγώ. Nos autem cum Morello hanc particulam interdum produci, adeoque nihil hic mutandum esse nobis persuasimus. cf. not. ad v. 481. 777. ἄκοντος] ἄρχοντος est conjectura Pauwii, quam inutilem esse docuimus in Commentar. ad h. l. 778. Brunckius, nescio, inquit, an ele-

poni pro adjectivis, atque ita quidem frequenter utuntur. Vid. Soph. Œd. Tyr. v. 596. Eurip. Hec. 815. Med. 1066. Hipp. 843. Androm. 3. et 303. Helen. 524. adde ad Troad. 464 Barnes. Sed usus nimium creber facit, ut suspicer, revera esse adjectivum, uti δοῦλος, δούλη, δοῦλον apud eund. in Ion. 556. 675. 819. itemque Soph. in Trach. 306. et cujus comparativus extat ap. Herodot. vii. 7." *Abresch.*

777. ἄκοντος Διός. Pauwius sine causa idonea reponendum censebat ἄρχοντος. Nam Io, quæ audierat Jovem non aliter periculum evasurum esse, nisi si Prometheus vinculis liberatus esset, facile intelligere poterat, liberationem Promethei invito Jove, et alius cujusdam interventu, perfectum iri.

778. τῶν σῶν etc. "De Promethei

Ἰώ. Πῶς εἶπας; ἦ 'μὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;
Πρ. Τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.
Ἰώ. Ἥδ' οὐκ ἔτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία.
Πρ. Καὶ μηδὲ σαυτῆς ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους.
Ἰώ. Μή μοι προτείνων κέρδος, εἶτ' ἀποστέρει.
Πρ. Δυεῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι.
Ἰώ. Ποίοιν; πρόδειξον, αἵρεσίν τ' ἐμοὶ δίδου.
Πρ. Δίδωμ'· ἑλοῦ γὰρ ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι
Φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.
Χο. Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν

gantius esset: τῶν σῶν τιν' αὐτῆς ἐκγόνων εἶναι χρεών. Mihi non videtur, αὐτὸν enim in Promethei responsione opponitur τῷ τίς in quæstione, quam Io proposuerat. Pro χρεὼν al. χρεῶν teste Turn. 780. τρίτος γε γένναν] τριτὸς δὲ γέναν Ald. πρὸς δέκ'] πρὸς δέ κ' Ald. qua lectione deceptus Garbitius vertit: *Tertius genere et insuper alia prognatione.* ἄλλαισιν] ἄλλαισι Ald. Rob. ἄλλησι MS. Viteb. 784. δυεῖν λόγοιν] Atticam formam primus hic edidit Turn. quem cum Brunckio secuti sumus. δυοῖν λόγοιν Ald. Rob. etc. 785. ποίοιν; πρόδειξον] ποίοιν πρόδειξον Ald. Rob. 786. ἑλοῦ γὰρ ἢ] Pauwius distinguendum censet ἑλοῦ γάρ· ἢ, inficete. 787. ἐκλύσοντ' ἐμὲ] ἐκλύσοντά με Cod. Turn. 787. φράσω] φράσαι Ald.

solutione duplex veterum sententia. Sunt qui a Jove solutum tradant, postquam cum eo Prometheus ob explicatam Themidos de Thetide prophetiam in gratiam redierit. Alii Herculem eum a vinculis exemisse invito Jove tradunt. Priori sententiæ aliquoties favere videtur Æschylus, ut v. 523. Hic vero posteriorem sententiam se omnino amplexum ostendit." Hactenus Stanleius; cujus observatione ne quis inductus Æschylum pugnantia secum composuisse criminetur, notandum est, eum tertiam quandam liberati Promethei causam sequi, ex utraque in unam conflatam. Fingit nempe Herculem quidem Jovis liberatorem extitisse, eundum tamen Jovi, ut Prometheo ignosceret, ejusque liberationem ratam haberet, hac lege persuasisse, ut Prometheus vicissim ei periculum, quod a Thetidos nuptiis timendum esset, aperiret.

780. τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς. Merito Garbitium, quamquam falsa Aldinæ lectione (δέ κ' pro δέκ') deceptum, Stanleius castigavit, quod ista sic verterit: *tertius genere et insuper alia prognatione.* Ab Io ad Herculem tredecim fuerunt generationes. Iûs enim filius I. Epaphus, a quo II. Libya, cujus filius III. Belus genuit ex Anchinoë IV. Danaum. Inter hujus filias fuit V. Hypermnestra, quæ ex Lynceo peperit VI. Abantem, cujus filius VII. Prœtus, nepos autem VIII. Acrisius fuit. Acrisii filia IX. Danaë X. Perseum peperit; cujus filius XI. Electrion XII. Alcmenam genuit XIII. Herculis matrem. cf. Apollodor. lib. ii.

783. μή μοι—ἀποστέρει. *Noli me beneficio s. munere, quod jam ostendisti, rursus privare.*

788. χάριν θέσθαι. χάριν i. q. κέρδος v.

Θέσθαι θέλησον, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους·
Καὶ τῇδε μὲν γέγωνε τὴν λοιπὴν πλάνην,
Ἐμοὶ δὲ τὸν λύσοντα· τοῦτο γὰρ ποθῶ.
Πρ. Ἐπεὶ προθυμεῖσθ', οὐκ ἐναντιώσομαι
Τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.
Σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,
Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

789. λόγους] Perperam in MS. Vit. οἴκους, superscripta tamen lectione genuina. 791. ἐμοὶ—ποθῶ] Post λύσοντα Ald. infercit σε, et post γὰρ addit νῦν. Utrumque supplementum e glossa in textum irrepsit, metro non ferente. 793. τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν] τὸ μὴ γεγωνεῖν Rob. Verum recte monuit Steph. synizesin in particulis μὴ οὐ huic poëtæ familiarem esse: coll. v. 632. 926. 794. πολύδονον] πολύδονα. Cod. Turn.

783. et ἡδονὴν v. 636. dixerat. μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους, *noli preces nostras aspernari*.

791. τοῦτο γὰρ ποθῶ scil. ἀκούειν.

794. πολύδονον πλάνην, *vagos errores, quibus multum jactaberis*, a δονεῖν.

795. ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. "Tabellæ ad scribendum aptæ antiquitus triangulares, et libri eodem modo compacti ad imaginem litteræ Δ; inde δέλτοι dicebantur. Eustath. ad Iliad. γ'. ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν κατὰ Δ πτυσσομένων γραφῶν. Potuit alludere Prometheus ad notitias itinerarias, tabulasque Geographicas. Æschylum ejus rei peritissimum loquitur hæc tabula, et quæ periit Προμηθεὺς λυόμενος, sic Homero similem, quem Strabo primum auctorem facit. Hujusmodi notitiarum libros Græcis in usu fuisse docet Aristot. Rhetor. lib. i. cap. iv. πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι· ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἐστι τοὺς τῶν ἐθνῶν νόμους." *Stanl.* "In scholis Philosophorum, in quibus sæpe versatus fuerat, audierat Æschylus multas, easque graves de animorum natura, de discendi reminiscendique, et aliis eorundem facultatibus disputationes, et denique illos cum libro nonnunquam apprime comparari, ea potissimum parte, cui sensuum opera et ministerio, tanquam stilo inscripta ea omnia, quæ apud nos geruntur, aut dicuntur, inhærent. Unde factum est, ut quoties sese præbet occasio, de animo, et ea illius δυνάμει, quam memoriam vocamus, tamquam de libro aut tabula, cui aliquid inscribendum est loquatur Æschylus, ut h. l. Prometheus Io jubet ea quæ dicturus erat ἐγγράφειν μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, et Choëphoris v. 447. τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶ γράφου; Supplicibus, v. 183. φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτούμενα. Denique Eumenidibus δελτογράφον φρένα appellat, v. 280. Et hic quidem loquendi modus, ut efficacissimus est, et rei intelligendæ aptissimus, ita etiam frequens est apud alios plerosque auctores, ut apud Sophoclem, Philoct. v. 1318. καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. et apud Aristophanem, v. 450. καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ' ἁπλῶς μνημοσύνῃ γράψομ' ἐγώ; nec poëtis solum, sed etiam prosæ orationis scriptoribus usitatus.—" *Martini* V. L. pag. 205.

Ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον, ἠπείρων ὅρον,
Πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς
. . . .
Πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔς τ' ἂν ἐξίκῃ
Πρὸς γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
Αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι
Τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,
Μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται

796. ὅρον] ὅρων Ald. 797. φλογῶπας] Ita scribendum recte judicavit Pauw, a φλόγωψ, non ut omnes præter Morellum φλογωπὰς (a φλογωπός); accusativus enim pluralis adjectivorum fœminini generis trium terminationum producitur; ultima autem syllaba hujus vocabuli brevis esse h. l. debet. ἡλιοστιβεῖς] Pauwius hoc vocabulum vel a verbo Æschyleo ἡλιοστιβεῖν derivandum, nec adjectivi in loco habendum, vel ἡλίου στιβεῖς legendum esse opinatur. Harum conjecturarum priorem abjicio; posteriorem cum Heathio probo. Sed quoniam post versum 797. lacuna sive brevior sive longior est, certi nihil definiri potest. 798. Inter hunc versum et antecedentem recte statuit Brunckius aliquid deesse. Constructio quidem, si cum Pauwio legamus ἡλίου στιβεῖς, manca non esset; sed tamen vix mihi persuadere possum, Æschylum narrationem Promethei ita instituisse, ut, cum Iûs errores per Europam copiosius enarrasset, vagam illam virginem a confiniis Europæ et Asiæ statim ingenti saltu in Africam deduceret. Itaque non unum, sed decem aut plures versus, hic aut post v. 813. excidisse putem. πόντου] πόντον Ald. 799. Κισθήνης] Ita codd. Regg. Σκυθίνης Ald. Κισθίνης Stanl. Κυνθήνης MS. Viteb. errore librarii pro Κισθήνης. ἵνα] Brunckius, lenior esset, inquit, hiatus scribendo ἵνα. Recte, sed nihil ideo mutandum. 801. ὄμμ' ἐκτημέναι] ὄμμα κεκτημέναι Ald. 802. ἃς] τὰς Ald.

796. ῥεῖθρον, ἠπείρων ὅρον. Bosporum Cimmerium intelligit, cf. v. 739, 740, 741.

800. δηναιαὶ κόραι, vetulæ puellæ, quia statim a nativitate vetulæ erant; fuerunt autem Ento, Pemphredo, et Dino Phorci s. Phorcynis et Cetus filiæ Gorgonum sorores; atque, ut Apollodorus scribit, γραῖαι ἐκ γενετῆς, uno tantum tres oculo, unoque dente præditæ, quibus et per vices utebantur, ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς, καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἤμειβον ἀλλήλαις. Eandem fabulam mutatis quibusdam partibus refert Palæphatus c. 32. Hesiodus duas tantum facit:

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρήους
Ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν
Ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,
Πεμφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐνυώ τε κροκόπεπλον.

801. κυκνόμορφοι de canitie Stanl. interpretatur. Nec ipse reperio, quod melius sit.

802. ἃς—ποτέ. Quas nec sol unquam.

Ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.
Πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι,
Δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς,
Ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς.
Τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φρούριον λέγω·
Ἄλλην δ' ἄκουσον δυσχερῆ θεωρίαν.
Ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας
Γρῦπας φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν

805. δρακοντόμαλλοι] δρακοντόμαλοι Ald. 807. τοιοῦτο] τοιοῦτον Cod. Viteb. 810. φύλαξαι] φυλάξον Rob. τόν τε] τόν γε cod. Viteb.

radiis adspicit, nec luna nocturna, quia subterraneæ habitabant, sicut Germani de carceris custodia dicunt, *einen hinsetzen, wo ihn weder Sonne noch Mond bescheint.*

804. sqq. Gorgones erant Euryale, Stheno, et Medusa; (Apud Athenæum lib. v. p. 221. ed. Casaub. ex Alexandro Myndio narratur Gorgona a Nomadibus in Libya animal dici ovi silvestri simile, quod halitu et adspectu occurrentes interimat:) εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων· ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖρας χαλκᾶς, καὶ πτέρυγας χρυσᾶς δι' ὧν ἐπέτοντο, τοὺς δὲ ἰδόντας λίθους ἐποίουν: Apollodor. lib. ii. p. 74. Prædicanda est Æschyli sapientia, quod ridiculam harum fabularum speciem quasi umbra quadam texit, et omnia tantum ad admirationem ac terrorem convertere studuit.

808. δυσχερῆ θεωρίαν, *spectaculum, quod* propter terrorem *vix tolerari potest.*

809, 810. ὀξυστόμους—φύλαξαι. Solin. c. 13. *In Asiatica Scythia terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen, nam cum auro et gemmis affluant, Grypes tenent universa, alites ferocissimæ et ultra omnem rabiem sævientes, quarum immanitate obsistente ad venas divites accessus difficilis ac rarus est; quippe visos discerpunt, veluti geniti ad plectendam avaritiæ temeritatem.* Aves rapaces, quales Grypes quoque esse ferebantur, κύνας dicit Æschylus, ut aquilam v. 1030. πτηνὸν Διὸς κύνα.—ἀκραγεῖς, *mutos, non latrantes.* ὀξυστόμους; acuta enim et adunca rostra iis tribuuntur.

810. τόν τε μουνῶπα στρατόν. "Arimasporum historiæ tres libros carmine composuit Aristeas Proconnesius, quem, ni supposititium opus fuerit, prout sentit Dionysius Halic. et suspicari videtur Longinus, περὶ ὕψους c. 8. secutus est in hisce describendis Æschylus: extat enim haud absimile fragmentum ex Arimaspeis apud Joannem Ttzetzem, Chil. vii. hist. 144.

Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι τανάῃσι
Καί σφας ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμούρους,
Πρὸς Βορέω, πολλούς τε καὶ ἐσθλοὺς, κάρτα μαχητὰς,
Ἀφνείους ἵπποισι, πολύῤῥηνας, πολυβούτας·
Ὀφθαλμὸν δ' ἕν' ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ·
Χαίτῃσι λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Plinius etiam *uno oculo in media fronte* insignes tradit. Gellius, N. A. lib. ix. c. 4. *item esse homines sub eadem regione cæli, unum oculum in frontis medio haben-*

'Αριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόῤῥυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου·
Τούτοις σὺ μὴ πέλαζε. τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις, κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
Ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
Τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ

811. 'Αριμασπὸν] Cod. Viteb. 'Αριμασπῶν Victor. quod cum verum putabat Zeunius, non cogitabat Spondeum hac ratione secundam Senarii regionem invadere. ἱπποβάμον'] ἱπποδάμον Ald. Ox. 812. πόρου] πόρον Rob. 813. μὴ πέλαζε] μὲν πέλαζε Ald. 816. ἐξίκῃ] ἐξίκῃς Ald.

tes, qui appellantur Arimaspi; qua fuisse facie Cyclopas poëtæ ferunt. Et Strabo Cyclopum fabulam hoc arrepto argumento e Scythia in Græciam delatam putat lib. i. Eustathius prodit in Dionys. περιηγ. eos inter sagittandum alterum oculum solitos esse claudere, quæ consuetudo tandem in naturam transierit. Ex hoc vitio nomen hæsit. Ἄριμα enim lingua Scythica *unum* significat, σποῦ *oculum*, teste Herodoto lib. iv. 27. Eustathius aliter, nempe ἄρι *unum* et μασπὸς *oculum*, cui accedit Schol. β'. Quicquid vero de Arimaspis dicitur, in dubium vocat Herodotus, lib. iii. 116. imo de iis nihil tradi præter fabulas Strabo probat lib. xi. p. 507. C. ed. Casuab." *Stanl.*

811. χρυσόῤῥυτον. "Auro abundare plagas illas septentrionales, præter Solinum, cap. 15. asserit Herodotus, lib. iii. πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών. Caute tamen subdit ὅκως μὲν γινόμενος οὐκ ἔχω, οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι. Hinc Lucanus, Pharsal. iii. 280. *auroque ligatas substringens Arimaspe comas.* Hujus causa gryphes cum Arimaspis assidue pugnare, ex Aristea refert Pausanias in Corinth." *Stanl.*

814. οἳ πρὸς ἡλίου ναίουσι πηγαῖς. "Veteres Æthiopas ad extremitates terræ collocatos censebant, non solum versus meridiem, sed et versus orientem et occidentem; etenim monet Strabo lib. i. τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, cujus rei testem adducit Æschylum in Prometheo λυομένῳ. Veteres sequitur Ptolemæus, εἰσὶ δὲ ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν Ζωδιακὸν οἰκοῦντες ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας Αἰθίοπες. Inde πρὸς ἡλίου πηγαῖς positi." *Stanl.* Ego vero quamquam non ignoro ἡλίου πηγὰς de Oriente bene dici, ut νυκτὸς πηγὰς de Occidente, haud scio tamen an melius sit hanc phrasin h. l. de zona torrida interpretari, quæ purissimis, quasi a fonte, h. e. vehementissimis solis radiis objecta est.

815. ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ. "a colore hoc nomen adeptus. Solin. c. 24. *ultra adhuc amnis, qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quæ torrente perpetuo et sole nimio plusquam ignito nunquam ab æstu vindicantur.*" *Stanl.*

816. τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ'. "Niger cum ad ultimum cataractarum pervenerit, Nilus dicitur. Solin. 32. *denumque a Cataracte ultimo tutus est, ita enim quædam claustra ejus Ægyptii nuncupant; relicto tamen hoc post se nomine quo Nigris vocatur.* (Sed. conf. Excurs. nostrum de Iûs erroribus.) Mire hallucinatur interpres Græcus, qui de Catabasmo nescio quo monte somniat." *Stanl.*

Καταβασμὸν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
Ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.
Οὗτός σ᾽ ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα
Νειλῶτιν, οὗ δὴ τὴν μακρὰν ἀποικίαν
Ἰοῖ πέπρωται σοί τε καὶ τέκνοις κτίσαι.
Τῶνδ᾽ εἴ τι σοὶ ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον,
Ἐπαναδίπλαζε, καὶ σαφῶς ἐκμάνθανε·
Σχολὴ δὲ πλείων ἢ θέλω πάρεστί μοι.
Χο. Εἰ μέν τι τῆδε λοιπὸν ἢ παρειμένον
Ἔχεις γεγωνεῖν τῆς πολυφθόρου πλάνης,
Λέγ᾽· εἰ δὲ πάντ᾽ εἴρηκας, ἡμῖν αὖ χάριν
Δὸς, ἥντιν᾽ αἰτούμεσθα· μέμνησαι δέ που.
Πρ. Τὸ πᾶν πορείας ἥδε τέρμ᾽ ἀκήκοεν.

818. σεπτὸν] σεμνὸν Cod. Reg. A. εὔποτον] εὔποτος Turn. 820. ἀποικίαν] ἀποκίαν Victor. errore typographico. 824. πλείων] πλέον Ox. θέλω] θέλεις Ald. Ox. 825. εἰ μέν τι] εἰ μέν του Viteb. 826. πολυφθόρου] πολυφόρου Rob.

817. Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο. "Byblinos montes ita dictos a papyro et calamis monet Scholiastes, nec absimile vero, namque et Niger perinde ac Nilus *papyro viget et calamo prætexitur*. Solin. 30." *Stanl.*

818. εὔποτον ῥέος. "Achill. Tat. lib. iv. c. 18. p. 386. ed. Boden. de aqua Nili: γλυκὺ δὲ πινόμενον ἦν, καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς. et paulo post, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἄκρατον ὁ Αἰγύπτιος πίνων οὐ φοβεῖται, Διονύσου μὴ δεόμενος. Huc pertinet Pescennii dictum ad milites, *Nilum habetis, et vinum quæritis?* Plura de dulcedine aquæ Niloticæ Spartianus in Pescennio Nigro." *Stanl.*

819. τρίγωνον ἐς χθόνα. "Δέλτα innuit, quod Ægyptiis teste Stephano Πτίμυρις, Græcis Δέλτα, ob figuram, qua Siciliam imitatur. Diodor. lib. i. p. 29. ed. Rhodom. Extenditur (referente Herodoto lib. ii.) secundum mare ἀπὸ Περσέως σκοπιῆς μέχρι ταριχείων τῶν Πηλουσιακῶν (legerim βαράθρων, sic enim loca circa Pelusium vocari solita ex Strabone constat) a mari, μέχρι Κερκασώρου πόλιος, καθ᾽ ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον." *Stanl.*

820. τὴν μακρὰν ἀποικίαν, *coloniam diuturnam.*

822. ψελλόν. Sicut τυφλὸν aut ἐπάργεμον, proprie *cæcum*, translate sæpe dicitur pro *obscurum*, ita ψελλὸν, proprie *balbutiens*, h. l. est *ambiguum*, *obscure dictum*. δυσεύρετον ut v. 781. χρησμῳδία οὐ ξύμβλητος.

828. μέμνησαι δέ που, *recordare quæso*, scil. petitionis nostræ, et promissi tui. cf. v. 791.—793. Anonymus Etonensis ap. Morellum conj. μέμνησαι δέ σου; non autem est necessarium vulgatam lectionem veram et elegantem corrigere.

829. Scite hic Prometheus a quæstione Chori deflectit, non solum, ut Iûs historiam absolvat, sed etiam ut respondendi necessitatem effugiat.

Ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου,
Ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκε, φράσω,
Τεκμήριον τοῦτ' αὐτὸ δοὺς μύθων ἐμῶν.
Ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,
Πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα θᾶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός,
Τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες,
Ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
Προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ

832. τοῦτ' αὐτὸ] τοῦ ταυτὸ Ald. 833. τὸν πλεῖστον] τῶν πλείστων Garb. minus commode. λόγων] Abreschius existimat h. l. legi posse λέγων, quoniam Pers. 513. πολλὰ δ' ἐκλείπω λέγων κακῶν. At utriusque loci diversa ratio est; nec istud corrigere esset, sed depravare. 837. μαντεῖα θᾶκός τ'] μαντείᾳ θᾶκος Ald. μαντεία θῶκος Rob. Turn.

830—832. ὅπως—ἐμῶν. *Ut autem sciat haud falsa aut vana esse, quæ ex me audierit, labores, quos antequam huc veniret exantlavit, ei dicam, idque veritatis sermonum meorum documentum edam.*

831. ἐκμεμόχθηκε. "Μοχθέω, ut μογέω, *cum labore et molestia perfero, tolero, perpetior*. Deinde, *cum labore paro, effectumque reddo*. In passivo, *adfligor, vexor, adficior molestiis*, (quo et spectat usus activi in Aquilæ versione Esai. c. vii. v. 13. μοχθεῖν ἄνδρας καὶ θεόν.) Eurip. Herc. Fur. v. 22. et 310. πόνους, τύχας, ἐκμοχθεῖν. Id. Helen. 1462. ἅλας μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν. Electr. 307. πέπλους κερκίσιν ἐκμοχθεῖν, et τίκτειν τίκτειν καὶ μοχθεῖν Herc. Fur. 281. Dictys ap. Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 106. edit. Francof. ῥᾷον γένοιτ' εἰ λογίζεσθαι θέλοις, ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν. Xenoph. Ephes. i. p. 8. δεσμὰ μοχθήσουσι.—" *Abresch.*

833. ὄχλον—λόγων. *Maximam tamen rerum, quæ dicendæ essent, farraginem prætermittam.* "Sic Lucian. Amor. c. 39. πυξίδων ὄχλος." *Giac.* Addit Morell. Thucyd. lib. i. ὄχλον τῶν νεῶν.

836. αἰπύνωτον Δωδώνην. Dodona in regione Molossorum, quia in vicinia Illyriorum montium habitabant. Ipsum Jovis templum ad Tomari montis radices exstructum erat. Strab. lib. vii. p. 328. C.

838. αἱ προσήγοροι δρύες. Fabulosæ quercus fatidicæ in querceto sacro prope Dodonam multum inter veteres celebratæ. Earum jam Homerus mentionem facit. Sophocles in Trachiniis, primum v. 175. antiquam fagum, unde columbæ illæ geminæ oracula reddiderint, deinde v. 1174. vero etiam in Sellorum luco *vocalem quercum* πολύγλωσσον δρῦν memorat. Plura de Dodonæo oraculo hic adscribere, quæ e Strabone, Pausania, aliisque facile hauriri possunt, supervacuum esset.

Μέλλουσ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι·
Ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
Κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
Ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις·
Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κεκλήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.
Σημεῖά σοι τάδ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενὸς,
Ὡς δέρκεται πλέον τι τοῦ πεφασμένου.
Τὰ λοιπὰ δ' ὑμῖν τῇδέ τ' ἐς κοινὸν φράσω,
Ἐς ταυτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἴχνος.

841. *μέλλουσ'—σέ τι*] *μέλλουσ' ἔσεσθαι τῶνδε προσσαίνει σε τι* corrupte Ald. Rob. 843. *ἦξας*] *ἦξας* Schol. *α'*. *β'*. Abresch. 844. *παλιμπλάγκτοισι*] *πολυπλάγκτοισι* Ar. Schol. Steph. Pauw. *γ' ἀλιπλάγκτοισι* conj. Pauw. quod Heathio valde placet. Neutrum tamen necessarium aut verum esse docuimus in Commentar. ad h. l. 846. *κεκλήσεται*] Sic Ar. Codd. Reg. Viteb. quam formam cum Abreschio vulgatæ *κληθήσεται* prætulimus, quia Atticis poëtis inprimis frequentatur.

841. *εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι*, *si quid istorum tibi blanditur*, cum amara quadam cavillatione dictum, quæ tamen non tam Iûs miseriæ illudit, quam Jovis crudelem libidinem figit.

842, 843. *ἐντεῦθεν— Ῥέας*, *inde furore concitata secundum oram maritimam pervenisti usque ad magnum Rheæ sinum.* Nimirum Io, Dodona relicta, littus Illyriæ legebat; deinde cum ad intimum Adriatici maris sinum pervenisset, reversa est, ac secundum Istri longitudinem profecta, (quem eam semel tranasse tacite supponit Æschylus) in Scythiam ad Prometheum venit. Adriaticum vero mare Ionium dictum est, non quod illud trajecerit, (trajectionis enim ne minima quidem suspicio est apud Nostrum,) sed quod oram ejus legerit, littus Illyriæ scilicet emensa. Sic nihil opus est artificiosis interpretum commentis. Cf. Excursum de Iûs erroribus.

844. *ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις. A quo jam retrogradis cursibus molesto itinere huc reverteris.* *παλιμπλάγκτοισι* sic intelligendum, ut de terrestri itinere dicatur, quod jam versus Orientem æstivum ei subeundum erat, ut ad Pontum Euxinum perveniret: sicut antea, cum ad sinum maris Adriatici proficisceretur, versus Occidentem æstivum tenderet. Qui vero ita cursum mutat, ut, cum prius ab Oriente ad Occidentem, deinde ab Occidente versus Orientem pedem promoveat, ei recte tribuuntur *παλίμπλαγκτοι δρόμοι*; nec ulla subest causa, cur *ἀλιπλάγκτοισι* cum Pauwio legamus.

848, 849. *σημεῖα—πεφασμένου. Hæc igitur*, quæ modo dixi, *documenta mentis meæ habeto, quæ tibi persuadeant, eam plus quam quæ omnibus aperta sunt, cernere atque intelligere.*

851. *ἐς ταυτὸν—ἴχνος. Superioris sermonis mei vestigium relegens.* Nimirum

Ἔστιν πόλις Κάνωβος, ἐσχάτη χθονὸς,
Νείλου πρὸς αὐτῷ στόματι καὶ προσχώματι·
Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα,
Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.
Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων
Τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον· ὃς καρπώσεται
Ὅσην πλατύῤῥους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα·

852. ἐστὶν πόλις] ἐστὶ πολὺς Ald. 855. ἐπαφῶν—θίγων] Abreschius Aoristos mavult ἐπαφὼν, (quod et Scholiastes legisse videtur) et θιγών. 856. θιγημάτων] In omnibus edd. ante Brunckium legebatur γεννημάτων. Scaliger autem teste Valckenario ad Eurip. Phœniss. 639. e Peyraredi conjectura in libri sui ora scripserat θιγημάτων, idque cum Brunckio recepimus. Nam ubicunque in allusionibus ad etyma nominum Æschylus vocabulo ἐπώνυμος utitur, semper etiam addit id verbum, cujus est ἐπωνυμία. Γεννημάτων aperte glossam sapit. 857. καρπώσεται] καρπώσαιτο Rob.

orationis filum, quod v. 821. abruperat, resumit.

852. ἐσχάτη χθονός. "Eustath. in Odyss. α'. τὴν Κάνωβον ἐσχάτην χθονὸς λέγει, ὡς κειμένην βορειοτάτην ἐν τοῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρεσιν Αἰγύπτου. et in Odyss. δ'. ὁ δ' αὐτὸς (Apion) λέγει, καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὰ πρὸς Ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θαλάσσῃ· καθὰ καὶ Αἰσχύλος εἰπών· ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος, ἐσχάτη χθονός."—*Stanl.*

853. Νείλου—προσχώματι. πρόσχωμα Νείλου de aggeribus circa Nili ostia intra regionem s. insulam Delta appellatam, exstructis, quibus pagi et urbes impositæ erant, ne exundante Nilo submergerentur; teste Strabone lib. xvii. p. 788. D. ed. Casaub. ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου καλύπτεται πᾶσα (ἡ νῆσος), καὶ πελαγίζει, πλὴν τῶν οἰκήσεων· αὗται δ' ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν, ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τε ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι, νησίζουσαι κατὰ τὴν πόῤῥωθεν ὄψιν.

854. ἐνταῦθα—ἔμφρονα. *Ibi jam te Jupiter mentis sanitati restituet.* τίθησιν futuri loco positum.

855. ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον. *Placida te manu*, a qua tibi tum nihil amplius mali timendum erit, *contrectans ac tangens tantum.* Ex ipsis his verbis, præsertim cum Suppl. v. 15. sqq. it. v. 47. collatis, patet, Æschylum, Jovem non concubuisse cum Ione, sed eam tantum a Jove afflatam et manu palpatam, fingere, ex qua contrectatione et ἐπιπνοίᾳ, miraculosa quadam et inaudita generationis ratione, natus et nominatus sit Epaphus.

856. θιγημάτων cum Hesychius vertit μιασμάτων, in quo eum ad h. l. respexisse nullus dubito, de συνουσίᾳ s. contactu Venereo intellexit; sed id vocabulum sic exponere, præter ea, quæ modo ad v. præc. diximus, admirabilis Æschyli verecundia prohibet. Itaque ut diximus de manuum contrectatione capiendum.

857. κελαινὸν Ἔπαφον, ut supra de Æthiopibus κελαινὸν φῦλον v. 814. De Epapho cf. argumentum Danaidum.

857, 858. ὃς καρπώσεται—χθόνα. *Qui omnem illam terram possidebit, quam latifluus Nilus irrigat.* In καρπώσεται conse-

Πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντόπαις
Πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται
Θηλύσπορος, φεύγουσα συγγενῆ γάμον
Ἀνεψιῶν· οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας,
Κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,
Ἥξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους
Γάμους, φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεός·
Πελασγία δεδέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων, νυκτιφρουρήτῳ θράσει.
Γυνὴ γὰρ ἄνδρ' ἕκαστον αἰῶνος στέρει,

861. θηλύσπορος] θηλύσπορον Ald. 862. οἱ δ' ἐπτοημένοι] οἱ δὲ πτοημένοι Ald. 865, 866. φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεός· Πελασγία δεδέξεται etc.] Ingeniosissime sic emendavit Brunckius V. C. Vulgata quam edd. et Codd. repræsentant, hæc est: φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεὸς, Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων etc. quæ quamquam aliquo modo explicari potest, si dicatur post δέξεται intelligendum esse αὐτὰ scil. τὰ σώματα, aut absolutum esse genitivum δαμέντων, tamen emendationis Brunckianæ facilitas adeo nobis blanditur, ut et ipsi Æschylum ita scripsisse putemus, præsertim cum forma paulopostfuturi sæpe apud Tragicos occurrat. Ordo quens pro antecedente. cf. Suppl. v. 321.

859. πέμπτη—πεντηκοντόπαις. "Aliud πεντηκοντόπαις, aliud πεντηκοντάπαις. Suppl. v. 332.

ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοντόπαις
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ — —.

Illud *ex quinquaginta liberis constans*, hoc *quinquaginta liberos habens*. Male igitur Eustathius Danaum et Ægyptum quintam generationem fuisse ait, primo quod ab Io ducat, ἀπ' αὐτοῦ scil. Epapho, secundo quod πεντηκοντάπαις male intelligit." *Stanl.*

860. De tota Danaidum historia, patruelium, Ægyptii filiorum, nuptias fugientium, conferendum est argumentum Danaidum Æschyli s. Supplicum. θηλύσπορος γέννα est *proles feminina*, quia Danaus tantum filias easque quinquaginta genuerat.

862. ἐπτοημένοι φρένας, *insanientes* scil. *amore*. cf. Suppl. 114. ubi iis eandem ob caussam tribuitur διάνοια μαινόλις. De verbo πτοεῖσθαι vid. Lexic. Æschyl.

863. κίρκοι. Accipitres appellat filios Ægypti, quod fugaces Danaidas tanquam columbas essent persecuturi. Ita Lycophron, v. 169. Paridem Helenæ raptorem κίρκον καταῤῥακτῆρα appellat; cui loco Stanl. addidit recentioris scriptoris dictum a Suida (v. Γυναικοϊέρακες et Λογγῖνος) laudati, qui viros mulierum captatores γυναικοϊέρακας nominat.

πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι. "Non procul distantes, h. e. instantes, imminentes columbis." *Stanl. die ihnen sogleich nachsetzten.*

864. ἥξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους γάμους, *venient venantes nuptias, quas venari non debebant*, quia scil. in hac venatione perniciem invenient.

865. φθόνον σωμάτων ἔχειν, *corpora invidere*, est, *vita privare*.

866. θηλύκτονος Ἄρης, *cædes a muliere vel mulieribus perpetrata*, νυκτιφρουρήτῳ θράσει, *audacia noctis opportunitatem*

Δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος.
Τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι Κύπρις.
Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει, τὸ μὴ
Κτεῖναι ξύνευνον, ἀλλ' ἀπαμβλυνθήσεται·
Γνώμαιν δυεῖν δὲ θάτερον βουλήσεται,
Κλύειν ἄναλκις μᾶλλον, ἢ μιαιφόνος.
Αὕτη κατ' Ἄργος βασιλικὸν τέξει γένος.
Μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς·
Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς,

autem constructionis hic est: Πελασγία δὲ (γῆ) δεδέξεται σώματα ὧν θεὸς φθόνον ἕξει δαμέντων θ. Α. ν. θρ. Ceterum Pauwiana commenta vix digna sunt quæ memorentur: φθόνον δὲ λημάτων ἕξει θεὸς, Πελασγία δὲ δέξεται vel δέρξεται θ'. Α. δαμέντας. 870. ἐπ' ἐχθροὺς] ἐς ἐχθροὺς cod. Viteb. quod Zeunius genuinum esse existimat. 871. τὸ μὴ] οὐ addidit Brunck. Sed quamquam οὐ facile excidere potuit et μὴ οὐ alibi sæpe occurrit; tamen hujus loci alia ratio est, quam v. 793, 926. vid. Commentar. ad h. l. 872. ξύνευνον] σύνευνον Ald. ἀπαμβλυνθήσεται· γνώμαιν δυεῖν δὲ] ἀπαμβλυνθήσεται. γνώμαιν δυοῖν δὲ Ald. ἐπαμβληθήσεται, γνώμαιν δυοῖν δὲ Rob. ἀπαμβλυνθήσεται γνωμῶν· δυοῖν δὲ Turn. ἀπαμβλυνθήσεται γνωμῶν· δυεῖν δὲ Victor. etc. Nos Brunckio assentimur, qui in codd. Regg. Aldinam distinctionem invenit, δυεῖν δὲ autem ex Stanleiana, quæ Victorianam expressit, adsciscendum putavit. 873. θάτερον] Barbarum θατέραν reperit Brunck in codd. Regg. sed θάτεραν in cod. B. contextu. 876. δεῖ] Forte legendum: μακροῦ λόγου δὲ scil. ἐστὶ, *multi autem sermonis est.* In Rob. est μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐξελθεῖν τορῶς, versu una syllaba deficiente. In Mosq. 2. legitur: μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτα τ' ἐξελθεῖν τορῶς.

observante, quia scil. noctu Danaides novos maritos occidebant.

869. ξίφος ἐν σφαγαῖσι βάπτειν, *gladium cæde* h. e. sanguine *inquinare.*

871. μίαν δὲ παίδων, Hypermnestram, quæ Lynceo marito suo pepercit. ἵμερος θέλξει τὸ μὴ κτεῖναι ξύνευνον, *amor deliniet, ne ipsa quoque conjugem occidat.* Ne autem h. l. μὴ οὐ legendum putemus, observandum est, μὴ οὐ semper post verba prohibendi, cavendi, prætermittendi, sic poni, ut Latine per *quin*, aut *quo minus* reddi possit; h. l. vero alia ratio est.

872. ἀπαμβλύνειν ut simplex ἀμβλύνειν de impetu animi retardato et fracto ponitur. Comparatio a retusa ferri acie ducta est. Sic Theb. 717. τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ.

873. γνῶμαι h. l. sunt judicia hominum de ipsius facinore, seu famæ notationes. Sensus: *Cumque optionem haberet duplicis inter homines existimationis, maluit tamen imbellis mulieris quam cæde pollutæ nomen mereri.* Atque sic ei contigit, ut *in omne nobilis ævum* esset, ut ait Horatius in nobilissimo loco Carm. iii. 2. quem si tirones cum Nostro compararint, aliud hujus fabulæ filum a Romano poëta texi, aliud ab Æschylo facile observabunt.

877—879. σπορᾶς—κλύειν. Hæc circumscriptione Hercules significatur, Prometheum liberaturus.

Τόξοισι κλεινὸς, ὅς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
Λύσει. τοιόνδε χρησμὸν ἡ παλαιγενὴς
Μήτηρ ἐμοὶ διῆλθε Τιτανὶς Θέμις·
Ὅπως δὲ χὤπη, ταῦτα δεῖ μακροῦ χρόνου
Εἰπεῖν, σύ τ' οὐδὲν ἐκμαθοῦσα κερδανεῖς.

Ἰώ. Ἐλελελελελεῦ,
Ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς
Μανίαι θάλπουσ', οἴστρου δ' ἄρδις

878. κλεινὸς] κλεινοῖς Ald. Rob. 880. ἐμοὶ] ἐμὴ cod. Vit. 881. ὅπως δὲ χὤπη] ὅπως δὲ χ' ὅπη Ald. ὅπως χὤπη Rob. ταῦτα δεῖ] ταῦτα δὴ citat Turn. e. cod. χρόνου] λόγου Victor. interpolatum ex. v. 876. 883. Ἐλελελελελεῦ] Rob. addit ; ἰὼ ἰώ ; unde Pauwius conj. Ἰώ, ἰὼ ἐλελεῦ, ἐλελεῦ. 885. θάλπουσ'] θάλπουσιν Ald.

879, 880. τοιόνδε—Θέμις. Themis enim vaticiniis clara Delphico quoque oraculo secunda post Terram præsedisse ferebatur, quam Titanes, ac deinde Apollo ordine exceperint. Cf. Eumenid. v. 1. sqq. Quamquam alium ordinem præsidum hujus oraculi narrat Pausanias, lib. x. c. v. p. 809. et Kühn.

882. Jam Io novis furoris stimulis se agitari sentit. Hic tamen primos tantum ejus impetus verbis describit, reliqua vero scena egressa spectatoris imaginationi conjicienda relinquit. In quo cum nihil non prudenter instituerit poëta, inepte tamen Pauwius eum vituperat, quod linguæ et mentis confusionem haud accurate satis verbis expresserit.

884. σφάκελος h. l. *mens inflammata ;* φρενοπληγεῖς μανίαι ornate plurali in singularis locum adhibito ; *furor mentem de statu dejiciens.* θάλπουσι apposite dictum, quia paroxysmi furoris sanguinem vehementer accendunt.

885. οἴστρου ἄρδις, *insaniæ telum.* (Qui per totam tragœdiam, ubicunque οἶστρος occurrit, id de vero asilo intelligunt, h. l. οἴστρου ἄρδις s p i c u l u m interpretantur. Tum vero epitheton ἄπυρος multo majore difficultate premitur.) ἄρδις proprie *cuspis teli ;* h. l. pars pro toto. ἄπυρος Scholiastæ sic intelligunt, quasi α intensivum sit, et ἄπυρος i. q. πολύπυρος. Quamvis autem ad sensum bene diceretur *furoris telum ignitum,* tamen quia ἄπυρος, ab Homero et Pindaro constanter negativo sensu usurpatur, in hoc genere elocutionis ambiguitas inesset valde incommoda. Garbitius ἄπυρος interpretatur *ignis expers,* quod significationi quidem vocabuli aptum est, sed sensui et verborum contextui parum respondet. Itaque h. l. verbis ἄρδις ἄπυρος nihil aliud significari puto, quam *telum igne non factum,* h. e. non ferreum, sed incorporeum et invisibile. Ἄπυρος enim apud scriptores Æschylo antiquiores est i. q. *igni non admotus, sine igne factus.* Qui vero adjectivum illud hoc sensu hic positum parum venustum esse putaverit, is cogitet velim non omnes veterum poëtarum imagines ad nostræ ætatis sensum examinandas esse. In Theb. v. 209. *frena* equorum poëta appellat *igne cusa* s. *fabricata,* πυριγενέτους χαλινούς. Id epitheton si ad nostrum sensum exegeris, valde frigidum et otiosum videbitur. At iis, qui multo propius a prima

Χρίει μ' ἄπυρος,
Κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει·
Τροχοδινεῖται δ' ὄμμαθ' ἑλίγδην,
Ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι, λύσσης
Πνεύματι μάργῳ, γλώσσης ἀκρατής·

887. κράδια] Sic Ald. Rob. Turn. etc. καρδία, quod est in Victor. Canter. metro adversatur. φόβῳ φρένα] φρένα φόβῳ Cod. Viteb. Ald. φόβῳ λακτίζει φρένα. Rob. 888. τροχοδινεῖται δ'] τροχοδινεῖται γ' Rob.

ferri inventione quam nos aberant, omnes imagines a ferri fabrica petitæ novitatis gratia blandiebantur. Si quis hodie de internis animi doloribus dixerit: *unsichtbare Pfeile verwunden mich*, nemo sane eum reprehenderit, quod hoc adjuncto (*unsichtbar*) tropum quasi molliat, ac definiat. Cur igitur Æschylus, qui crebris ad ferri inventionem et fabricam allusionibus delectatur, ista præsertim ætate, ubi ea novitatis decore splenderet, reprehensionem vereretur, si οἴστρου ἄρδις ἄπυρος cum respectu ad tela proprie sic dicta h. e. ferrea et igni cusa dixisset, et hoc adjectivo ἄπυρος telum metaphorice dictum a proprie sic appellato discrevisset? (Eodem modo supra v. 809. gryphos appellaverat *canes Jovis* non latrantes. Si *canes Jovis* dixisset, metaphora nondum satis insignita fuisset: cum igitur canibus proprie sic dictis naturale sit *latrare*, gryphos contra, distinguendi causa, *canes* dixit *non latrantes*. Sic h. l. telum furoris, ut eo certius a telo proprie sic appellato distinguatur, definitur adjuncto vocabulo ἄπυρος.) Qui vero Scholiastæ interpretationem nostræ prætulerit, ei pertinacius non repugnabo; modo ambiguitate eam premi concesserit, quam ut omnes boni scriptores, ita Æschylus inprimis caute vitare solet. Cf. Lexic. Æschyl. v. ἄπυρος.

887. κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει. *Cor præ timore præcordia verberat* s. *pulsat*. In λακτίζει generosa, et audaci metaphora, proprius verbi usus non est nimis premendus. Quod hic tragica severitate extulit Æschylus, id Plautus comica festivitate designavit, cor metuentis *artem ludicram facere* (Aulular. iv. 3. 3.) *atque in pectus emicare* dicens.

888. τροχοδινεῖται δ' ὄμμαθ' ἑλίγδην, *oculi autem volutim rotantur*; phantasma est verissimum et Iûs affectioni perquam accommodatum. Furibundi enim homines oculos misere distorquere solent.

889. ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι, λύσσης πνεύματι μάργῳ, *et rabiei tanquam turbinis impetu fero extra orbitam feror, der wilde Sturm der Wuth treibt mich ausser der Bahn umher*. Sic natura est furiosorum, ut, si iis exire licuerit, huc illud vagentur, viaque trita relicta per ambages discurrant. πνεῦμα furoris dicitur impetus, similitudine venti, qui, si vehementior est, sæpenumero proruit euntes, aut saltem hoc efficit, ut ægre se tenere possint et recta via incedere. Erunt tamen fortasse, qui malint hanc allegoriam a navis procellæ vi disjectæ comparatione fluxisse; quod nec mihi displicet, præsertim cum paulo post κυμάτων mentio fiat.

890. γλώσσης ἀκρατής, *linguæ impotens*; ut nostri de ebrioso dicunt; *er hat die Zunge nicht mehr in seiner Gewalt*. Sentit nimirum Io linguæ usum liberum sibi impediri, adeo ut balbutire et hæsitare incipiat.

Θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ
Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν,
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε
Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυ-

894. γνώμᾳ] γνώμῃ Rob. 895. γλώσσᾳ] γλώσσῃ Rob. 896. κηδεῦσαι] κηδεύειν Eustath. ad Il. ν'. Vulg. melius respondet sequenti ἐραστεῦσαι.

891, 892. Θολεροὶ δὲ λόγοι—ἄτης. *Et verba perturbata confusaque incassum ad fluctus acerbæ calamitatis illidunt. Meine gebrochnen Worte zerschlagen sich umsonst an den Wellen des grausen Verderbens.* Significat, querelas, quas vix ore proferre valeat, nihil adversus calamitatem proficere. εἰκῇ, *frustra*. *Fluctibus obloqui*, pro *loquendo nihil proficere*, nota est metaphora. cf. v. 1009.

Incredibilis est vis et vehementia ultimorum Iûs verborum, quibus dictis se spectatorum oculis subtrahit, attonitos eos calamitatis suæ magnitudine relinquens. Varietas nominum, quibus furorem designat, σφάκελος, μανία, λύσσα, claræque naturalium furoris accidentium imagines, sanguinis accensi, cordis vehementer palpitantis, oculorum celeriter volutorum ac distortorum, vagæ cursitationis, linguæ denique titubantis, hæ inquam imagines celerrimo quasi cursu concitatæ ita terrent ac perturbant animum spectatoris, ut, quo se vertat, nesciat. Fac actionis quoque dignitatem ac veritatem accedere, nihi fingi potest vehementius.

IN SCENAM VII.

v. 893—951.

Chorus acerrimo miseriarum Iûs, quas ei Jovis iniquus amor contraxerat, sensu perculsus, æqualitatem conjugii prædicat, et potentiorum numinum affinitatem utpote noxiam et periculosam aversatur.

893—900. ἦ σοφὸς—ἐραστεῦσαι. *Sapiens profecto, sapiens ille fuit, qui primus hanc sententiam animo concepit et verbis elocutus est, quod parem conjugem sibi jungere longe optimum sit; nec eum, qui loco tenui natus sit, aut divitiis affluentes, aut genere superbientes amare deceat.*

896. κηδεῦσαι καθ' ἑαυτόν. "*Affinitatem contrahere sibi comparem.* Garbitius *pro se ducere*, parum recte. Eustath. in Iliad. θ'. ἐξ οὗ (κῆδος) ἐπιθέσει τοῦ ν τὸ κηδεύω· ἐπί τε τοῦ θάπτειν (ὅθεν καὶ κηδεὺς νέκυος) καὶ τοῦ ἐπιγαμβρεύειν, καθ' ὃ ἔφη Αἰσχύλος· ὡς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ. In Iliad. ι'. Σημείωσαι ὅτι οὐ πρῶτος Αἰσχύλος εἶπεν· ὡς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ, τουτέστιν ἄριστόν ἐστιν ἑκάστῳ τὴν αὐτῷ ἐοικυῖαν λαμβάνειν, καὶ μὴ τῶν ὑπερκειμένων γάμων ἐρᾷν· ἀλλὰ πρῶτος Ὅμηρος καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἀχιλλέα ἐδίδαξε. Hæc Eustathius incurie admodum; quippe qui non animadverterat, Æschylum hanc sententiam non sibimet vindicasse, sed ut me-

τὸν ἀριστεύει μακρῷ·
Καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων,
Μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
Ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι [γάμων].

897. ἀριστεύει] ἀριστεύων Ald. 899. γέννᾳ μεγαλυνομένων] Arnaldus conj. γέννᾳ μεγ' ἀγαλλομένων. Heathius γέννᾳ γε μεγαλυνομένων. Neutro egemus. cf. not. ad v. 907. 900. γάμων] Hoc spurium arbitror, atque e scholio adjectum; subintelligi potest γάμων, aut aliud substantivum, sed adjicere necessarium non erat. Hanc suspicionem confirmat versus antistrophicus v. 908. ubi ultimum verbum πόνων aperte spurium est; a Turnebiana plane abest, et sane jam a pluribus editoribus omissum fuisset, nisi id propter metrum in strophico versu servandum putassent. Jam hunc scrupulum ex animis Criticorum evellimus: deleta enim v. 900. superflua clausula γάμων, et sublata v. 908. non superflua solum, sed etiam sensum turbante, vocula πόνων, metra utrinque ad amussim sibi respondent. Itaque γάμων uncis inclusimus.

net Scholiastes α'. Pittacum auctorem ejus celebrasse. De quo Diogenes Laërtius: τὸν δ' οὖν σοφὸν λέγεταί ποτε νεανίσκῳ συμβουλευομένῳ περὶ γάμου ταῦτα εἰπεῖν, ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι,

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτως
Τὸν Μυτιληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου·
Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη, καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν· ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας
Ἠνίδε, κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ·
Κείνων ἔρχεο, φησὶ, μετ' ἴχνια· χὠ μὲν ἐπέστη
Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον· τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.
Τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἀπήγετο νύμφην,
Οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Neque infrequens est a veteribus poëtis priores citari, cum et id factum etiam sit in Myrmidonibus ab Æschylo nostro, ubi Αἰσωπικοὺς λόγους, Æsopicas scilicet fabulas, laudat, ut et Pindarus Hesiodum Isthm. vi. Achillis verba apud Homerum, ad quæ respexit Eustathius, hæc sunt:

"Ἔνθα δέ μοι μάλα πολλὸν ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγήνωρ
Γήμαντι μνηστὴν ἄλοχον, εἰκυῖαν ἄκοιτιν
Κτήμασι τέρπεσθαι τὰ γέρων ἐκτήσατο Πηλεύς." *Stanl.*

900. ὄντα (ὄντα in Guelferb. abest.) χερνήταν] *cerdonem.* Speciem pro genere nominavit pro tenuioris ordinis ac fortunæ hominibus. Ultimum vocabulum γάμων si genuinum esset, significaret id quod Latine *conditio*, gallice *un parti* appellatur, hoc sensu: *man muss als ein Mann von geringem Stande weder reiche noch vornehme Partieen suchen.* Sed quia ultimum vocabulum antistrophes πόνων sine dubio spurium est, sequitur, ut et hoc γάμων in opposito strophes versiculo addititium sit.

Μήποτε μήποτέ μ' ὦ
Μοῖραι . . . . λεχέων Διὸς — ἀντιστ.
Εὐνάτειραν ἴδοισθε πέλουσαν·
Μηδὲ πλασθείην γαμέτᾳ
Τινὶ τῶν ἐξ Οὐρανοῦ.
Ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν

901. μήποτέ μ'] μήποτ' Ald. 902. Inter Μοῖραι et λεχέων aliquid deesse observavit Heath. Morellus ita suppleri posse notat: Μήποτε μήποτέ μέ γ' Ω μοῖραι, ὦ μοῖραι etc. Sed ejusmodi defectibus absque codicum subsidio satis tuto succurrere nemo potest. Διὸς] abest Ald. Turn. 904. γαμέτᾳ] ἐν γαμέτᾳ Turn.

Ac profecto sine ullo vel sensus vel constructionis vel collocationis verborum detrimento abfuerit. Nam post participia διαθρυπτομένων et μεγαλυνομένων vel ἀνθρώπων, vel μνηστήρων, vel γάμων aut simile quid facillime subintelligitur, nec ullo modo fieri potest, ut quis a sensu hujus ellipseos aberret, Ἐραστεῦσαι autem verbum elegantem periodi clausulam facit. Metrum quoque, cum in opposito antistrophes versu πόνων' resecetur ut h. l. γάμων, ab utraque parte salvum est.

901. sqq. μήποτε—Οὐρανοῦ. *Utinam ne umquam ὁ Parcæ Jovis tori sociam videatis, nec ulli proco e Cœli posteris nubam.* Ad sensum nihil interest, an Οὐρανοῦ h. l. nomen proprium sit, an appellativum. Prius tamen cum Brunckio verius puto. πλασθείην (Cl. Brunckius recepit πλαθείην. Nimirum ubicunque hoc sensu formæ ἐπλάσθην, πλασθεὶς etc. occurrant, librariorum errorem aut grammaticorum commentum subesse existimat. Ad metrum saltem perinde est, utro modo scribas. Nam prima syllaba in πλαθεὶς, πλαθείην etc. producitur, quia est a πλάω, per syncopen pro πελάω, cf. Brunck. ad Hecub. Eurip. v. 880.) *appropinquem*, i. q. *matrimonio jungar.*

906. ταρβῶ γὰρ, ἀστεργάνορα παρθενίαν εἰσορῶσ' Ἰοῦς, μέγα δαπτομέναν δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις. Si hunc in modum, sublato ut diximus postremo vocabulo πόνων, textum constituamus, facillimus optimusque sensus exibit: *Paveo enim, cum Iûs virginitatem viri s. proci non amantem video, valde afflictam miseris erroribus a Junone immissis.* ταρβῶ absolute positum, nec cum ἀστεργάνορα παρθενίαν conjungendum est. Similes enim constructiones supra occurrunt, v. c. v. 540. φρίσσω δέ σε δερκομένα μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον. v. 554. ἔμαθον τάδε, σὰς προσιδοῦσ' ὀλοὰς τύχας. v. 701. πέφριχ' εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς. Nec absimilis est verborum collocatio v. 146. σὸν δέμας εἰσιδούσῃ πέτρᾳ προσαυαινόμενον ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις. Garbitius male verbum ταρβῶ ad sequens ἀστεργάνορα παρθενίαν traxit, totumque locum hac interpretatione pervertit: "Ego virginitatem pertinacem non probo, nec tutam et commodam judico, et hoc quidem exemplo tuo, quia video te Io (corrigit nempe εἰσορῶσ' Ἰοῖ σε γάμῳ δαπτομέναν) inde (quasi scilicet Jupiter in virginibus tantum peccasset, nec multis etiam adulteriis nobilis fuisset) et Jovem allexisse in tui amorem, et Junoni factam suspectam, ut inde propterea a Junone exacerbata per zelotypiam affligari

Εἰσορῶσ' Ἰοῦς γάμῳ δαπτομέναν
Δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις [πόνων].

907. *γάμῳ*] Propter hanc vocem nec metrum hujus versiculi strophico respondet, nec sensus difficultate caret. In Aldina sic legitur *εἰσορῶσ' Ἰοῦς μὲ γάμῳ δ' ἀπτομέναν.* Suspicor autem Æschylum scripsisse *εἰσορῶσ' Ἰοῦς μέγα δαπτομέναν.* Ita hic versus quoad metrum antithetico v. 899. accurate respondebit; uterque enim erit Asynartetus ex trochaica penthemimeri, et basi anapæstica | -ᴗ | -- | - | ᴗᴗ- | ᴗᴗ- | ; et omnis interpretandi difficultas evanescet. Cf. Commentar. ad h. l. Ceterum Garbitio in mentem venerat Ἰοῖ σε, unde Morellus conj. legendum *εἰσορῶσ' Ἰοῖ σέ γε δαπτομέναν*; idem hunc versum sic ad justos numeros redigi posse putabat, si legatur *εἰσορῶσ' Ἰοῦς ἅμα δαπτομέναν.* In quo metro quidem recte consultum est, sensus venustati parum. Nam illud *ἅμα* hic plane otiosum esset. *δαπτομέναν*] *δαπανωμέναν* citat Turn. e cod. 908. *δυσπλάνοις*] *δυσπλάγχνοις* Turn. *ἀλατείαις*] *ἀλατίαισιν* Turn. *ἀλατείαισι* Vict. *πόνων*] Hoc vocabulum in Turn. plane abest; sive de conjectura id omiserit editor, sive codicis sui auctoritate ductus. In indice variantium lectionum nihil de eo notatur. Reliquæ editiones ad unam omnes agnoscunt *πόνων.* Genuinum tamen non esse vel hoc indicio proditur, quod eo sublato omnis difficultas tollitur, e qua se hactenus viri docti expedire non potuerunt, quamvis eam se sentire faterentur. Nostra vero ex emendatione, non solum Strophes et Antistrophes metra in ultimo versu sibi recte respondent

- ᴗ - - - ᴗ - -
οντα | χιρνη | ταν ι | ρασταν | ται
δυσπλα | νοις Η | ρας α | λατει | αις

variis jactationibus et difficultatibus, a quibus malis interim ego sum libera et tuta, dum fruor (quia pro ὅτι legendum putabat ὅτε) conjugio pari et æquali." Hæc vero explicatio, quot verbis constat, tot fere vitiis et incommodis laborat. Quæ quidem omnia vel hoc uno argumento convincantur, quod Garbitius Oceanitides nymphas, quæ castæ virgines erant, eas mulieres nuptas esse fingit. *ἀστεργάνορα παρθενίαν* ad Io pertinet; *virginitas procum non amans*, ut *φυξάνορα* Suppl. v. 10. *procos fugiens.* Odium erga Jovem Io ipsa prodiderat v. 765. Ceterum *ἀστεργάνορα παρθενίαν Ἰοῦς* periphrasis pro *Ἰὼ παρθένος ἀστεργάνωρ*, ut apud Homerum *ἱερὸν μένος Ἀλκινόου* et similia.

907. *γάμῳ* non solum metrum aperte turbat (nam in versu strophes opposito omnia se recte habent, nec ullus est mutationi locus), sed sensum etiam impeditum ac difficilem reddit. *δαπτομέναν* enim cum *ἀλατείαις* construitur. Et quamquam *γάμῳ* dativus causæ esse potest, tamen invenusta sic oritur constructionis ambiguitas, quia qui verba *γάμῳ δαπτομέναν* pronuntiari audierit, statim ea sic intelligit, q. d. *nuptiis vexatam*, deinde se ipse corrigere cogitur, cum finita demum periodo sentit *γάμῳ* absolute positum et *δαπτομέναν* cum *ἀλατείαις* construendum esse. Itaque mihi certum est *γάμῳ* e glossa in textum irrepsisse, ac deinde veram lectionem *μέγα* exturbasse.

908. *δύσπλανοι ἀλατεῖαι* i. q. *δύσμοροι ἀλατεῖαι.* Adjectivo enim pleonasmus ille inest, Græcis poëtis familiaris, quem alibi notavimus. Et sicut v. 580. *τηλέπλαγκτοι πλάναι* sunt *longinqui errores*, et v. 589. *πολύπλαγκτοι πλάναι multiplices errores*, sic *δύσπλανοι ἀλατεῖαι* sunt *miseri errores*, aut *calamitatis et ærumnæ*

Ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος ἄφοβος, ἐπῳδ.
Οὐ δέδια μηδὲ κρεισσόνων θεῶν

uterque enim est Trochaicus dimeter hypercatal. verum etiam interpretationi commodæ locus datur, quam quidem vocabulo πόνων servato nemo reperire potuit. Ceterum Arnaldus conj. ἀλαστίαισι πονῶν. Brunckio in mentem venit εἰσορῶσ' Ἰοῦς χρόα δαπτομέναν δυσπλάνοις Ἥρας ἀλαστίαις χόλῳ. 909. ὅτι] ὅτι corrigunt d'Arnaud, Pauw, Heath. Sed vide Commentar ad h. l. 910. μηδὲ κρεισσόνων θεῶν] In omnibus edd. et codd. adhuc collatis additur ἔρως post

pleni. Ἥρας vero genitivus est auctorem designans. Vocabulo πόνων omnes fere interpretes offensi sunt, neque vero si πονῶν legamus cum Arnaldo, omnis difficultas tollitur. Si γάμῳ defendi posset, nec aperte metro adversaretur, facilius illa se nobis ratio commendaret. Quod autem Morello in mentem venit, ἀλαστίαισι γοῶν, id adeo ineptum est, ut mirandum sit id viro docto in mentem venire potuisse.

909—911. ἐμοὶ δ', ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος ἄφοβος, οὐ δέδια. *Mihi vero, quod æquale conjugium* (quale scil. me unice expetituram jam professa sum) *securum est ac metus expers, nequaquam timeo.* Ἐμοὶ δ' οὐ δέδια refertur ad ταρβῶ γὰρ v. 906. quibus verbis se Iûs causa pavere significaverat. Jam vero se habere negat, cur sibi ipsi timeat. Nimirum quia v. 893. sqq. conjugii æqualitatem laudibus extulerat, et v. 901. sqq. Jovis ceterorumque deorum cœlestium connubia deprecata erat, hoc addit: quandoquidem conjugium æquale, quod sibi unice placeat, ab omni metu vacuum sit, sibi nihil timendum esse. Quæ cum ita sint, Arnaldi emendatione, parum etiam per se probabili, minime opus est, qui ὅτε pro ὅτι legendum putabat, hac sententia: *Mihi vero cum eveniet conjugium æquale, secura non timeo.* Is ἄφοβος perperam cum οὐ δέδια conjungit, unde futilis tautologia oritur. Nec meliorem rationem sequitur Abreschius, qui item ἄφοβος negat ad γάμος trahendum esse, sed potius Scholiastæ opinionem probat, post ἄφοβος verbum εἰμὶ supplendum esse censentis. μὲν autem ad δὲ, quod in μηδὲ latet, referendum est. Duo enim hic sunt orationis membra; primum negat Chorus sibi nuptias timendas esse, quas ipse sibi sponte sua electurus sit; sibi enim tantum ὁμαλὸν γάμον, qui metus expers sit, arridere; deinde vero optat, ne umquam aliquis potentiorum deorum oculos in se convertat. Illud igitur, quod suæ voluntatis erat, certo promittere; hoc vero, quod in aliena positum erat, optare tantum licebat. Consecutio igitur et sensus harum particularum μὲν et μηδὲ hic est: Mihi *quidem* non timeo—*sed tamen opto ne* etc.

μηδὲ κρεισσόνων θεῶν ἄφυκτον ὄμμα προσδέρκοιτό με, eleganti verborum figura elatum, pro eo quod vulgari sermone diceretur, *nec umquam potentiores dii me ament.* Est enim antecedens pro consequente, cum adspectu plerumque primi amoris igniculi excitentur. Nullo modo tamen ipse amor oculus dici potest; nam in oculis insidet amor; et oculis bibitur amor, non autem ferendum est sic deinceps poni θεῶν ἄφυκτον ὄμμα ἔρως. Hoc certum est his verbis ἄφυκτον ὄμμα μὴ προσδέρκοιτό με amorem describi; idque sine dubio occasionem dedit Grammatico, nescio cui, ut ad marginem scriberet ἔρως, quæ glossa deinde in textum immigravit. ἄφυκτον ὄμμα est, cui propter præpotentem vim nemo resistere po-

Ἄφυκτον ὄμμα προσδέρκοιτό με.
Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα
Πόριμος· οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν.
Τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.
Πρ. Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν,

θεῶν. Id autem glossema esse Scholiastæ, qui explicare vellet, quid sit θεῶν ἄφυκτον ὄμμα, facile patet; quo deleto multo venustior fit oratio. Itaque expunxi. Si ἔρως legitur, versus est Iambicus senarius, sublato vero hoc additamento Iambicus est dimeter hypercatal. 911. προσδέρκοιτο] προσδεράκῃ Rob. προσδέρκοισθε Ox. προσδέρκοι Ar. 912. sq. ἄπορα πόριμος] εἰς ἄπορα πόριμος Rob. atque ita in Cod. bibl. Reg. Gall. legi monuit Spanhem. ad Julian. p. 256. Verum hoc εἰς e glossa est; et si eo ad sensum opus esset, subintelligi deberet, non scribi. Sed vide Commentar. γενοίμαν] γενοίμην Ald. 915. αὐθάδης φρενῶν] αὐθάδη

test; *ein unwiderstehliches, siegendes Auge.*

προσδέρκοιτό με. Vix opus est ut moneamus, hoc tantum de adspectu amoris pleno intelligendum esse; quem sequatur fruendi et potiundi desiderium.

912. ἀπόλεμος πόλεμος est bellum iniquum, concertatio inique comparata, et quantum ad imbecilliorem partem attinet, periculosæ aleæ plena; adeoque non suscipienda. ἄπορα πόριμος multas difficultates, e quibus te haud facile possis expedire, præbens, *difficultatibus abundans.* Ita recte interpretantur Heathius et Abreschius, cujus ex animadversione quæ ad rem faciunt excerpta subjecimus. (Miror, inquit, post Stanleium etiam Spanhemio ad Julian. p. 256. locum de mendo fuisse suspectum, illum divinare πόρος ἀπόριμος, hunc ex cod. Reg. Gall. pæne extra dubitationem ponere legendum εἰς ἄπορα. Mihi certum est, correctores in eo loqui, qui quod non intelligebant, de suo addiderunt εἰς. Nec vel decem me moveant codices, ab edita ut recedendum putem. Solent enim apud utriusque linguæ scriptores nomina verbalia cognatamque verbis significationem sortita easdem admittere constructiones, iisdemque præpositionibus jungi, quibus verba ipsa." Exempla nos in lexico Æschyleo v. πόριμος suppeditavimus, multo, quam ea quæ Abreschius attulit, h. l. aptiora. Cl. Brunckius εἰς non scriptum quidem, sed tamen subintelligendum existimat, hoc sensu, ut ἄπορα πόριμος sit i. q. πόρον διδοὺς, vel ἔχων εἰς τὰ δύσκολα, ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατος, totaque ῥῆσις ita vertatur: *inexpugnabile bellum illud est, quod qui intentat amor facile artes excogitat, quibus se ex difficultatibus expediat.* At antecedens ἄφυκτον ὄμμα, et sequentia οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν suadent, ut h. l. potius de suo ipsarum periculo, quam de amoris deorum potentia Oceanitidas loqui credamus.) Verbale enim πόριμος eundem casum regit, quem verbum, a quo derivatur, πορεῖν, assumit.

913. οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν, *et profecto quid me futurum esset nescio, und ich weiss nicht was aus mir werden würde.*

914. τὰν Διὸς—φύγοιμ' ἄν. *Jovis enim mentem* h. e. victricem libidinem *non video quomodo effugere liceret.*

915. sqq. Magna est venustas in adumbratione ferociæ Promethei, qui semper altiores spiritus sumit, nec umquam ad inferiorem dignitatis gradum deprimitur.

Ἔσται ταπεινὸς, οἷον ἐξαρτύεται
Γάμον γαμεῖν· ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
Θρόνων τ' ἄϊστον ἐκβαλεῖ· πατρὸς δ' ἀρὰ
Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανθήσεται·
Ἣν ἐκπιτνῶν ἠρᾶτο δηναιῶν θρόνων.
Τοιῶνδε μόχθων ἐκτροπὴν οὐδεὶς θεῶν
Δύναιτ' ἂν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ, δεῖξαι σαφῶς.
Ἐγὼ τάδ' οἶδα, χῷ τρόπῳ. πρὸς ταῦτα νῦν

φρενῶν Ald. Rob. Sed difficilior constructio præferenda est. Cum Aldina consentit Mosqu. 1. ubi a manu recentiore superscriptum αὐθάδης. αὐθάδη φρενῶν male Turn. 916. οἷον] τοῖον Garb. Rob. Pauw. Morell. Vulgatum idem notat, sed est exquisitius. 918. θρόνων τ'] abest τ' Rob. Ita θρόνων a τυραννίδος regeretur. Receptam lectionem Æschylea loquendi consuetudo confirmat. πατρὸς δ'] πατρός τ' Ald. 919. τότ'] ποτ' alii teste Morell. τότε autem hic verborum contextui aptius. 920. ἐκπιτνῶν] ἐκπίπτων Viteb. ex interpretamento. 923. ἐγὼ τάδ' οἶδα] ἐγὼ δὲ ταδ' οἶδα Viteb.

ἦ μὴν—ταπεινός. *Profecto Jupiter, quamvis sit arrogans et obstinatus animo, humilis ac demissus erit,* οἷον ἐξαρτύεται γάμον γαμεῖν, *quantum e nuptiis quas parat intelligere licet; nach der Heirath zu schliessen, die er einmal treffen wird.* ἐξαρτύεται non de nuptiis quas nunc paret, sed quas olim paraturus sit.

917, 918. ὃς αὐτὸν—ἐκβαλεῖ. *Quibus nuptiis imperio solioque prorsus dejicietur, atque exturbabitur.* ἄϊστον, *obscurum, evanidum,* h. e. ita ut ne nominis quidem memoria maneat.

918—920. πατρὸς—θρόνων, *tumque jam omnino ratæ erunt patris Saturni diræ, quas* Jovi *imprecatus est, antiquo solio excidens.* δηναιῶν θρόνων, quos diu occupaverat.

921. μόχθων ἐκτροπὴ, calamitatis avertendæ ratio, malorum effugium.

923. sqq. *Proinde jam securus sedeat, excelso strepitu fretus, et igniferum telum manibus vibrans.* Cum hoc loco diligenter comparandi sunt v. 1000—1002. et v. 1051—1060. ut intelligatur quam singulari arte tragicus noster ab humilioribus verbis gradatim ad superiora adscendat. Quam enim h. l. sententiam Prometheus submissioribus verbis eloquitur, eandem post v. 1000. sq. elatioribus et ardentioribus verbis exprimit; donec tandem v. 1051. in eadem repetenda audacius exsultet oratio, et omni genere amplificationis exardescat. Nec prætermittendum est, quod, quamvis per se leve, tamen his locis non est ejusmodi, ut sentiri non possit, quod unaquæque harum periodorum, ad sententiam quidem similium, ad elocutionem vero quasi gradibus quibusdum altius surgentium a verbis πρὸς ταῦτα incipiat, quæ ratio, anaphoræ figuram imitans, hanc vim habet, ut animum non eorum solum quæ dicenda sunt exspectatione, verum etiam antea dictorum recordatione feriat. πεδαρσίοις κτύποις pro tonitribus forte cum contemtus aliqua significatione dictum; quasi tonitrua Jovis nihil aliud nisi inanem quendam strepitum efficiant. cf. v. 931.

Θαρσῶν καθήσθω, τοῖς πεδαρσίοις κτύποις
Πιστὸς, τινάσσων τ' ἐν χεροῖν πυρπνοῦν βέλος.
Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει, τὸ μὴ οὐ
Πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά.
Τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται
Ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, δυσμαχώτατον τέρας·
Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,
Βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον·
Θαλασσίαν τε, γῆς τινάκτειραν νόσον,
Τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος σκεδᾷ.

924. θαρσῶν] θαῤῥῶν Schol. Victor. In Cod. Mosq. 1. supra v. θαρσῶν notatur γρ. θαρσείτω. καθήσθω] καθείσθω Ald. κτύποις] τόποις Schol. minus eleganter. 925. πιστὸς] πυστὸς Schol. inepte. πίσυνος conj. Stanl. sine causa idonea. τινάσσων τ'] τινάσσοντ' al. teste Morell. πυρπνοῦν] Sic cod. Reg. B. πύρπνοον Ald. ἐν χερὶ πύρπνοον conj. Pauw. χεροὶ πυρίπνουν Viteb. Ἐν χερὶ πυρίπνουν βέλος Cod. Reg. A. 926. οὐ abest Cod. Mosq. 1. 928. νῦν παρασκευάζεται] παρασκευάζεται νῦν Mosq. 2. Ald. Rob. 929. ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ] αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ Ald. αὐτὸς ἑαυτῷ Mosq. 1. utrumque adversus metrum. 931. ὑπερβάλλοντα] ὑπερβάλλον Mosq. 2. καρτερὸν] κρατερὸν Ald. 932. γῆς] γῆς τε Mosq. 1. τινάκτειραν νόσον] Non satis pla-

926. sq. οὐδὲν—ἀνασχετά. *Nam hæc omnia ei non suffecerint, quo minus ingenti ruina turpiter cadat.* πτώματα οὐκ ἀνασχετὰ, *minæ, quæ nulla arte aut vi fulciri et sustineri possunt.*

928. sq. τοῖον—τέρας. *Talem adversarium nunc ipse adversus se parat, monstrum inexpugnabile.*

τοῖον παλαιστήν. "Non hic Hercules denotatur, ut putabat P. Brumoy, nunquam enim ille Jovem regno fuit exturbaturus; sed filius nunquam revera natus, nasciturus tamen, si nuptias cum Thetide consummasset Jupiter." *Heath.* Apte dictum παρασκευάζεται, quia hunc hostem e Thetidis connubio suscepturus erat.

930. sqq. ὃς δὴ—σκεδᾷ. *Et qui flammam fulmine potentiorem fragoremque tonitru vi superantem inveniet.* Apte contulit Arnaldus simillimum Pindari locum, Isthm. viii. 68. sqq.

— — — Εἶπε
Δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις
Εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
Ποντίαν Θεὸν ὃς κεραυνοῦ
Τε κρέσσον ἄλλο βέλος
Διώξει χερὶ τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Διΐ μισγομέναν
Ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φεοῖσι — —

ὑπερβάλλοντα βροντῆς, *tonitru superantem.* Rarior constructio hujus verbi cum genitivo, non tamen omnino inaudita. cf. Lex. Æsch. h. v.

932, 933. θαλασσίαν τε, γῆς τινάκτειραν νόσον, τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος σκεδᾷ, *et qui marinum tridentem, terram concutiens malum, Neptuni lanceam dissipabit.* θαλασσίαν Stanleius ad νόσον traxit; concinnius autem est, commate illud a γῆς τινάκτειραν νόσον sejunctum,

Πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται
Ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

cet tridentem h. l. morbum aut malum dici. Forte Æschylus scripsit:

Θαλασσίαν τι, γῆς τινακτὴρ, ἱνόσων
Τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος σκιδᾷ.

h. e. *quique* (novus quasi) *terræ concussor*, (fortior scilicet Neptuno ἐννοσιγαίῳ) *marinum tridentem vibraturus illam Neptuni lanceam dissipabit*. Sed vide Commentar. ad h. l. 933. αἰχμὴν τὴν] αἰχμὴν τοῦ Rob. 935. ὅσον] ἴσσον Rob.

cum τρίαιναν construere. Sed illud γῆς τινάκτειραν νόσον mihi placere jam in notis ad V. L. negavi; non quod omnino de τριαίνῃ terram concutiente bene dici non possit (ubi enim Latinis *pestis*, *noxa*, aut *calamitas*, ibi Græcis νόσος in usu est); sed quod h. l. quia τρίαιναν σκιδᾷν dicitur, allegoriæ venustatem turbare videtur. Si scripsisset Æschylus, ut nobis in mentem venit:

Θαλασσίαν τι, γῆς τινακτὴρ, ἱνόσων
τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος σκιδᾷ.

primum antecedentibus versiculis melius responderet; ut enim ibi novus Jovis adversarius fulmini aliud fulmen, tonitribus alia tonitrua, sic hoc versiculo Neptuni tridenti alium tridentem objicere diceretur. *Deinde* id melius responderet Pindari loco, ubi diserte marinæ deæ filius, non solum fulmine, sed etiam tridente fortius telum vibraturus esse fertur. *Tum* idem graviter sane Neptuni titulo, quasi qui totam ejus possessionem invaserit, γῆς τινακτὴρ, vel τίνακτωρ appellaretur. Ita enim proprie Neptunum, (Soph. Trach. v. 510.) sicut Ἐννοσιγαῖον, ἐνοσίχθονα, σεισίχθονα vocari neminem fugit. *Denique* sic imago adversarii cum Jove et Neptuno depugnantis optime absolveretur. σκιδᾷ enim h. l. i. e. ac *franget*, *inutilem reddet*; q. d.: Neptunus quidem lanceam suam vibrabit, at ille alium tridentem, et fortiorem quidem, vibraturus illam franget. Hoc igitur phantasma simile esset Homerico, ubi Neptunus Acamantis in Antilochum irruentis lanceam frangit:

ἀμενήνωσεν δὲ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων, βιότοιο μεγήρας.
Καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ μεῖν' ὥστε σκῶλος πυρίκαυστος
Ἐν σάκει Ἀντιλόχοιο, τὸ δ' ἥμισυ κεῖτ' ἐπὶ γαίης.

Quod autem reponendum censui ἱνόσων est a verbo ἰνόθω, *quatio, vibro*, cujus futurum inf. ἰνόσιμεν, citat Hesychius, et a quo ipso Neptunus ἐνοσίχθων vel ἐννοσιγαῖος appellatur. Metri autem causa quoties opus est ν in prima syllaba duplicatur. His igitur ita constitutis totum locum sic Teutonice verterim: *Einen solchen Kämpfer ist er im Begriff selbst wider sich zu erzielen, ein unbezwingliches Abenteuer; der eine Feuerflamme stärker als der Blitz, und einen den Donner übertreffenden Knall erfinden, und als ein neuer Erderschütterer den oceanischen Dreyzack schwingend, jene Lanze des Neptunus zerbrechen wird.* Quod reliquum est, emendatio nostra Brunckiorum, Heyniorum, Mororum, Ruhnkeniorum, Valckenariorum, Wyttenbachiorum, quos honoris causa nomino, similiumque Criticorum judicio stabit aut cadet, qui justis finibus nimiam corrigendi libidinem, servilemque vulgatæ cujuscunque farinæ sit codicum scripturæ affectationem discernunt.

934. *Cumque ad hanc calamitatem offenderit, discet, quantum inter imperium et servitutem intersit.* πταίειν *impingere offendere*, bene convenit τοῦ πτώματος notioni v. 927. Ultima verba Jovi acerbitatem imperii exprobrant, eique, quod tum demum servitutis molestiam sen-

Χο. Σὺ θὴν ἃ χρήζεις, ταῦτ᾽ ἐπιγλωσσᾷ Διός.
Πρ. Ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ᾽, ἃ βούλομαι, λέγω.
Χο. Καὶ προσδοκᾷν χρὴ δεσπόσειν Ζηνός τινά;
Πρ. Καὶ τῶνδέ γ᾽ ἕξει δυσλοφωτέρους πόνους.
Χο. Πῶς οὐχὶ ταρβεῖς, τοιάδ᾽ ἐκρίπτων ἔπη;
Πρ. Τί δ᾽ ἂν φοβοίμην, ᾧ θανεῖν οὐ μόρσιμον;
Χο. Ἀλλ᾽ ἆθλον ἂν σοι τοῦδέ γ᾽ ἀλγίω πόροι.
Πρ. Ὅδ᾽ οὖν ποιείτω, πάντα προσδοκητά μοι.
Χο. Οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν, σοφοί.
Πρ. Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ᾽ ἀεί.
Ἐμοὶ δ᾽ ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.
Δράτω, κρατείτω τόνδε τὸν βραχὺν χρόνον
Ὅπως θέλει· δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς.
Ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
Τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον·
Πάντως τι καινὸν ἀγγελῶν ἐλήλυθε.

938. δεσπόσειν] δεσπόζειν Viteb. Ζηνὸς τινά] Διὸς τινά Mosq. 2. Ald. τινὰ Διὸς et superscriptum γρ. Ζηνὸς τινά Mosq. 1. 939. καὶ τῶνδέ γ᾽] καὶ τῶνδέ τ᾽ Rob. τῶν δ᾽ Mosq. 1. et supra scriptum γρ. τῶν δέ γε. 942. ἂν] αν Mosq. 2. 943. ὅδ᾽ οὖν] Ita Brunck. e codd. Regg. et ante eum Turn. Garb. Grot. Eandem lectionem præbent Mosqq. Viteb. ὁ δ᾽ οὖν Edd. Morell. 945. θῶπτε] θάπτε Mosqq. Ald. 948. θέλει] θέλοι Mosq. 1. 950. τὸν τοῦ] τοῦ omittunt Mosqq.

surus et servorum conditionem miseraturus sit, illudit.

936. Sequitur suavis et morata dialogi alternatio, inter Chorum Jovis metu et reverentia plenum, et Prometheum nihil ideo a ferocia remittentem. θὴν h. l. non significat *sane*, sed *diu*, *jam dudum*.

943. ὅδ᾽ οὖν ποιείτω—μοι. Rectissime vertit Cl. Brunck. *faciat ille, quicquid voluerit; ad omnia paratus sum*. Vulgata ὁ δ᾽ οὖν ποιείτω, *ita igitur faciat*, minus recondita, et propterea facile illius loco a librariis substituta est.

944. οἱ—σοφοί. *Qui Adrasteam*, h. e. *Jovis vindictam*, *reverentur*, *sapiunt*. Adrasteam Nemesin, Jovis filiam, nemo ignorat.

945. σέβου—ἀεί. *Reverere, adora, adulare æternum regem*. Observetur gradatio in his verbis, vehementiæ index et acerba irrisio, cum eum æternum regem appellat, quem et antea, et paulo post v. 947. mox regno excisurum affirmat.

946. ἐμοὶ—μέλει. *Ego autem Jovem flocci non facio*.

949. Διὸς τρόχιν, *Jovis cursorem*, servili nomine et contemtim Mercurium appellat.

951. πάντως ἐλήλυθε. *Utique venit novi quid nunciaturus*.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. ΧΟΡΟΣ. ΕΡΜΗΣ.

ΕΡΜΗΣ.

ΣΕ, τὸν σοφιστὴν, τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον,
Τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς, τὸν ἐφημέροις
Πορόντα τιμὰς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω·
Πατὴρ σ' ἄνωγεν οὕστινας κομπεῖς γάμους
Αὐδᾷν, πρὸς ὧν τ' ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους·
Καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν αἰνικτηρίως,
Ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε· μηδ' ἐμοὶ διπλᾶς

953. τὸν ἐφημέροις] τὸν ἡμέροις minus apte Viteb. Schol. ἐφημέροις sine τὸν Mosq. 1. τὸν ἀνθρώποις Mosq. 2. e glossa. 955. σ' ἄνωγεν] ἄνωγέ σ' Ald. Rob. ἀνώγεισ' conj. Heath. probante Morello, quia scil. existimabat atticos poëtas augmentum non abjicere. Sed bene eum refutat Brunckius, cujus etiam transpositio σ' ἄνωγεν pro vulg. ἄνωγέ σ' placet. γάμους] λόγους Rob. 956. ἐκπίπτει] ἐκβληθῇ Rob. e scholio natum. 958. ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε] Ita Brunck. e codd. Regg. qui illam scripturam in pluribus et melioribus libris observavit. ἀλλ' αὐθέκαστα φράζε Rob. μηδ' ἐμοὶ διπλᾶς] μηδ' ἐμ' εἰς διπλὰς Mosq. 2.

IN SCENAM VIII.

v. 952—fin.

Cum per omnem Promethei vincti tragœdiam hoc egit poëta, ut nobis exemplar proponeret viri fortis cum male fortuna compositi, tum in extrema scena summam vim et evidentiam addidit imagini justi et pertinacis viri, quem ne atrocissimæ quidem instantis tyranni minæ frangere, aut de solitæ mentis statu dejicere possint. Paribus incrementis ad finem usque pericula Promethei et spiritus augentur; numquam ab admiratione requiescit spectator, nec tamen fatigatur gravitate spectaculi; nec prius remittitur intentio et cura, quam impavidus Prometheus montis cui affixus erat ruinis sepultus fuerit oculisque spectatorum ereptus.

952. πικρῶς ὑπέρπικρον, *acerbe peracerbum.* Sic Æschylum scripsisse valde dubito. Quid, si legamus πικρῶν ὑπέρπικρον, h. e. *acerbitates* fortunæ *acerbitate sua superantem*; vel πικροῖς ὑπέρπικρον, *acerbis fatis majorem animi acerbitatem opponentem?* Sic enim et supra σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς v. 178. Et ipse quoque Mercurius ei ferociam in adversa fortuna aliquoties exprobrat, v. c. v. 979. 1065.

955, 956. πατὴρ—κράτους. *Pater te jubet quas nuptias jactas edisserere, quibus ille regno excisurus sit.*

957, 958. καὶ ταῦτα—ἔκφραζε, *et in his quidem noli ambagibus aut obscuris circuitionibus uti, sed singula clare ac perspicue expone.* cf. supra v. 615. "αὔθ' ἕκαστα vel conjunctim una voce, sicut etiam Aristot. Eth. iv. ipsum ἀληθῆ vocat αὐθέκαστον, sincerum, candidum, et integrum, in quo nihil sit ficti, tecti aut simulati." *Garbit.*

958, 959. μηδ' ἐμοὶ διπλᾶς ὁδοὺς προσβάλῃς. *Nec mihi bis eadem eundi et redeundi necessitatem imponas (mache mir*

Ὁδοὺς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς· ὁρᾷς δ' ὅτι
Ζεὺς τοῖς τοιούτοις οὐχὶ μαλθακίζεται.
Πρ. Σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως
Ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς θεῶν ὑπηρέτου.
Νέον νέοι κρατεῖτε, καὶ δοκεῖτε δὴ
Ναίειν ἀπενθῆ πέργαμ'· οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
Δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
Τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
Αἴσχιστα καὶ τάχιστα. μή τι σοὶ δοκῶ
Ταρβεῖν ὑποπτήσσειν τε τοὺς νέους θεούς;
Πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. σὺ δὲ
Κέλευθον, ἥνπερ ἦλθες, ἐγκόνει πάλιν.
Πεύσῃ γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ.

959. προσβάλῃς] προσβάλλῃς Ald. Rob. turbato metro. προσβαλῇς Προμηθεῦ Mosq. 2. haud melius. 961. σεμνόστομός γε] σεμνοστομός τε cod. Reg. B. 962. θεῶν] Διός Rob. 966. κοιρανοῦντ'] τυραννοῦντ' Ald. Rob. etc. Sed κοιρανοῦντ' est in Regg. Viteb. idque Brunckius jure recepit. Nam τυραννοῦντ' ortum est ex eo, quod scriptoris animo præcedens τυράννους adhuc obversabatur, cum ad hunc versum pervenisset. Ceterum in Garb. legitur: τρίτον δὲ τὸν νῦν τυραννοῦντ' ἐπόψομαι. Heathius probante Morello sic emendabat: τ. δ. καὶ τὸν νοῦν τυραννοῦντ' ὄψομαι, Pauwius vero sic: τρίτον δὲ τὸν νυνὶ τυραννοῦντ' ὄψομαι. 969. πολλοῦ γε] πολλοῦ δὲ Ald. 971. ἀνιστορεῖς] Hanc lectionem e cod. Viteb. et ed. Rob. restituimus. Eandem Brunckius probavit. ἂν ἱστορεῖς cod. Reg. A. Ald. Turn. ἂν ἱστορῇς Victor. ἀνιστορῇς citat Steph. ἱστορεῖς cod. Mosq. 1. et supra: γρ. ἀνιστορεῖς.

nicht zwey Wege) his verbis monet Mercurius, ut a superflua mandatorum deprecatione, et vanis Jovis voluntatem mutandi consiliis abstineat. Ad hæc enim pertinet v. 960. τοῖς τοιούτοις.

961, 962. σεμνόστομός γε—ὑπηρέτου. *Grandisona utique et superbiæ plena est tio, qualis deorum ministrum decet.* Salse ridet Mercurium servitio tanquam dignitatis fastigio superbientem.

963. νέον νέοι κρατεῖτε. Facetum est, quod una Jovem ejusque ministrum in his alloquitur, quæ proprie tantum ad Jovem pertinent. Sed hanc rationem in similibus aliæ quoque linguæ imitantur; vernacula quidem ad verbum reddere valet: *Ihr Herren seyd noch so neu, und denkt freylich schon in eurer Residenz ganz fest und ungestört zu sitzen.*

964. sq. οὐκ ᾐσθόμην; Hoc vel ad Cœlum et Saturnum, vel ad Ophiona et Saturnum spectat.

966. ἐπόψομαι, scil. ἐκπεσοῦντα.

969. sq. σὺ δὲ—ἐγκόνει πάλιν, *du aber geh immer wieder hin, wo du hergekommen bist.* "Verbum ἐγκονεῖν (cf. Sept. adv. Theb. v. 60. Aristoph. Plut. 255.) pertinet proprie ad eos qui currendo κόνιως πληροῦνται. Ar. A. 1087. Ἐγκονέοντες, σπεύδοντες, ἐπειγόμενοι. Ἐγκονῶς, ταχέως, ἐσπευσμένως. Hesych." *Morell.*

971. οὐδὲν ὧν i. q. οὐδὲν τούτων ἅ.

Ἑρ. Τοιοῖσδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασιν
Ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.
Πρ. Τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν,
Σαφῶς ἐπίστασ', οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ.
Κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ,
Ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον.
Οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών.
Ἑρ. Χλιδᾶν ἔοικας τοῖς παροῦσι πράγμασι.
Πρ. Χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
Ἐχθροὺς ἴδοιμι· καί σε δ' ἐν τούτοις λέγω.
Ἑρ. Ἦ κἀμὲ γάρ τι συμφοραῖς ἐπαιτιᾷ;

973. καθώρμισας] καθώρσας Rob. καθώρισας Viteb. κατήγαγες Ar. κατώρσας et supra Schol. ὅρμισας Mosq. 1. Hæ lectiones vel corruptæ vel e glossematibus ortæ. 975. ἂν ἀλλάξαιμ'] ἀπαλλάξαιμ' marg. MS. ap. Morell. 977. φῦναι] φῆναι Mosq. 2. Viteb. e glossa κληθῆναι. item Ald. Turn. Garb. 979. πράγμασι] πήμασι Turn. Vict. Sed h. l. vocabulum μέσον elegantius est, et πράγμασι est in Codd. Regg. Viteb. 980. χλιδῶ;] Post hoc verbum commate distinguunt Ald. Rob. Interrogationis notam primus recte posuit Turn. 982. συμφοραῖς] συμφορᾶς emendat Valckenaer ad Eurip. Phœniss. 632. συμφοραῖς ἐπ' αἰτιᾷ Mosq. 1. atque sic emendandum censebat Pauw.

973. καθορμίζειν, proprie *stationem subire, in portum appellere*, h. l. in malam partem de eo dicitur, qui suapte culpa malam fortunam subiit; translatione a navibus petita, quæ brevibus vadis deprehensæ hærent.

974. sq. τῆς—ἐγώ. *Certo scito me nunquam, si optio detur, infortunia mea tuis servitiis permutaturum esse.*

976. τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ. Graviter et ad consilium apte extulit quod simplici sermone sic elocutus fuisset, *malo huic petræ affixus vivere.*

979. χλιδᾶν, *delectari.*

980. sq. χλιδῶ; λέγω. Quod subamaræ Mercurii quæstioni sic respondet, ut se his fortunis delectari neget, id ipsum magnitudinem ejus animi in clariore luce ponit. Etenim si non sensisset molestias, facilior ei fuisset ferocia. Nunc cum se acerbissimo malorum sensu angi haud diffiteatur, nec tamen ideo inimicis se submittat, sed iis illudere et mala precari pergat, magnus ad fortitudinis existimationem cumulus accedit.

982. ἢ—συμφοραῖς ἐπαιτιᾷ. "Ne quis scriptum suspicetur συμφορᾶς, sensum esse moneo: *Num et me his calamitatibus auctorem adscribis?* vel, ut vertit interpres, *incusas ob calamitates?*" *Abresch.* Heathius eandem lectionem tuetur, ita ut dativum causæ συμφοραῖς esse existimet, nec ab ἐπαιτιᾷ rectum, sed absolute positum, sicut Agam. v. 139. οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ πτανοῖσι κυσὶ πατρὸς, ultima verba absolute posita significant *propter alatos Jovis canes.*

Πρ. Ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεοὺς,
Ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως.
Ἑρ. Κλύω σ' ἐγὼ μεμηνότ' οὐ σμικρὰν νόσον.
Πρ. Νοσοῖμ' ἂν, εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.
Ἑρ. Εἴης φορητὸς οὐκ ἂν, εἰ πράσσοις καλῶς.
Πρ. Ὤμοι.
Ἑρ. Τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται.
Πρ. Ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος.
Ἑρ. Καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίστασαι.
Πρ. Σὲ γὰρ προσηύδων οὐκ ἂν ὄνθ' ὑπηρέτην.
Ἑρ. Ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ.
Πρ. Καὶ μὴν ὀφείλων γ' ἂν τίνοιμ' αὐτῷ χάριν.

893. ἐχθαίρω] ἐχθραίνω Turn. 984. κακοῦσι μ' ἐκδίκως] κακοῦσιν ἐκδίκως alii citante Morell. κακοῦσι μ' ἀδίκως Mosq. 2. e glossa. 985. σμικρὰν] μικρὰν Ald. Rob. Vict. 987. πράσσοις] πράσσεις Ald. vitiose.

983, 984. ἁπλῷ—ἐκδίκως. *Uno verbo, cunctos deos odi, qui beneficiis affecti me injuria affligunt.* Quia Prometheus præcipuus auctor fuerat, ut Jupiter imperium obtineret, ceterorum quoque deorum munera, a Jove distributa, sibi tanquam eorum benefactori vindicat. cf. v. 439 sq.

988. ὤμοι. Sapienter tragicus semel hic ingemiscentem Prometheum ostendit, ut magnitudinem dolorum animadvertat spectator, qui ei, quamvis invito, tandem gemitum expresserint; id quod hanc vim habet, ut animi robur, et generosum pectus, quod tantis malis ille opponat, eo magis admiretur.

989. ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος. Plura in hanc sententiam veterum dicta collegit doctiss. Valckenaer ad Hippol. p. 210, 211.

990. καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίστασαι. Hujus dicterii occasionem Mercurius e Promethei verbis proxime præcedentibus capit. *Gleichwol hast du noch nicht gelernt weise zu seyn.*

991. Mercurii dicterio opponit aliud, quod illum mordeat, q. d. *Haud errasti, Mercuri, me nondum sapere didicisse; si enim saperem, tecum sane, utpote servo, verba non commutarem.* Superbum hocce dictum mordaci brevitate elatum.

992. ἐρεῖν—πατήρ. *Nihil videris eorum dicturus, quæ scire vult pater*

993. καὶ μήν γε h. v. aliter ponitur, ac paulo ante v. 990. Ibi enim significabat *atqui, attamen*, et exceptionem affirmationi generatim pronuntiatæ opponebat. H. l. vero inest concessio ejus, quod ab altero dictum erat, addita oppositi ratione ironica, q. d. *Non errasti, me Jovi nihil eorum quæ scire velit dicturum; quamvis ei propter beneficia, quibus me affecit, gratificari deberem.* Brevitatem dicti Latinus sermo sic imitetur: *Pro meritis scilicet et devinctus hanc gratiam retulerim.*

Ἑρ. Ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ᾽ ὄντ᾽ ἐμέ.
Πρ. Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε, κἄτι τοῦδ᾽ ἀνούστερος,
Εἰ προσδοκᾷς ἐμοῦ τι πεύσεσθαι πάρα;
Οὐκ ἔστιν αἴκισμ᾽ οὐδὲ μηχάνημ᾽, ὅτῳ
Προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
Πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.
Πρὸς ταῦτα, ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
Λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι
Χθονίοις κυκάτω πάντα, καὶ ταρασσέτω·
Γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδ᾽ ἔμ᾽, ὥστε καὶ φράσαι
Πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

994. ὄντ᾽ ἐμέ] ὄντα με. Ald. Rob. Turn. Vict. etc. Illud post Brunckium prætulimus. Παῖδά με Viteb. invito metro. 995. κἄτι] Ita recte rescripsit Brunck. et metro conveuienter. καὶ ἔτι in ceteris perperam 996. πεύσεσθαι] πευσεῖσθαι cod. Reg. B. Ald. Rob. Turn. πάρα ;] signum interrogationis primum recte posuit Steph. 997. αἴκισμ᾽] αἴκιμ᾽ est vitium typogr. ed. Victor. in Stanl. propagatum. 998. προτρέψεται] προστρέψεται Viteb. 1000. αἰθαλοῦσσα] recte restituerunt Valckenaer ad Eurip. Phœniss. 524. et Brunck. αἰθαλοῦσα Ald. Rob. αἰθάλουσα Viteb. Turn. Vict. αἰθεροῦσσα Schol. 1001. λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι] λευκοπτέροις δὲ νιφάσι cod. Reg. B. 1003. τῶνδ᾽] τῶνδε Viteb. φράσαι] φράσειν id.

994. ἐκερτόμησας—ὄντ᾽ ἐμέ. *Nimirum me probris lacessis tanquam puerum.* δῆθεν h. l. sententiam affirmat, sed ita, ut causam affirmationis in præteritis latentem simul respiciat. Germ. *Ich sehe wol, du hudelst mich wie ein kleines Kind.*

999. δεσμὰ λυμαντήρια, *vincula corpus adfligentia*, quod supra audaciori tropo expresserat Chorus ἀδαμαντοδέτοις λύμαις. v. 148.

1000—1002. πρὸς ταῦτα—ταρασσέτω. *Quocirca jaciatur ardens flamma,* h. e. fulmen Jupiterque *alba nive terrestrique tonitru omnia misceat et confundat.* πρὸς ταῦτα male Garbitius verterat: *contra hæc.* Nec melius Stanl. *præter hæc.* Recte vero Valckenaer ad Eurip. Phœniss. v. 1040. in talibus *proinde* s. *quapropter* vertendum esse vidit. Imitatus est h. l. Euripides in fragmento Sylei:

Πρὸς ταῦτ᾽ ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα·
Πίμπρη· κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
Πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ δ᾽ ἄνεισ᾽ εἰς αἰθέρα
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ᾽ ἀπαντῆσαι λόγον.

Nivem pulcro epitheto dicit λευκόπτερον et colorem et levtitatem signante. Similis compositio est in μελαμβαθὴς et aliis. Βροντήματα χθόνια de vero tonitru, sed terram concutiente, non de internis terræ motibus intelligendum. cf. v. 1055. 1089.

Ἑρ. Ὅρα νυν εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται.
Πρ. Ὦπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.
Ἑρ. Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.
Πρ. Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν.
Εἰσελθέτω σε μήποθ', ὡς ἐγὼ Διὸς
Γνώμην φοβηθεὶς, θηλύνους γενήσομαι,
Καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν,
Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.
Ἑρ. Λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν.

1005. νυν] ante Brunckium edebatur νῦν, metro reclamante. In Turn. scriptum νὺν; sed recte monet Brunck hanc particulam quæ i. q. οὖν, δὴ, valet, encliticam esse. 1006. ὦπται—τάδε] ὦπται δὴ ταῦτα καὶ βεβούλευται πάλαι. 1008. ὀρθῶς] καλῶς Ar. ex interpretamento. 1010. εἰσελθέτω σε μήποθ'] εἰσελθέτω σ' ἔννοια μήποθ' glossemate in textum recepto Mosq. 1. 1014. τοῦ παντὸς] τοῦ δὲ τοῦ παντὸς Mosq. 1. sed δὲ τοῦ a manu recentiore insertum. τοῦδε παντὸς Mosq. 2. δέω] δίων Viteb.

1005. ὅρα νυν—φαίνεται. *Vide quæso, an tibi hæc profutura sint*, scil. verba aspera et ferocia.

1007. τόλμησον—φρονεῖν. Ut apud Horatium, *sapere aude*. ὦ μάταιε, *tu qui vanissimis minis et superbiloquentia inutili delecteris*. cf. v. 1005. 1019.

1009. ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν. *Frustra me fluctus instar obloquendo et monendo sollicitas*. Morellus quasi κῦμα nominativus esset, vertit: *Tu mihi velut fluctus molestus es persuadendo*. Quæ sane pulcherrima esset allegoria, si sic fere scripsisset Æschylus, *tu me sicut fluctus petram frustra lacesses*. Ut autem nunc verba leguntur, in quibus aliquid mutari nihil necesse est, manca esset comparatio, quod in Æschylum non cadit, si κῦμα nominativum esse fingeremus. Itaque κῦμα h. l. est accusativus; unde hic sensus verborum exsistit: *Tu mihi frustra molestus es monitis tuis, æque vanis ac si fluctibus obloquereris*. Hoc dictionis genus præclare illustravit Valckenaerius, ad Hippol. Eurip. v. 305. comparatis Senec. Hippol. 580. Eurip. Med. v. 28. Androm. 537.

1010. sqq. εἰσελθέτω—δέω. *Ne tibi in mentem veniat, me nunc Jovis sententiam exhorrentem muliebriter me gesturum, et odiosissimum illum feminarum ritu supinis manibus suppliciter oraturum esse, ut me vinculis his exsolvat; ab eo plurimum absum*. γνώμην sententiam scil. quasi judicis damnatoriam; s. consilium de Prometheo acerbius puniendo. ὑπτιάσματα χερῶν, notissimus supplicum ritus, mulierum præsertim, supinas ad cœlum seu ad genua potentioris sive hostis sive patroni manus tendentium.

1015. sq. λέγων—μάχῃ. *Video me nimis multa et vana locutum. Tu enim precibus meis nec mitigaris nec mollîris*,

Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ μαλθάσσῃ λιταῖς
Ἐμαῖς· δακὼν δὲ στόμιον, ὡς νεοζυγὴς
Πῶλος, βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.
Ἀτὰρ σφοδρύνῃ γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι.
Αὐθαδία γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς
Αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖον σθένει.
Σκέψαι δ' ἐὰν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις,
Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία
Ἔπεισ' ἄφυκτος· πρῶτα μὲν γὰρ ὀκρίδα

1016. *μαλθάσσῃ λιταῖς*] *μαλθάσῃ λιταῖς* Mosq. 1. Ald. *μαλθάσσῃ κίαρ λιταῖς* Rob. in quo *κίαρ* e glossa in textum immigravit metro repugnante. 1017. *νεοζυγὴς*] *νεοζυγὸς* Viteb. 1018. *ἡνίας*] *ἡνίαν* Mosq. 2. 1019. *σφοδρύνῃ*] *σοφίζῃ* Rob. errore librarii cognatum sequentis substantivi *σοφίσματι* verbum anticipantis. 1020. *τῷ φ. μ. καλῶς*] *τῷ μὴ φρονοῦντι καλῶς* ordine inverso et metrum pervertente Mosq. 2. 1021. *μεῖον*] Ita emendandum esse censuit Stanl. probantibus Heath. et Brunck. Vulgatum *μεῖζον*, quod usque ad eum omnes editores servarunt, ineptum est. *μεῖζω 'σθενεῖ* pro *ἀσθενεῖ* conj. Abresch. Non placet. 1022. *ἐὰν μὴ*] *ἐὰν καὶ* Turn. quod sensus non patitur. Pro *δ' ἐὰν* Viteb. *δ' ἄν*. 1024. *ὀκρί-*

sed tamquam pullus equinus jugo nondum assuetus, ferocitate exsultas et fræna mordes. Τέγγειν, ut Valckenarii verbis utar, (ad Hippol. p. 195.) proprie significat *aqua adspersa macerare et mollire*; hinc facili flexu transfertur ad pectus ferum verbis sive precibus molliendum. Comparatio de pullo equino gravis et loco aptissima est. Eadem occurrit in fragmento Euripidis apud Galen. de dogm. Hipp. et Plat.

> Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ
> Καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν
> Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νέοζυγα
> Πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.
> Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι, καὶ κατηρτυκὼς
> κακῶν.

p. 283. ed. Basil. quod Cicero sic vertit Tusc. Qu. iii. 28.

> Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,
> Nec tam ærumnoso navigavissem salo,
> Esset dolendi causa, ut injecto equulei
> Freno repente tactu exagitantur novo;
> Sed jam subactus miseriis obtorpui.

1019. *ἀτὰρ—σοφίσματι. Verum ista tua ferocia et vehementia levi et infirmo consilio nititur.* Id per sequentia clarius explicat.

1020. sq. *αὐθαδία—σθένει. Pertinacia enim nisi quis recte sapiat sola per se ne tantillum quidem valet.* οὐδενὸς μεῖον, ut populares nostri: *weniger als nichts.*

1022. *σκέψαι — —. Vide autem, nisi monitis meis obtemperes, qualis te tempestas et ingens malorum fluctus, inevitabilis ille quidem, obruturus sit.* τρικυμία tertius fluctus duobus minoribus major superveniens, ut Latini *decimum aut decumanum fluctum* dicunt. Metaphora hic ad rem accommodata, quia post atroces pœnas Prometheum aliæ multo atrociores manebant.

1024. *πρῶτα—βαστάσει. Primum enim asperum hunc rupis recessum tonitru*

Φάραγγα βροντῇ καὶ κεραυνίᾳ φλογὶ
Πατὴρ σπαράξει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας
Τὸ σὸν, πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει.
Μακρὸν δὲ μῆκος ἐκτελευτήσας χρόνου
Ἄψορρον ἥξεις ἐς φάος· Διὸς δέ τοι
Πτηνὸς κύων δαφοινὸς ἀετὸς λάβρος
Διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος,
Ἄκλητος ἕρπων δαιταλεὺς πανήμερος·

δα] ἀκρίδα Rob. 1025. κεραυνίᾳ] κεραυνίῳ Viteb. 1026. σπαράξει] παράξει sic Mosq. 1. sed a manu rec. litteræ π superscriptum σ, ut esset σπαράξει. 1027. πετραία δ' ἀγκάλη] πετραίᾳ δ' ἀγκάλῃ sensu inepto Rob. 1028. ἐκτελευτήσας] ἐκτελέσας cod. Viteb. scholion vulgati. 1030. ἀετὸς] Atticam formam, quæ et in Schol. legitur, cum Brunckio restituimus. αἰετὸς Ald. Victor. δαφοινὸς] in Mosq. 2. δαφινὸς et supra schol. φοινικός. λάβρος] λάβρως. Turn. Victor. λαῦρος Mosq. 1. 1031. μέγα ῥάκος] Vera est Brunckii observatio, pronuntiandum esse μέγαρ ῥάκος et asperitatem litteræ ρ facere, ut duplicis potestate sæpe polleat, vocalem brevem in fine præcedentis vocis producendo; quod pluribus ille exemplis confirmavit in not. ad h. l. 1032. πανήμερος] ἀνήμερος Viteb. a manu secunda, male.

et fulmine pater disjiciet, et corpus tuum in sinu petræ deportatum abscondet. ὀκρίδα φάραγγα, cf. ad v. 14. h. l. tamen φάραγξ pro universa rupe dici potest. πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει non est ut Stanl. vertit *petrosus te sinus excipiet*, sed hoc significat Mercurius, Prometheum cum illo ipso scopulo, cui affixus erat, dejectum iri, adeo ut hærens quasi in ejus amplexibus præcipitetur.

1028. μακρὸν—φάος. *Post longum autem temporis spatium*, quod tibi sub terræ tenebris depresso superandum erit, *denuo prodibis in lucem.* Hic disertis verbis notatur altera Promethei religatio, quam Æschylus in tragœdia Προμηθέως λυομένου in Caucaso factam esse finxit, quæ vincula cum a posteritate multo magis quam illa priora in Scythica rupe celebrarentur, occasionem dederunt recentioribus Grammaticis, ut et hujus dramatis Promethei vincti scenam perperam in Caucaso quærerent.

1029. sqq. Διὸς—ἐκθοινήσεται. *Jovi autem volucer canis cædis avidus, rapax aquila lacerante morsu magnam viscerum partem, quasi laciniam a corpore divellet, et invocatus ad te quotidianus conviva accedens atrum tibi jecur depascet.* Crudelissimi supplicii imago mirum in modum ad terrorem composita. Quod h. l. Æschylus finxit quotidie aquilam ad Prometheum accessuram esse, id aliter informavit in Prometheo λυομένῳ, ut ex fragmento versionis Attii apud Ciceronem intelligitur.

Jam tertio me quoque funesto die
Tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus
Jovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum jecore opimo farta, et satiata affatim
Clangorem fundit vastum, et sublime avolans,
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Cum vero adesum inflatu renovatum est jecur,

Κελαινόβρωτον δ' ἧπαρ ἐκθοινήσεται.
Τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προσδόκα,
Πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
Φανῇ, θελήσει τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅδην, κνεφαῖά τ' ἀμφὶ ταρτάρου βάθη.
Πρὸς ταῦτα βούλευ'· ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος
Ὁ κόμπος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος.
Ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα
Τὸ δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. σὺ δὲ
Πάπταινε καὶ φρόντιζε, μηδ' αὐθαδίαν
Εὐβουλίας ἀμείνον' ἡγήσῃ ποτέ.
Χο. Ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται
Λέγειν· ἄνωγε γάρ σε τὴν αὐθαδίαν

1033. ἐκθοινήσεται] ἐκθοινηθήσεται Ald. ἐκθοινίσεται Mosq. 2. ἐκθοινήσηται Viteb. 1034. τέρμα μή τι] In Mosq. 1. antea erat τέρμα τοι μὴ nunc τέρμα μή τι. 1036. θελήσει] θελήσῃ Turn. Vict. τλήσῃ Mosq. 1. supra schol. ὑπομείνῃ. 1041. τελεῖ] τελεῖν Ald. 1043. ἀμείνον'] ἀμείνονα Ald. ἄμεινον Viteb. 1044. ἄκαιρα] ἀναγκαῖα Ald. e glossa Grammatici, qui hoc vocabulo τὰ οὐκ ἄκαιρα explicaverat. 1045—1047. ἄνωγε γάρ—πείθου] Hæc verba interpolationem sapiunt. Repetitio fere inest verborum Mercurii, Æschyli stilo parum digna. Nihil ad

Tum rursus tetros avida se ad pastus
refert.

Non tamen ideo opus est, lectionem πανήμερος mutare, aut alteram ἀνήμερος præferre. Quæ enim feritatem aquilæ describant, sat multa jam epitheta præcesserunt. Et sane magno spectatorem terrore percellit imago aquilæ tanquam quotidiani convivæ ad pastum accedentis. Si quis, quod tamen minime opus est, hunc locum cum fragmento Promethei soluti conciliare velit, is πανήμερος pro *fere quotidianus, tantum non quotidie adveniens*, positum esse dicat. In ἄκλητος magnam vim habet λιτότης, q. d. non solum non vocatus, sed multum abominatus. Sic supra ἀτερπὴς πέτρα v. 31. et φρουρὰ ἄζηλος, v. 143. κελαινόβρωτον, *atrum et adesum*, quia pars jecinoris adesa atro tabo fœdabatur.

1034. sqq. τοιοῦδε—βάθη. *Priusquam aliquis deorum vicarius laborum tuorum exsistat, et in obscurum Orcum atque ad tenebricosam Tartari profunditatem descendere velit.* h. e. nullus plane tibi erit finis ærumnarum. Conditionem enim liberationis addit, quæ nullo pacto erat exspectanda. Similis figura dictionis in illo Terentiano: Andr. i. 2. 29. *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem, hac lege atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.*

1038. πρὸς ταῦτα—εἰρημένος. *Proinde delibera; non enim vanas minas jacto, sed serio quæ vere perficientur denuntio.*

Μεθέντ', ἐρευνᾷν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν.
Πείθου· σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν.

Πρ. Εἰδότι τοι μοὶ τάσδ' ἀγγελίας
Ὅδ' ἐθώϋξεν, πάσχειν δὲ κακῶς
Ἐχθρὸν ὑπ' ἐχθρῶν, οὐδὲν ἀεικές.
Πρὸς ταῦτ', ἐπ' ἐμοὶ ῥιπτέσθω μὲν
Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, αἰθὴρ δ'
Ἐρεθιζέσθω βροντῇ, σφακέλῳ τ'
Ἀγρίων ἀνέμων· χθόνα δ' ἐκ πυθμένων
Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι,
Κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ
Ξυγχώσειεν, τῶν τ' οὐρανίων

sensum desideraretur, si Chorus dixisset :

Ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται
Λέγειν· σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν.

1049. ἐθώϋξεν] ἐθώϋξε Rob. Vict. 1050. ὑπ' ἐχθρῶν] ὑπ' ἐχθροῦ Mosq. 1. 1051. ἐπ' ἐμοὶ] ἐπ' omissum Mosq. 2. 1052. αἰθὴρ] αἰθέρα mendose Viteb. 1056. πόντου] Suspicor legendum esse πόντον. Causas conjecturæ exposui in Comm. ad h. l. 1057. ξυγχώσειεν] συγχώσειεν ἐμὲ Ald. συγχώσει με Rob. συγχώσειε Turn. Vict. συγχώσειεν ἐμὲ Ox.

1051. sqq. πρὸς ταῦτ' ἐπ' ἐμοὶ—— θανατώσει. *Proinde in me torqueatur crispisulcans* (sic vet. poëta ap. Cic. Topic. c. 16) *igneum fulmen, ætherque tonitru sævorumque ventorum impetu concutiatur, terram vero funditus cum ipsis radicibus procella labefactet, fluctumque maris insano vortice cum cœlestium astrorum viis confundat ; denique in atrum Tartarum aspero necessitatis turbine dejiciat ; omnino tamen me necare non poterit.* πυρὸς βόστρυχος de sinuosis flammæ voluminibus, eleganti metaphora, cujus ab usu nostra magis quam Latinorum lingua abhorret. Hi enim et *ignis comam*, et crinem ausi sunt dicere. ἀμφήκης πυρὸς βόστρυχος est fulmen in omnem partem urens ac penetrans, et sinuato flexu caducum ; *der schlängelnde rings um sich her verderbende Blitz.* σφάκελος, quia interdum etiam de spasmis seu convulsionibus animalium, v. c. equorum, usurpatur, h. l. insignite translatum est ad repentinos et vehementes ventorum ictus. Si κῦμα πόντου legitur, accusativus est κῦμα ab antecedente phrasi πνεῦμα κραδαίνοι rectus, tumque τραχεῖ ῥοθίῳ ad venti turbinem pertinet. Concinnius autem fuerit reponere κῦμα δὲ πόντον ; ita enim nominativi se hoc ordine consequantur : βόστρυχος μὲν—αἰθὴρ δὲ—πνεῦμα δὲ—κῦμα δὲ—et sensus æque planus ac gravis exeat : fluctus autem sævis vorticibus æstuans pontum et astrorum vias h. e. cœlum commisceat. Venti tamen et alias cœlum et terram miscere dicuntur, ut apud Virgil. Æn. i. 133.

Ἄστρων διόδους· ἔς τε κελαινὸν
Τάρταρον ἄρδην ῥίψειε δέμας
Τοὐμὸν, ἀνάγκης στεῤῥαῖς δίναις·
Πάντως ἐμέ γ' οὐ θανατώσει.
Ἑρ. Τοιάδε μέντοι τῶν φρενοπλήκτων
Βουλεύματ' ἔπη τ' ἐστὶν ἀκοῦσαι.
Τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν;
Εἰ δὲ τάδ' ἀτυχεῖ, τί χαλᾷ μανιῶν;
Ἀλλ' οὖν ὑμεῖς γ' αἱ πημοσύναις
Συγκάμνουσαι ταῖς τοῦδε, τόπων
Μετά που χωρεῖτ' ἐκ τῶνδε θοῶς·
Μὴ φρένας ὑμῶν ἠλιθιώσῃ

1059. ἄρδην] In marg. Mosq. 1. notatum γρ. καὶ ᾅδην. 1060. στεῤῥαῖς] στεῤῥαῖς Mosq. 1. στεραῖς Mosq. 2. 1064. ἐλλείπει] ἐλείπει Ald. παραπαίειν] παραπταίειν Ox. 1065. εἰ δὲ τάδ' ἀτυχεῖ] εἰ τάδ' εὐτυχεῖ Mosq. 1. addito superne scholio σοι. εἰ τάδ' εὐτυχῇ Mosq. 2. Ald. Rob. εἰ δ' εὐτυχῇ Turn. Victor. Conjecturæ sunt εὐτυχοῖ Arnaldi, εὐτυχίῃ Stanleii εὐτυχοίη Pauwii, εἰ δὲ τάδ' ἀτυχῇ Canteri, quam Heathius probavit. Nos Brunckio assentimur, qui reposuit εἰ δὲ τάδ' ἀτυχεῖ, ita ut particula εἰ significet i. q. ἐπεί. Ceterum in Rob. hic versus male Choro tribuitur. 1066. γ' αἱ] γε Mosq. 1. 2. Ald. Rob. γ' αἱ est a Turn. 1069. ὑμῶν ὑμῖν Viteb. quod cum Zeunio præferendum puto, quia sæpe sic Dativus pro Ge-

v. 790. Itaque non repugno si, quis vulgatæ interpretationi inhæreat; tum autem pro κῦμα δὲ mallim κῦμά τε, ut κῦμά τε et τῶν τ' οὐρανίων ἄστρων διόδους melius cohæreant.

1058. ἔς τε—ῥίψειε continuata per κῦμά τε verborum structura ad πνεῦμα referendum. Si vero κῦμα δὲ nominativus sit, malim ἐς δὲ rescribere et ῥίψειε ad Jovem trahere, ad quem etiam v. 1051. pertinebat ῥιπτείσθω scil. παρὰ Διὸς s. διόθεν ut v. 1097. Atque hoc ultima verba suadent πάντως—οὐ θανατώσει, quæ sane melius in Jovem quam in ventum cadunt. cf. v. 1000. sqq.

1060. ἀνάγκης στεῤῥαῖς δίναις. Scite comparavit hunc locum cum Pindarico doctissimus fragmentorum ejus editor Schneiderus, p. 72. n. liii. Is exstat apud Plutarch. Cons. ad Apollon. p. 104. ἅπερ οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι τοπαράπαν, ἀλλὰ ταρτάρου πυθμένα πιέζεις ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις, ὥς φησι Πίνδαρος.

1064. sq. τί γὰρ—εἰ δὲ τάδ' ἀτυχεῖ, τί χαλᾷ μανιῶν. *Quid enim huic abest a delirio? et quum tanto prematur infortunio, quid de insania remittit?* Sic enim optime v. 1065. emendavit et explicavit acutissimus Brunckius. εἰ pro ἐπεὶ positum, ut Androm. 206. eodem observante. Ceterum hanc Brunckii sententiam confirmat id, quod supra Chorus dixerat: σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς.

1069. sq. μὴ—ἀτέραμνον. *Ne immatonis tonitruum mugitus mentes vestras attonitas reddat.*

Βροντῆς μύκημ' ἀπέραντον.
Χο. Ἄλλο τί φώνει καὶ παραμυθοῦ μ'
Ὅ τι καὶ πείσεις. οὐ γὰρ δή που
Τοῦτό γε τλητὸν παρέσυρας ἔπος.
Πῶς με κελεύεις κακότητ' ἀσκεῖν;
Μετὰ τοῦδ' ὅ τι χρὴ πάσχειν ἐθέλω·
Τοὺς προδότας γὰρ μισεῖν ἔμαθον·
Κ' οὐκ ἔστι νόσος
Τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον.
Ἑρ. Ἀλλ' οὖν μέμνησθ' ἅτ' ἐγὼ προλέγω·
Μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι,
Μέμψησθε τύχην, μηδέ ποτ' εἴπηθ'
Ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
Πῆμ' εἰσέβαλε· μὴ δῆτ', αὐταὶ δ'
Ὑμᾶς αὐτάς· εἰδυῖαι γὰρ
Κοὐκ ἐξαίφνης, οὐδὲ λαθραίως
Εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης
Ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας.

nitivo ponitur. 1071. φώνει] excidit Ald. παραμυθοῦ μ'] παραμυθοῦ μοι Mosq. 2. 1072. ὅ τι καὶ] οὐ addit Rob. male. Ab eodem που in fine versiculi abest. 1077. ἔστι] ἔνεστι Rob. 1079. ἅτ'] ἅττ' Ald. ἅττα Rob. 1081. μέμψησθε] μέμψοισθε Mosq. 1. εἴπηθ'] εἴπηθ' Ald. εἴποιθ' Mosq. 2. 1083. εἰσέβαλε] ἐπέβαλε Mosq. 1.

1071. In tanto periculi Prometheo jam parati terrore suaviter poëta animum spectatoris recreat admirabilis Chori in eum fidei imagine, qui una cum amico quidvis potius pati quam eum in summo rerum discrimine deserere malunt.

ἄλλο τί φώνει—ἔπος. *Aliud loquere et mihi suade, quod etiam persuadebis; nam hoc quidem jam ferendum non est, quod dixisti.* παρασύρειν ἔπος h. l. nihil aliud est, quam *sermonem afferre.*

1076. sqq. τοὺς προδότας—μᾶλλον. *Proditores enim odisse didici, neque est ullum aliud vitium, a quo magis abhorream.* ἀποπτύειν frequenter de summa abominatione ponitur.

1080. μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι. Metaphoram a venatione ductam v. 1085. sqq. pulcre persequitur.

1084. sqq. εἰδυῖαι γὰρ—ὑπ' ἀνοίας. *Scientes enim nec subito impetu, nec vero ex occultis insidiis vos ipsæ stultitia vestra inexplicabilibus calamitatis laqueis vos inductis.*

Πρ. Καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκέτι μύθῳ
Χθὼν σεσάλευται·
Βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται
Βροντῆς, ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι
Στεροπῆς ζάπυροι, στρόμβοι δὲ κόνιν
Εἱλίσσουσι· σκιρτᾷ δ' ἀνέμων
Πνεύματα πάντων, εἰς ἄλληλα
Στάσιν ἀντίπνουν ἀποδεικνύμενα·
Ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ.
Τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπὴ Διόθεν

1088. κοὐκέτι] τ' οὐκέτι Rob. μύθῳ] λόγῳ Mosq. 2. 1089. σεσάλευται] σαλεύεται Mosq. 1. Viteb. 1090. παραμυκᾶται] παραμιχᾶται Mosq. 1. 1092. κόνιν] Metri causa, quia sequitur vocalis, Heathius conj. legendum κόνιν γ'. Sed positio ideoque syllaba longa spiritu aspero sequentis vocalis effici potest. 1095. ἀποδεικνύμενα] ἀντιδεικνύμενα Rob. 1097. τοιάδ'] ὡς τοιάδ' Viteb.

1088. In sublimi hæc tempestatis coortæ descriptione copiam et varietatem lectores observent; simulque ad judicium poëtæ attendant, qui ultimam tragœdiæ partem magnificentissime ornavit, et omnia ad summam perturbationem in spectatorum animis excitandam direxit.

1088. sqq. καὶ μὴν—σεσάλευται. *Atqui jam reapse non sermone tantum terra concutitur.* Præteritum σεσάλευται perpetuitatem motus designat; *concussa est et adhuc concutitur.*

1090. βρυχία—βροντῆς. *Raucus fragor tonitruum reboat.* βρύχιος de rauco stridore aut strepitu dicitur, qualis etiam est maris fluctuum.

1091. sq. ἕλικες—ζάπυροι. *Emicant ignea fulgurum volumina.* ἕλικες hic proprie notant idem quod supra v. 1052. translate πυρὸς βόστρυχον dixerat.

1092. στρόμβοι—εἱλίσσουσι. *Turbines autem pulverem glomerant.*

1093. σκιρτᾷ—ἀποδεικνύμενα. *Venti omnes ruunt et quasi seditione facta adverso turbine omnia perflant.* Hic idem tenendum, quod prudenter ad Virgil. Æneid. i. 85. monuit Heynius, in Excursu ii. p. 107. Nimirum cogitandum de subitis ventorum conversionibus, ac procellarum ab omnibus plagis circumagentium se vicissitudine.

1096. ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ. Fluctus adeo alti volvuntur, ut cum nubibus quasi commisceri videantur; ut cœli pontique una eademque species appareat. cf. v. 1056. Ex hoc loco maxime intelligitur, eum Prometheo locum, ubi affigeretur, a poëta designatum esse, ex quo tanquam e specula mare prospicere posset.

1097. sq. τοιάδ'—φανερῶς. *Adeo vehemens a Jove plaga ut me in timorem conjiciat, manifesto in me dirigitur.* Agnoscit Prometheus, quam terribilia sint, quæ Jupiter moliatur, nec tamen de statu mentis dejicitur.

Τεύχουσα φόβον στείχει φανερῶς.
Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας, ὦ πάντων
Αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων
Ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω.


1098. φόβον] φόνον Schol. idem citat Steph. e cod. Sed φόβον Prometheo, in cujus naturam cædes non cadebat, aptius est. 1099. πάντων] πάντων Θέμι Schol. 1100. φάος] φῶς Mosq. 2. εἱλίσσων] ἑλίσσων Mosq. 1. 2. Viteb. 1101. ἐσορᾷς] ἐσορῆς Mosq. 1. ἔκδικα] ἄδικα Viteb. πάσχω] interrogationis notam ponunt Vict. Stanl.

1099. Aptissime matrem Themidem justitiæ præsidem, tanquam judicem; Ætherem vero omnia cingentem et Solis omnia contuentis viam, tanquam testem invocat injuriarum sibi a Jove illatarum.

1101. ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω. In extremis adeo verbis Prometheus animi constantiam et magnitudinem servat. Tantum abest ut supplex Jovi fiat, ut calamitatem deprecetur, ut animum despondeat, ut potius in extrema vociferatione impotentis tyranni crudelitatem injustitiamque accuset, omnesque non solum faces dolorum, sed etiam tonitruum fragores, fulmina cœli, terræ tremores, iras ventorum, fluctuum insanias, quasi in arce fortitudinis munitissima constitutus, despiciat atque contemnat. Hæc igitur dicentem et cogitantem subito hiantes terræ fauces excipiunt, impavidumque disjecti, cui affixus erat, scopuli feriunt ruinæ.

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ΔΕΣΜΩΤΟΥ.




AD

PROMETHEUM VINCTUM

EXCURSUS I.

PROMETHEI HISTORIA.

PROMETHEUS secundum Hesiodum Japeti et Clymenes Oceanitidis filius fuit [a]. Genealogiam ejus idem ita deducit:



Ab Japeto patre, quem et alii nominant, sæpe a poëtis Japetionides appellatur [b]. Is cum ceteris Titanibus in Tartarum a Jove dejectus esse fertur [c].

Lycophron tecte [d], Ttetzes vero in commentario ad ejus Cassandram diserte, matrem Promethei Asiam fuisse testantur [e]. Apollodorus quoque [f] Atlantem, Prometheum, Epimetheum, Menœtium ex Japeto et Asia Oceani filia natos esse narrat.

Æschylus vero patre non nominato matrem Promethei Themidem facit.

[a] Theog. v. 510.
[b] Hesiod. Opp. 54. Theog. 528.
[c] Homer. Il. viii. 479.
[d] Cassandræ v. 1283.
[e] Ad v. 1283.
[f] Bibl. lib. i. p. 4. lin. 35. ed. Commelin.

Πρ. Καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκέτι μύθῳ
Χθὼν σεσάλευται·
Βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται
Βροντῆς, ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι
Στεροπῆς ζάπυροι, στρόμβοι δὲ κόνιν
Εἱλίσσουσι· σκιρτᾷ δ' ἀνέμων
Πνεύματα πάντων, εἰς ἄλληλα
Στάσιν ἀντίπνουν ἀποδεικνύμενα·
Ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ.
Τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπὴ Διόθεν

1088. κοὐκέτι] τ' οὐκέτι Rob. μύθῳ] λόγῳ Mosq. 2. 1089. σεσάλευται] σαλεύεται Mosq. 1. Viteb. 1090. παραμυκᾶται] παραμιχᾶται Mosq. 1. 1092. κόνιν] Metri causa, quia sequitur vocalis, Heathius conj. legendum κόνιν γ'. Sed positio ideoque syllaba longa spiritu aspero sequentis vocalis effici potest. 1095. ἀποδεικνύμενα] ἀντιδεικνύμενα Rob. 1097. τοιάδ'] ὡς τοιάδ' Viteb.

1088. In sublimi hæc tempestatis coortæ descriptione copiam et varietatem lectores observent; simulque ad judicium poëtæ attendant, qui ultimam tragœdiæ partem magnificentissime ornavit, et omnia ad summam perturbationem in spectatorum animis excitandam direxit.

1088. sqq. καὶ μὴν—σεσάλευται. *Atqui jam reapse non sermone tantum terra concutitur.* Præteritum σεσάλευται perpetuitatem motus designat; *concussa est et adhuc concutitur.*

1090. βρυχία—βροντῆς. *Raucus fragor tonitruum reboat.* βρύχιος de rauco stridore aut strepitu dicitur, qualis etiam est maris fluctuum.

1091. sq. ἕλικες—ζάπυροι. *Emicant ignea fulgurum volumina.* ἕλικες hic proprie notant idem quod supra v. 1052. translate πυρὸς βόστρυχον dixerat.

1092. στρόμβοι—εἱλίσσουσι. *Turbines autem pulverem glomerant.*

1093. σκιρτᾷ—ἀποδεικνύμενα. *Venti omnes ruunt et quasi seditione facta adverso turbine omnia perflant.* Hic idem tenendum, quod prudenter ad Virgil. Æneid. i. 85. monuit Heynius, in Excursu ii. p. 107. Nimirum cogitandum de subitis ventorum conversionibus, ac procellarum ab omnibus plagis circumagentium se vicissitudine.

1096. ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ. Fluctus adeo alti volvuntur, ut cum nubibus quasi commisceri videantur; ut cœli pontique una eademque species appareat. cf. v. 1056. Ex hoc loco maxime intelligitur, eum Prometheo locum, ubi affigeretur, a poëta designatum esse, ex quo tanquam e specula mare prospicere posset.

1097. sq. τοιάδ'—φανερῶς. *Adeo vehemens a Jove plaga ut me in timorem conjiciat, manifesto in me dirigitur.* Agnoscit Prometheus, quam terribilia sint, quæ Jupiter moliatur, nec tamen de statu mentis dejicitur.

Τεύχουσα φόβον στείχει φανερῶς.
Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας, ὦ πάντων
Αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων
Ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω.

1098. φόβον] φόνον Schol. idem citat Steph. e cod. Sed φόβον Prometheo, in cujus naturam cædes non cadebat, aptius est. 1099. πάντων] πάντων Θέμι Schol. 1100. φάος] φῶς Mosq. 2. εἱλίσσων] ἑλίσσων Mosq. 1. 2. Viteb. 1101. ἐσορᾷς] ἐσορᾶς Mosq. 1. ἔκδικα] ἄδικα Viteb. πάσχω] interrogationis notam ponunt Vict. Stanl.

1099. Aptissime matrem Themidem justitiæ præsidem, tanquam judicem; Ætherem vero omnia cingentem et Solis omnia contuentis viam, tanquam testem invocat injuriarum sibi a Jove illatarum.

1101. ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω. In extremis adeo verbis Prometheus animi constantiam et magnitudinem servat. Tantum abest ut supplex Jovi fiat, ut calamitatem deprecetur, ut animum despondeat, ut potius in extrema vociferatione impotentis tyranni crudelitatem injustitiamque accuset, omnesque non solum faces dolorum, sed etiam tonitruum fragores, fulmina cœli, terræ tremores, iras ventorum, fluctuum insanias, quasi in arce fortitudinis munitissima constitutus, despiciat atque contemnat. Hæc igitur dicentem et cogitantem subito hiantes terræ fauces excipiunt, impavidumque disjecti, cui affixus erat, scopuli feriunt ruinæ.

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ΔΕΣΜΩΤΟΥ.


AD

PROMETHEUM VINCTUM

EXCURSUS I.

PROMETHEI HISTORIA.

Prometheus secundum Hesiodum Japeti et Clymenes Oceanitidis filius fuit[a]. Genealogiam ejus idem ita deducit:



Ab Japeto patre, quem et alii nominant, sæpe a poëtis Japetionides appellatur[b]. Is cum ceteris Titanibus in Tartarum a Jove dejectus esse fertur[c].

Lycophron tecte[d], Ttetzes vero in commentario ad ejus Cassandram diserte, matrem Promethei Asiam fuisse testantur[e]. Apollodorus quoque[f] Atlantem, Prometheum, Epimetheum, Menœtium ex Japeto et Asia Oceani filia natos esse narrat.

Æschylus vero patre non nominato matrem Promethei Themidem facit.

[a] Theog. v. 510.
[b] Hesiod. Opp. 54. Theog. 528.
[c] Homer. Il. viii. 479.
[d] Cassandræ v. 1283.
[e] Ad v. 1283.
[f] Bibl. lib. i. p. 4. lin. 35. ed. Commelin.

Uxor Promethei Hesione[g] dicitur, vel Axiothea[h]; filius Deucalion. Ister vero in libro de colonia Ægyptiorum Isidem ejus filiam fuisse narravit[i].

"Prometheum inter Deos recenset Catullus[k], item Sophocles Œd. Col.[l]

> Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ', ἔχει δέ νιν
> Σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
> Τιτὰν Προμηθεύς·—

Ubi Scholiastes τὸ πυρφόρος θεὸς de Vulcano perperam interpretatur; quæ vero subdit ex Apollodoro[m], magis ad rem nostram: Prometheum in Academia coli una cum Minerva et Vulcano." *Stanl.*

Causas irarum Jovis in Prometheum Hesiodus hunc in modum contexuit. Quo tempore Dii et homines Meconæ, quæ postea Sicyon appellata est, inter se disceptabant, Prometheus Jovem decepturus, bovem mactatum sic divisit, ut in altera parte carnes et viscera, ventre bovino tecta una cum adipe in pelle reconderet, in altera vero bovis ossa multa per dolum arvina contecta poneret. Cumque Jupiter iniquam carnium partitionem miraretur, quippe quod ea portio quæ ossibus constabat, multo major altera videretur, liberam ei Prometheus optionem dedit. Jupiter etsi dolum subesse non ignorabat, majorem tamen portionem sibi sumsit, atque ut vidit ossa tantum esse, vehementer indignatus est. Ex illo igitur tempore doli illius memor, victum[n] et ignem hominibus abscondidit et subtraxit. Prometheus autem ignem in cava ferula surripuit, nominibusque divisit. Jupiter vero, ut aliud malum hominibus daret, Vulcanum jussit virginem formosam e terra et aqua creare, quam omnibus ornamentis circumdatam, (unde Pandoræ ei nomen fuit) Mercurio comite ad Epimetheum misit. Cui quamquam præceperat frater Prometheus, ne quando munus a Jove acciperet, sed quod forte oblatum esset, statim remitteret, tamen is moniti immemor recepit ad se Pandoram, quæ cum pyxiden illam suam aperuisset, omne malorum genus per homines dispersit, sola spe in vasculo remanente. Prometheum vero Jupiter, iratus quod secum consilio et astutia contendisset, firmissimis compedibus vinculisque durissimis ad columnam alligavit; eique aquilam[o]

[g] Æschyl. Prom. v. Tzetzes ad Lyc. 1283.

[h] Tzetzes l. l.

[i] Clem. Alex. Strom. lib. i. p. 322. D. ed. Sylb.

[k] Nupt. Pel. et Thet.

[l] V. 54. sqq.

[m] Verba Scholiastæ hæc sunt: περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρύσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτως· Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος· καὶ ἔστιν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

[n] Opp. v. 41. 47.

[o] Nonnullus *vulturem* ei immissum finxisse, colligitur ex his Petronii versiculis:

Qui vultur jecur intimum pererrat

immisit, hepar ejus comedentem, sic ut quantum interdiu devorasset aquila, noctu recresceret. Ab hac peste Prometheum Hercules liberavit, eumque cum Jove in gratiam reduxit.

Huic igitur fabulæ veritatem aliquam historicam subesse, jam olim qui crederent non defuerunt. Herodotus enim prodidit[p] Prometheum regem fuisse Scytharum, quem, cum subditis victum præbere non posset, propterea quod Ἀετὸς fluvius agros inundaverat, Scythæ in vincula conjecerint. Herculem vero, cum in istas regiones venisset, fluvium Ἀετὸν in mare deduxisse (unde occisæ aquilæ orta sit fabula) Prometheumque vinculis liberasse. Similiter Agrœtas in decimo tertio Scythicorum libro narravit[q], flumine illo Ἀετῷ optimam et fertilissimam Promethei terram afflictam fuisse; inde ortam esse fabulam de hepate ejus ab aquila depasto[r]; ἧπαρ enim, sicut οὖθαρ a multis dici *terram fructuosam*. Cum deinde Hercules fossis aquam derivasset, id narrationi de cæde aquilæ et liberatione Promethei per Herculem facta locum dedisse. Verum enim vero hæc omnia magis historicam fabulæ antiquioris interpretationem, quam veteris alicujus memoriæ veritatem, recentioris fabulæ causam prodere videntur. Equidem historicam personam fuisse Prometheum vix crediderim. Sed primas de Prometheo fabulas comminiscendi orgines ab observatione philosophorum repetendas esse existimo, qui artium, inprimis ignis, inventionem τῇ προμηθείᾳ deberi docuissent. Hanc deinde προμήθειαν poëtæ, quos prosopopœia unice delectari notum est, in personam mutraunt, eique Promethei nomen indiderunt. Et quoniam προμηθείας s. animi sollertiæ duplex vis est, altera ad artes inveniendas, altera ad fraudes excogitandas, duplex etiam nata est fabularum series; una quæ Prometheo ignis, imo omnium fere artium inventionem, altera, quæ ei varias fraudes, quibus vel Jovem decipere ausus sit, tribueret. Eadem res effecit, ut alii Prometheum hominem esse perhiberent, alii deum et immortalem esse fingerent. Jamque patentibus fabularum rivis, alii commentum de Epimetheo, alii de pœnis Promethei vel merita in genus humanum, vel fraudes in Jovem secutis, figmenta addiderunt; alii qui Herculis facinora omnibus modis augere atque exornare vellent, eum ab hoc heroë liberatum esse tradiderunt. Tum secuti sunt historici, qui fabulas illas ad rerum gestarum veritatem revocare cuperent. Postremo recentiores philosophi novas inde pro consilio suo allegorias, variamque ad præcepta sua fabulam accommodandi materiam quæsi-

Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem lepidi vocant poëtæ,
Sed cordis mala, livor atque luxus.

p Teste Eudocia in Ἰωνιᾷ p. 346.

q Ibid. p. 347.

r Diodorus Siculus autem lib. i. p. 16. D. ed. Rhodom. narrat istam inundationem Nili fuisse in Ægypto, cui tum Prometheus imperio præfuerit; Nilumque inde nomen aquilæ accepisse propter celeritatem irruptionis. Herculem deinde fluvium in pristinos alvei fines coercuisse. Postea istam rem a Græcorum poëtis ad fabulam de aquila Promethei jecur depascente detortam esse.

verunt. Quid? quod patres quidam ecclesiastici Prometheum cum Jesu Christo compararunt.

Fraudem Promethei in carnium distributione commissam multi scriptores memorant, præsertim, qui Luciani exemplo, ridendi occasionem captant. Æschylus vero eam pro severitate consilii plane omisit. Aliquo tamen cum hac fabula nexu conjunctum esse videtur id quod Æschylus dicit in sacrificiis Prometheum reperisse κνίσσῃ κῶλα συγκαλυπτὰ, sive ex hoc sacrificii ritu ridiculum illud commentum primum ortum sit, sive Æschylus aliique in ejus locum hoc substituerint, quod Prometheo inventori ritum in sacrificiis ossa et carnes adipe contegendi tribuerent. Prior autem ratio verisimilior est, præsertim si comparetur cum Hygini narratione, quam integram lectoris oculis subjicimus[t].

[t] Poët. astron. lib. ii. 15. "Antiqui, cum maxima ceremonia deorum immortalium sacrificia administrabant, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma. Itaque cum propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non contingerent, Prometheus qui propter excellentiam ingenii miram homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Jove impetrasse, ut partem hostiæ in ignem projicerent, partem in suo consumerent usu. Itaque postea consuetudo firmavit, quod cum facile a deo, non ut ab homine avaro, impetrasset, ipse Prometheus immolat tauros duos, quorum primum jecinora cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam, corio bubulo texit. Ossa autem, quæ circum fuerunt, reliqua, pelle contecta, in medio collocavit, et Jovi fecit potestatem, ut quam vellet eorum sumeret partem. Jupiter autem, etsi non pro divina fecit cogitatione, nec ut deum decebat, omnia qui debuit ante providere, sed (quoniam credere instituimus historiis) deceptus a Prometheo, utrumque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaque postea in solennibus et religiosis sacrificiis carne hostiarum consumpta, reliquias, quæ pars fuit deorum, eodem igni comburunt. Sed ut ad propositum revertamur, Jupiter, cum factum rescisset, animo permoto mortalibus eripuit ignem, ne Promethei gratia plus deorum potestate valeret, neve carnis usus utilis hominibus videretur, cum coqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari, sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat. Itaque ceteris remotis venit ad Jovis ignem, quo diminuto et in ferulam conjecto, lætus, ut volare non currere videretur, ferulam jactans, ne spiritus interclusus vaporibus exstingueret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerumque, qui lætitiæ fiunt nuntii, celerrime veniunt. Præterea totum a certatione ludorum (forte leg. notum a certatione ludicrum) cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem jactantes. Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit his, quam a Vulcano factam deorum voluntate omni munere donavit. Itaque Pandora est appellata. Prometheum autem in monte Scythiæ, nomine Caucaso, ferrea catena vinxit; quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor dixit. Præterea admisit ei aquilam, quæ assidue noctu renascentia jecinora exesset. Hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone et Echidna natam, alii ex Terra et Tartaro, complures e Vulcano factam; Polyzeus autem Vulcani factam manibus demonstrat, animamque ei ab Jove traditam dicunt. Sed ejus de solutione hanc memoriæ proditam esse causam. Cum Jupiter Thetidis connubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque a timida virgine impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcæ cecinisse feruntur fata, quæ perfici natura voluit rerum; dixerunt enim, quicunque Thetidis fuisset maritus, ejus filium patria fore laude clariorem. Quod Prometheus non voluntate, sed

Beneficia, quibus Prometheus humanum genus affecit, varie a scriptoribus describuntur. Antiquissima vero fabula fuisse videtur, quæ ignis inventionem Prometheo tribuit; nam et antiquissimi eam scriptores memorant, et omnes fere omnium seculorum auctores in eo consentiunt; quamquam Pausania teste Argivi Prometheum ignis inventorem fuisse negabant, eumque laudem Phoroneo potius asserebant[u]. Præter ignem enim alias quam plurimas, imo omnes artes eum invenisse, additamentum est, quo Æschylus aliique, suo ingenio et consilio obsecuti, rem amplificarunt. Plato, qui in Politico ignem quidem a Prometheo, ceteras vero artes a Vulcano ejusque artis consorte, h. e. Minerva[x], deducit, item tamen aliter hanc fabulam contexit. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν· ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν εἱμαρμένος γενέσεως, τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον, ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες, καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυται. ἐπειδὴ δ' ἄγειν αὐτὰ πρὸς φῶς ἔμελλον, προσέταξαν Προμηθεῖ καὶ Ἐπιμηθεῖ κοσμῆσαί τε καὶ νεῖμαι δυνάμεις ἑκάστοις, ὡς πρέπει. Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι. Νείμαντος δέ μου, ἔφη, ἐπίσκεψαι. Καὶ οὕτω πείσας νέμει.—Ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τοι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς ἔλαθεν αὑτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις εἰς τὰ ἄλογα. Λοιπὸν δὴ ἔτι ἀκόσμητον αὐτῷ ἦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο. Ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν· καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον, καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον. Ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν, ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. Ἀπορίᾳ οὖν ἐχόμενος ὁ Προμηθεύς, ἥντινα σωτηρίαν τῷ ἀνθρώπῳ εὕροι, κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρὶ (ἀμήχανον γὰρ ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητήν τῳ ἢ χρησίμην γενέσθαι) καὶ οὕτω δὴ δωρεῖται ἀνθρώπῳ. Τὴν μὲν οὖν περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε· τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν. Ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διΐ. τῷ δὲ Προμηθεῖ εἰς μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς οἴκησιν οὐκέτι ἐνεχώρει εἰσελθεῖν (πρὸς δὲ καὶ αἱ Διὸς φυλακαὶ φοβεραὶ ἦσαν) εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα τὸ κοινόν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου,

necessitudine vigilans, auditum Jovi nuntiavit. Qui veritus ne id, quod ipse Saturno patri fecisset, in simili causa pati regno privatus cogeretur, destitit Thetim velle ducere uxorem, et Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, eumque vinculis liberavit, neque quod illi fuerat juratus remisit, vacuum omni alligatione futurum. Sed memoriæ causa ex utraque re, hoc est, lapide et ferro sibi digitum vincire jussit. Qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, annulos lapide et ferro conclusos habere cœperunt. Nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret.

— — —

Lampadum certaminis in honorem Promethei ab ara ejus in academia Athenis instituti mentionem facit etiam Pausan. Attic. cap. 30. De annulo Promethei etiam Plinius loquitur, lib. xxxiii. c. 4. et lib. xxxvii. cap. 1.

[u] Lib. ii. cap. xix. p. 153. ed. Kühn.

[x] C. 16. ed. Fischer. p. 136. et ed. Ficin. Lugd. p. 177. A.

καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς, δίδωσιν ἀνθρώπῳ· καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται· Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον (ἧπερ λέγεται) κλοπῆς δίκη μετῆλθεν. Hanc fabulam de artibus a Prometheo inventis secuta est illa [y], qua eum fictilium simulacrorum inventorem esse narrabant. *Cujus artificii* Lactantius, *detestabilis,* inquit, *et inepti auctor fuit Prometheus patruo Jovis Japeto natus. Nam cum primum Jupiter summo potius imperio tanquam deum se constituere vellet, ac templa condere, et quæreret aliquem, qui humanam figuram posset exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita verisimiliter, ut novitas ac subtilitas artis miraculo esset. Denique illum et sui temporis homines et postea Poëtæ tanquam fictorem veri ac vivi hominis prediderunt, et nos quoties fabrefacta signa laudamus vivere illa et spirare dicimus.* Recte autem observat Lactantius, fabulam, quæ Prometheum creatorem generis humani facit, ex illa, quæ eum fictilium simulacrorum auctorem nuncupabat, fluxisse. Secundum Ovidium enim [z]

Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Japeto, mistam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Nec defuerunt, qui modum creationis curiosius describerent. Etenim Horatio teste [a] ferebatur Prometheus

addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam et insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Inter officia Promethei erga Jovem præter consilia ei in bello adversus Titanas data, et vaticinium de periculo ex Thetidis nuptiis, memoratur etiam hoc, quod Jovis caput, Pallade gravidum, securi percusserit, ut illa exsilire posset, quod alii Vulcano tribuebant. [b]

Irarum Jovis in Prometheum causæ fuerunt, fraus Promethei in carnium partitione, nimia in homines beneficia, ignis furtum [c].

De pœna ejus, præter Æschylum, qui primum eum in Scythico deserto affixum, deinde sub terram dejectum, post iterum in lucem pro-

[y] Ejus etiam consiliis Deucalionis arcam fabrefactam esse auctor est Apollodor. lib. i. p. 19.

[z] Metam. i. 78. sqq.

[a] Carm. i. 16. 13. ubi conf. Acron. Alludunt ad hanc fabulam Juvenal. xiv. 35. Phædr. fab. iv. 4. Claudian. Consul. Honor. 232.

[b] Apollodor. lib. i. p. 9.

[c] Cf. præter Æschylum nostrum Hesiod. ii. supra cc. Apollodor. lib. i. p. 19. Hygin. l. c. et fab. 144. Serv. ad Virgil. Eclog. vi. 42. Lucian. in Prometh. qui et hominum creationem inter ejus crimina recensentem inducit Mercurium.

tractum atque ad Caucasum alligatum fuisse scripsit, reliqui omnes eum in Caucaso vinctum perhibent[d].

" Observandum vero, duos ab historicis Caucasos memorari, quorum alter Colchicus sit, alter Indicus, et utrique fabulam hanc de Prometheo assignari. At quod de Indico narratur, omnino commentum est, ab assentatoribus Alexandri certissime confictum. Nam Macedones montem eum, quem Alexander cum exercitu superavit, Caucasum nominarunt, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν, καὶ Ἴμαον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον, Strabo lib. xv. Qui Alexandrum inter Deos referre cupiebant, omnia de Baccho et Hercule ad eum transferebant; quinetiam locum ipsum ostendebant, quo Prometheus vinctus sit. Strab. lib. xv. ἰδόντες σπήλαιον ἐν τοῖς Παροπαμμισάδαις ἱερὸν τοῦτο ἐνεδείξαντο Προμηθέως δεσμωτήριον. Arrian. lib. v. ἀναβάσ. Φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ ἀετὸς, ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα, δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε. Hoc itaque omnino rejiciendum, utpote a fœda et imperita assentatione profectum, quod optime Strabo observavit lib. xi. ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα, καὶ τὸ τὸν Προμηθέα παραδεδόσθαι δεδεμένον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον, τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν." *Stanl.*

Allegoricæ fabulæ Promethei interpretationes multæ fuere. Vid. Plotin. Ennead. 4. lib. iii. c. 14. Suidas in Προμηθεύς. Eudociæ Ἰωνιὰ in cap. de Prometheo.

Pausanias[e] apud Panopenses in ipsa via e crudo laterculo signum vidit e lapide Pentelico, quidam Æsculapium, alii Prometheum esse dicebant. Ejus rei testimonia se habere putabant, quod ad præruptas torrentis ripas saxa jacebant ea magnitudine, ut singula plaustrum onerare possent. Color illis non terreni, sed qualis in sabulo rivorum et torrentium cernitur. Odorem etiam humani prope corporis incolarum opinione referebant; reliquias eas esse ajebant luti illius, e quo genus humanum Prometheus finxerit.

Tabula, in qua Prometheus vinctus cum Hercule mox eum liberaturo pictus erat, luculenter describitur apud Achillem Tatium[f]. Verum hæc hactenus. Longius enim jam fortasse, quam tempus aut locus postulabat, excurrimus.

EXCURSUS II.

Ad. v. 425. *sqq. De Atlante.*

V. 425—435. ubi de Atlante cœlum sustinente loquitur Chorus, ita vertit Stanleius : *Alium quidem solum deorum antea in la-*

[d] Inter quos, præter eos quos jam laudavimus, Apollonius Rhod. Argonaut. lib. ii. v. 1247. sqq. Valer. Flacc. Argon. v. 155. sqq.

[e] Lib. x. cap. 4. p. 806. ed. Kühn.

[f] De Clitoph. et Leucipp. amorr. lib. iii. c. 8.

boribus, domitum adamantinis corruptelis, Titanem vidi Atlantem, qui semper supereminens robur, firmum et cœlestem polum humeris ingemiscens sustinet, mugit vero marinus fluctus collisus, suspirat fundus, et ater orci secessus fremit subtus terram fontesque fluviorum limpidorum deplorant dolorem miserabilem. Hoc loco difficultas oritur ex his qui sequuntur versiculis :

Ἄτλανθ᾽ ὃς αἰὲν ὑπείροχον σθένος
Κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον
Νώτοις ὑποστενάζει.

In ultimo quidem versu faciliorem lectionem Robortellus edidit ὑποβαστάζει. At ὑποστενάζει, quod Aldus et Turnebus ediderunt, et Stanleius in notis probavit, et nuper e codd. Regg. Brunckius restituit, non solum quia exquisitius ac difficilius est, lectioni ὑποβαστάζει, quam e glossa ortam esse ipsa ejus facilitas prodit, anteferri debet ; sed etiam, quod imago Atlantis sub onere *ingemiscentis* optime convenit sequentibus, ubi mare et orcus et flumina cum Atlante gemere et suspirare dicuntur. Quamquam vero lectionem ὑποστενάζει genuinam esse, dubitari non potest, tamen id verbum difficilem habet cum reliquis quæ antecedunt juncturam. Si enim Æschylus dixisset νώτοις τὸν οὐράνιον πόλον ὑποστενάζειν pro νώτοις ἀνέχοντα ὑποστενάζειν, quid hac ellipsi durius fingi aut cogitari posset? aut si νώτοις cum ὑποστενάζει construxisset, quid ineptius? Itaque hoc incommodum ut sublevetur, *primum* hac ratione fieri posse existimavimus, ut pro κραταιὸν legatur participium κραταιῶν, (vel, si mavis, κρατύνων) inter vocabula vero νώτοις et ὑποβαστάζει excidisse statuatur aliud participium, quod *ferendi, sustinendi,* aut *bajulandi* notionem denotet, ut φέρων, ἐρείδων, ἀνέχων, aut simile. Versibus autem ita constitutis :

ὃς αἰὲν ὑπείροχον σθένος
Κραταιῶν, οὐράνιόν τε πόλον
Νώτοις { ἐρείδων / φέρων } ὑποστενάζει

Hic sensus exit, non magis facilis et expeditus quam exquisitus et poëticus : *Atlantem vidi—qui identidem præpotens robur,* eximias corporis vires, *firmans* h. e. intendens, *cœlique polum dorso sustinens subtus ingemiscit* ; vel, ut idem vernaculo sermone reddamus : *Ich sah—den Atlas, der seine überschwengliche Stärke immer von nevem anstrengend, und den Himmel auf seinem Rücken tragend, unter seiner Last erseufzet.* Sic ὑπείροχον σθένος non de cœli mole, sed de viribus Atlantis aptissime ponitur, utpote quæ tanto oneri ferendo non pares tantum, sed etiam superiores esse debebant. Ingentes autem corporis vires in Atlante alii quoque poëtæ celebrant, v. c. Ovidius, cui ille hominum *cunctos ingenti corpore præstans* dicitur [g]. *Quis enim par esset Atlanti viribus* [h] ? Si igitur scripsit Æschylus, αἰὲν ὑπείροχον σθένος κραταιῶν, ostendere nobis voluit

[g] Metam. iv. 630. [h] Ibid. iv. 652.

Atlantem sub tanto onere, ne ei succumberet, identidem totis viribus connitentem, eumque cum ingenti cœli mole quasi luctantem finxit. Quæ quidem imago Pindaro obversata est[i], ubi de Demophilo dicitur, κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ προσπαλαίει, eamque lectionem sapienter Heynius adversus Pauwii ineptam corrigendi libidinem defendit. Talem vero et hoc loco Atlantem describi utile erat, et ad miserationem excitandam appositum. Κραταιοῦν σθένος, *firmare robur*, quin idem significare possit, ac *intendere vires, totis viribus conniti*, mihi quidem dubium non est. Ut autem apud Homerum τῶν δὲ σθένος ὄρνυται αἰὲν[k] idem est ac horum robur perpetuo s. identidem *augescit*, sic h. l. Atlas αἰὲν ὑπείροχον σθένος κραταιῶν recte dicitur identidem seu perpetuo vires eximias intendens, ne molesto cœli onere plane opprimatur. Quod autem Stanleius lectionem νώτοις sollicitavit, existimans ὤμοις, quod etiam versione expressit, reponendum esse, id qua causa adductus fecerit, non assequimur. Nimirum Æschylus (coll. v. 347.) humeris ac dorso Atlantem cœlum sustinere imaginatus est. Certe sic variant poëtæ in gestu Atlantis describendo, ut alii capite, alii humeris, alii dorso cœlum ab eo fulciri tradant. Et Homerus quidem simpliciter nulla parte corporis nominata[l]:

Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακρὰς αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.

Hesiodus capite et manibus Theog. 517.

Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
Πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ
Ἑσπερίδων λιγυφώνων
Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι.

Euripidi vero dicitur[m]:

Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν
Θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκτρίβων.

Sic etiam ignotus auctor versiculorum, quos in cod. Viteb. Scholiastes ad hunc Æschyli, quem tractamus, locum laudavit, quique, sed aliquot locis emendatiores, leguntur in Eudociæ Ἰωνιᾷ nuper a V. Cl. d'Ansse de Villoison primum edita[n]:

Μῦθος παλαιὸς, ὡς Ἄτλας νώτοις φέρει
Τὸν οὐρανὸν κάτωθεν ἐκ γῆς ἀνέχων
Σὺ γοῦν ἀκούων γνῶθι τοῦτ' ἀλληγόρως.
Ὄρος γὰρ Ἄτλας Λιβύης ἐν ἐσχάτοις
Οὗ τὴν κορυφὴν ἐκ νεφῶν κεκρυμμένην
Εἶναι δοκοῦσιν οὐρανοῖς συνημμένην.
Ἐντεῦθεν οὖν Ἕλλησιν ἡ μυθουργία
Ἄτλαντα νώτοις εἰσαεὶ πόλον φέρειν.

[i] Pyth. iv. 515.
[k] Il. λ'. 826.
[l] Od. α'. 53.
[m] Ion. v. 1, 2.
[n] P. 16, 17.

Apollodorus humeris Atlantis cœlum imponit: Ἄτλας ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν[o]. Idem narrat Hyginus fab. 150. Virgilio Atlas *axem stellis ardentibus aptum humero torquere*[p] et ætherios orbes humero sustinere dicitur[q]. Quod vero inter vocabulum νώτοις et ὑποστενάζει participium aliquod excidisse suspicati sumus, quod *fulciendi* seu *sustinendi* notionem involveret, id ejusmodi est, ut, cum plura hujus generis verba sint, ecquod eorum scripserit Æschylus, absque codicum testimonio certo definire nequeamus. Quantum ex iis, quæ modo excitavimus, scriptorum locis patet, usurpatæ sunt in hac re locutiones οὐρανὸν ἔχειν, ἀνέχειν, φέρειν, ἐρείδειν, ἐκτρίβειν. Si ἐρείδων inseramus, versus erit asynartetus ex duabus penthemimeribus Iambicis; idque participium adhibuit Noster loco simillimo v. 347. Fieri etiam potest ut sic scripserit Æschylus:

Νώτοισιν ὑποβαστάζων στενάζει,

eodem metro, et verborum structura, quæ utriusque lectionis codicum ὑποστενάζει et ὑποβαστάζει origini explicandæ optime inservit. Nam quod Stanleius existimat, verbum βαστάζειν non significare *dorso aliquid bajulare*, sed ulnis gerere, id falsum est, eumque vel unus Aristotelis locus, jam a Stephano in Thes. L. Gr. adductus, ubi dixit γέροντας ἐπ' ὤμων βαστάζειν, meliora docere poterat. Hactenus de prima, quæ nobis in mentem venit, h. l. emendandi ratione. De altera nunc breviter dicemus. Fortasse enim ita corrigendum:

Ἄτλανθ' ὃς αἶαν, ὑπειρέχων σθένος
Κραταιόν, οὐράνιόν τε πόλον
Νώτοις ἐρείδων ὑποστενάζει.

Atlantem vidi, qui valido robore præstans terram et cœlum dorso sustinens ingemiscit. Utra vero harum emendationum præferenda sit, alii videant. Prioris vero si rationem habeas, οὐράνιον πόλον significabit vel *axem cœli*, vel periphrastice *cœli verticem* h. e. *ipsum cœlum*. Posterior illa si cui magis placeat, is αἶαν οὐράνιόν τε πόλον simpliciter pro γῆν καὶ οὐρανὸν positum esse existimet licebit. Mihi tamen, utramvis rationem sequamur, verisimilius est οὐράνιον πόλον h. l. cœlum ipsum, non cœli axem denotare. Si enim comparetur locus simillimus, Prometh. v. 347. ubi de Atlante dicebatur:

πρὸς ἑσπέρους τόπους
Ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
Ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον,

clarum est, ut opinor, Æschylum ita sibi animo informasse Atlan-

[o] Bibl. lib. 1.
[p] Æn. iv. 482. vi. 797.
[q] Ibid. vii. 136.

tem, ut montem cognominem, Atlantem scilicet in Mauretania, humeris sustineret, quo quidem monte cœlum tanquam columna fulciretur. Sic mons Atlas κίων οὐρανοῦ καὶ γῆς dicatur, quia cœlum et terram distinet, prohibetque ne cœlum in terram ruat; eadem fere metaphora, qua Pindarus Ætnam κίονα οὐρανίαν nominavit[r]. Idcirco convenientius est h. l. οὐράνιον πόλον de ipso cœlo, quam de cœli axe interpretari; aliter in eadem tragœdia diversam ejusdem rei imaginem secutus esset poëta, et primo quidem loco Atlantem *cœli columnam sustinere,* altero autem *cœli axem torquere* dixisset: quæ quidem rationes in eadem tragœdia, præsertim paucis versibus interjectis, male discreparent. Accedit quod phantasia de Atlante cœli columnam h. e. montem Atlantem humeris sustinente Æschyli ætate et stilo dignior sit, ut quæ propius ad sensum et opinionem accedat; altera vero ratio de Atlante axem cœli torquente, ut doctior, ita recentior est, nec tam e sensibili rei specie, quam ex Astronomorum doctrina fluxit.

EXCURSUS III.

De ignis inventione Prometheo tributa[s].

Ignem in ferula a Prometheo surreptum esse, ante Æschylum jam Hesiodus auctor est[t]:

τὸ μὲν αὖθις ἐῢς παῖς Ἰαπέτοιο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι.

Is autem ignem antea quidem jam mortalibus notum, post a Jove iis substractum et absconditum, denique a Prometheo iterum iis redditum esse refert. In quo ab ejus vestigiis recessit Æschylus; quippe qui ignis primum hominibus tributi honorem Prometheo diserte tribuit. Eandem fabulam narrant aut sequuntur Apollodorus, Lucianus, Hyginus, Diodorus Siculus, Attius, Horatius, multique alii. Ferula s. νάρθηξ fruticis genus, in Apulia et Ægypto crescens; in Ægypto quidem olim præcellere ferebatur[u]. Ejus figuram delineatam præbent Matthias de Lobel in historia stirpium[v] et Matthiolus in epitome de plantis[w], quas jam Ill. Michaëlis l. c. laudavit. cf. lexic. Æschyl. v. ναρθηκοπληρωτός. Varie autem Promethea ignis inventio ab antiquis scriptoribus explicatur. Diodorus Siculus eum igniariorum repertorem fuisse existimat. Plinius autem, cum ignem e silice monstravisset Pyrodes Cilicis filius, Prometheum eundem in ferula asservari docuisse tradit. Alii ut Theophrastus[x] ad philosophiæ doctrinam traxerunt. Argivos etiam totam ignis inventionem Prometheo abjudicasse, Phoroneoque tribuisse, e Pausania constat.

[r] Pyth. i. 36.
[s] De ignis inventione generatim more suo h. e. subtiliter et eleganter disputavit Ill. Michaelis, in Vermischten Schriften 3. Stück p. 72.
[t] Opp. et Dier. v. 52.
[u] Plin. xiii. 43.
[v] p. 450.
[w] p. 549.
[x] vid. Eudociæ Ἰωνιὰ cap περὶ Προμηθέως.

EXCURSUS IV.

Ad v. 680.—855. *De Iûs erroribus.*

In exponendis ad Æschyli descriptionem Iûs erroribus præcipue elaborarunt Pauwius, Heathius, et anonymus tragœdiarum Æschyli interpres Gallus [y], in appendice de Iûs erroribus versioni subjecta [z]. Sed nondum omnia recte expediverunt, ut operæ pretium facturus mihi videar, si telam ab aliis textam denuo retexam.

Ac primum quidem cum omnibus nobis convenit, secundum Æschyli opinionem Io patria urbe exsulem, primum ad vicum Cenchreæ et colles Lernæ imminentes [a] pervenisse, deinde per Molossorum regionem ad Dodonam profectam esse [b]. Hæc enim ita claris verbis testatur poëta, ut ambiguitas inesse non possit.

Cum vero his verbis :

Ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
Κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας

Io littus legisse et ad magnum Rheæ sinum pervenisse dicitur, in hac parte itineris definienda dissentiunt interpretes. Pauwius enim putabat, Æschylum de trajectione maris Ionici locutum esse ; ideoque sequentem versum

ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις

sic refingebat

ἐφ' οὗ γ' ἀλιπλάγκτοισι χειμάζῃ δρόμοις.

In quo, quantum video, Inachi filiam in mare Ionium desiliisse, indeque per Siculum in Ægæum mare tranasse putabat, donec tandem alicubi appelleret, ac terresti itinere ad Prometheum perveniret. Et huic quidem Pauwii commento Heathius calculum adjicere nullus dubitavit, nisi quod unum tantum sibi scrupulum restare fatetur. Post mare nimirum Ionium trajectum longissimum adhuc Ioi terrestre iter conficiendum fuisse, priusquam ad Prometheum accedere potuisset ; et si de maris trajectione locutus esset poëta, eum non χειμάζῃ, sed ἐχειμάσθης scripturum fuisse. Enim vero tota hæc Pauwii ratio facile convincitur. Quid enim eum movere poterat, ut crederet Æschylum erranti virgini non terrestre solum iter, sed etiam cursum maritimum tribuisse, antequam ad Prometheum veniret ? Scilicet nihil aliud hominem fefellit, quam quod alii scriptores mare Ionium ab Iûs trajectione nominatum esse perhibeant. At enim vero nihil hoc ad Æschylum pertinet. Ferendum enim non est, diversas diversorum poëtarum fabulas inter se commisceri, et quæ recentiores forte adjecerint, aut mutaverint, ea vetustioribus quoque poëtis, quamvis invitis, obtrudi. Hoc igitur positum nobis sit inprimis, *trajecti* ab Inachi

[y] *Tragédies d'Eschyle*, à Paris 1770. 8.

[z] *Eclaircissements historiques et geographiques sur les Courses d'Io*, p. 509. sqq.

[a] v. 681. sq.

[b] v. 835. sq.

filia maris in his Æschyli verbis nullum plane vestigium esse. Nihil aliud enim significatur, quam eam terrestri cursu maris oram τὴν παρακτίαν legisse, deinde ad sinum Rheæ pervenisse. Neque vero Appollodorus ab hac locorum notatione discedit. Is enim Inachida, postquam œstro a Junone concitata esset, ἐς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἰόνιον κόλπον κληθέντα venisse narrat. Verba εἰς τὸν κόλπον haud aliter accipio, ac Æschyli illa πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας. Neutra harum phrasium significat Io in ipsum maris sinum se dejecisse, sed tantum USQUE AD eum penetrasse. Verum hic nova oritur quæstio, quinam sit ille sinus, quem Æschylus κόλπον Ῥέας nominet. Francogallus interpres intelligi voluit sinum Ambracium (*maintenant le golfe de Larta*) non multum a Molossorum regione remotum. In quo tamen assentiri ei non possum. Strabo enim diserte Ambracium sinum ab Ionio distinguit, et hunc quidem suo tempore partem Adriatici maris fuisse testatur. Æschyli autem ætate mare Adriaticum universum Ionii appellatione insignitum fuisse statuimus, quod labente tempore tandem in parte ejus hæserit. Ideoque μέγαν κόλπον Ῥέας vel universum mare Ionium i. q. nunc Adriaticum, vel tantum intimum ejus recessum circa Venetos et Aquileiam significari crediderim. Cum igitur huc Io venisset, non ipsum mare ingressa est, sed potius παλιμπλάγκτοισι δρόμοισι, *retrovago cursu*, terrestri nimirum, non maritimo, at Pauwius et Gallus interpres existimant, tandem ad Prometheum in Scythiam pervenit, sive quod Æschylus eam, (quæ Apollodori quoque ratio est,) per Illyridem progressam, Hæmum transcendisse ac Bosporo Thracio trajecto in Scythiam pervenisses apposuerit; sive quod eam secundum Istri longitudinem pedem promovisse finxerit donec vel ad Pontum Euxinum veniret, vel Istro alicubi trajecto sic tandem in Scythiæ desertam regionem ad Prometheum evaderet. Cum enim hanc itineris partem Æschylus alto silentio presserit, mentem ejus divinare velle supervacuum, et certi aliquid definire justo audacius esset.

Quod autem Rheæ sinus, μέγας κόλπος ab Æschylo dicitur, in eo non magis argutandum est, quam cum Ionii maris insulæ a Virgilio Æn. iii. 211. *Insulæ Ionio in magno* appellantur, ubi id omnino sic dici, ut *mare magnum terrra magna*, recte Heynius admonuit. Cum autem Æschylus hæc adjicit [*]:

> χρόνον τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
> σαφῶς ἐπίστασ' Ἰόνιος κεκλήσεται
> τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς,

profecto τῆς πορείας non est interpretandum *tuæ trajectionis*, sed potius *itineris tui, aditus tui;* illumque sinum Æschylus, non quod Io eum tranaverit, (quod alii scriptores comminiscuntur) sed quod eum adierit, s. usque ad eum cursu pervenerit, *Ionium* appellatum fuisse dicit.

Jam Apollodorus, Io, priusquam in Scythiam venisset, Thra-

[*] v. 845. sq.

cium Bosporum, ab ea sic nominatum, trajecisse scribit; sed ab hac narratione discedit Æschylus, nullam saltem ejus mentionem injicit.

Reliqua vero ejus itinera sic persequitur tragicus, ut eorum descriptionem vaticinanti Prometheo tribuat. Is igitur primum Io jubet ad orientem conversam incultas terras pertransire,

> πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
> ςρέψασα σαυτὴν, ςεῖχ' ἀνηρότους γύας.

Quia Io videbatur septentrionem versus itura, Prometheus, quem supra ita ad rupem Scythicam alligatum fuisse sumsimus, ut facie versus Occidentem hibernum conversus esset, bene dicere poterat ςρέψασα σαυτὴν, cum eam, ne versus Septentrionem pergeret, sed ad Orientem se converteret, admonebat.

Itaque jam sic pergebat Io, ut a sinistra in Scythas Nomadas incideret, qui Hamaxobii nominabantur, a dextra autem mare haberet. Hanc Æschyli sententiam fuisse clarum est ex his qui sequuntur versiculis.

> Σκύθας δ' ἀφίξῃ νομάδας — —
> οἷς μὴ πελάζειν. ἀλλ' ἀλιςόνοις πόδας
> χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.

Ῥαχίαι ἀλίςονοι, *littora montana maris allisu perstrepentia*, maris alicujus viciniam designant; ac, nisi Æschylum plane quid dixerit ignorasse statuerimus, necesse est eum sub ῥαχίαις ἀλιςόνοις intellexisse littora paludis Mæotidis, quæ utique, si Io versus orientem pergeret, ei a dextra sita erant, quibusque si appropinquabat, effugere licebat Scythas Nomadas, qui longius a palude Mæotide versus Septentrionem recedebant.

Tum vero Ioi ulterius proficiscenti a sinistra occurrebant bellicosi et inhospitales Chalybes. Et hos quidem alios fuisse necesse est, quam qui vulgo memorantur circa fluvium Thermodontem. Nempe jam alibi observavimus, Chalybum nomine complures olim gentes locorum intervallis dissitas nominatas fuisse. Hi igitur intra Borysthenem et Tanain habitabant, in vicinia Scytharum Hamaxobiorum, ita ut eos a sinistra Io præteriret.

Jam Io ad fluvium quendam Hybristen olim appellatum perventura erat. In hoc enim versiculo,

> ἥξεις ὑβριςὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,

vocem ὑβριςὴν non appellativam, sed nomen proprium esse supra ad h. v. docuimus. Nec Araxes, ut Scholiastæ, nec Aragus, ut Gallus interpres opinatur, h. l. intelligi potest. Uterque enim regiones a meridionali parte Caucaso subjectas perlabitur. Æschylum vero de septentrionali Caucasi vicinia loqui perspicuum est. Restat igitur, ut poëtam de Hybriste quodam fluvio, sive verum, sive fictum nomen fuerit, famam accepisse statuamus, qui ex ipsis Caucasi jugis versus septentrionem decurreret; quem quidem Prometheus Inachi filiam prius transire vetat, priusquam ad

ejus fontes in ipso Causaco escenderit. Hic si conjecturis indulgere quidquam prodesset, opinari facile possemus, Hybristen fortassis eundem fluvium esse, qui Tanais appelletur. Falso enim olim, Strabone teste [e], a nonnullis creditum est, Tanain per Caucasum labi versus septentrionem, inde ad Mæotidem paludem reverti. Veruntamen incertiora hæc sunt, quam ut iis immorari libeat.

Caucasum Io supergressa versus meridiem descendit ad Amazonum sedes, quas, antequam ad Thermodontem fluvium demigrarent, in vicinia Caucasi meridionali habitasse ex h. l. intelligitur. cf. Strab. lib. xi. [f]

Aperte autem Æschylus a vero locorum situ aberravit, cum Amazonum campum Themiscyram ibi situm esse pronuntiavit,

> ἵνα
> τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος,
> ἐχθρόξενος ναύτησι, μητρυιὰ νεῶν.

Etenim Themiscyra in Ponti Euxini meridionali, Salmydessi vero sinus in occidentali littore erat. Salmydessius tractus (alii Ἁλμυδισσὸς scribunt) ab insulis Cyaneis usque ad Andriacam pertinebat. Ad loci descriptionem Æschyleam proxime accedunt Scymni Chii [g] versiculi:

> Εἶτ' αἰγιαλός τις Ἁλμυδησσὸς λεγόμενος
> Ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν
> Καὶ δυσπρόσορμος ἀλιμενός τε παντελῶς
> Παρατέταται ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος [h].

Ceterum etsi in locorum positione falsus est poëta, Salmydessi tamen descriptio optime cum aliorum auctorum notatione convenit. τραχεῖα enim dicitur Salmydessi ora, quia, ut Strabo ait, erat αἰγιαλὸς λιθώδης; deinde ἐχθρόξενος ναύτησι, quia, eodem et Xenophonte auctoribus, infamis erat Thracum ea loca accolentium latrociniis; denique μητρυιὰ νεῶν, *noverca navium*, ob crebra naufragia, quia erat sinus importuosus, et propter brevia dorsuosa (*Scheeren* Germani nautæ appellant) navibus infestus. Ita Xenophon l. l. ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. τέναγος γάρ ἐστιν ἐπιπολὺ τῆς θαλάσσης.

Amazonum sedibus relictis Io ab iis deducta est per regionem Bosporanorum; deinde accessit ad fretum Bospori Cimmerii.

> Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
> Κιμμέριον ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σὲ χρὴ
> Λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν μαιωτικόν.

Isthmus hic ab Æschylo memoratus, nisi omnia poëtam miscuisse

[e] Lib. ii. p. 107. D. ed. Casuab.

[f] P. 503, 504. ed. Casaub.

[g] V. 723. sqq. tom. ii. geogr. minor. ed. Hudson.

[h] De Salmydesso cf. Xenoph. Exp. Cyr. vii. 5. 8. Anonymi peripl. Pont. Euxin. p. 164. ed. Gronov. Arriani peripl. Pont. Euxin. p. 136. ed. Blancard. et Strab. lib. vii. p. 319. C. ed. Casaub.

ac perturbasse fingamus, is esse nullo modo potest, qui Chersonesum Tauricam cum continenti jungebat, quemque propter similitudinem Strabo cum Corinthiaco comparat; sed potius h. l. intelligenda est, ut Melæ verbis utamur, obliqua illa regio et in latum modice patens, quæ inter Pontum Exinum et paludem Mæoticam excurrit; ubi olim erant urbes Hermonassa, Cepoe, Phanagoria, et in ipso ore Cimmerium. Hanc igitur oram Io relinquens forti animo jubetur tranare Bosporum, qui ab ejus transitu sic dicendus esset, Cimmerium. Bosporo autem trajecto, (quem quia per eum introitus erat in paludem Mæoticam, στενοπόρους λίμνης πύλας, et αὐλῶνα Μαιωτικὸν Æschylus appellat) Io pervenit in Chersonesum Tauricam; quod etsi Æschylus diserte non indicat, ex ipso contextu tamen colligitur; et quodammodo ab Apollodoro confirmatur, qui Io etiam in Κιμμερίδα γῆν venisse narrat. Κιμμερὶς γῆ vero est Chersonesus Taurica, in qua Cimmerios quoque olim habitasse notum est.

E Chersoneso Taurica, quoniam Prometheus Ioi denuntiat, eam relicta Europa in continentem Asiæ venturam esse, Io trajecto ponto Euxino in Thraciam, e Thracia vero per Bosporum Thracium in Asiam venerit necesse est. Quod quamquam hoc loco disertis verbis non significatur, certo tamen e versu 796. intelligitur. Ibi enim ῥεῖθρον, quod dicitur ἠπείρων ὅρος, nihil aliud esse potest, quam Bosporus Thracius, qui continentem Europæam ab Asiatica sejungit.

Heathius longe aliam et contrariam prorsus viam ac rationem ingressus est, cum verba illa v. 731. sqq. ἵνα τραχεῖα Πόντου Σαλμυδησσία γνάθος non ad proxime præcedentia αἳ Θεμίσκυράν ποτε κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', sed potius ad verbum ἵξῃ v. 730. trahenda esse existimat. Verum hoc fieri nullo modo potest. Si enim Io superato Caucaso ad Salmydessum in Thracia profecta esset, (ubi Amazonibus poëtam nostrum illo tempore sedem designasse Heathius opinatur) alio itinere nisi Ponto Euxino trajecto in Thraciam pervenire non potuisset. Jam de hac trajectione postea demum loquitur; ut alia hujus explicationis incommoda taceamus.

A versu 797.

πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς

nostra quidem opinione non unum, sed complures versiculos excidisse, supra jam professi sumus; quibus Æschylus errores Iûs per Asiam persecutus sit. Nam Apollodorus quoque Inachi filiam, postquam Scythiam et Cimmeriam, terram peragraverit, per continentes multum errasse, multaque Europæ et Asiæ maria, antequam in Ægyptum venerit, tranasse scribit. Incredibile igitur est, Æschylum Iûs transitum in Asiam subito cum Africanis itineribus conjunxisse. Atque cum ipsa constructionis ratio lacunam post v. 797. satis prodat, facile conjicitur decem aut plures versiculos intercidisse. Fortasse Æschylus vagam Inachida usque

in Indiam excurrisse docuerat, indeque regressam per Arabiam felicem tandem superato sinu Arabico in Æthiopiam perduxerat. Quicquid sit, hoc saltem certum est, verba illa

πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης etc.

jam ad Africam pertinere, omniaque quæ sequantur monstra et miracula, quibus ut Io in majorem terrorem atque admirationem raperetur, usus est, a poëta in Africa poni. Gorgones in extrema Africa circa Atlantem habitasse Servius prodidit ad Virgil. Æn. vi. 289. In Africa quoque ponit Diodorus Siculus lib. iii.[i] Cf. etiam Palæphatum de Phorcidibus; incredib. hist. c. 32. In Africam poëta noster grypes quoque et Arimaspos transtulit, quos vulgo in Scythia sedem habuisse memorant. cf. Herodot. iv. 13. Ac in fabula de Arimaspis forsan secutus est Aristeam Proconnesium in Arimaspeis, cui quoque auctori fabulosum illum fluvium Plutonem, auri micas ferentem, deberi credibile est.

Reliqua Iûs itinera nihil fore difficultatis habent. ποταμὸς Αἰθίοψ Niger s. Nigris est, cujus ripas Io secutura tandemque ad Byblinos montes, ubi Nili erat catarrhacta, perventura erat. Byblini montes dicuntur, quia ibi papyri, βίβλου seu βύβλου, magnus erat proventus. Καταβασμὸς non est Καταβαθμὸς ille nomine proprio sic dictus in Ægypti et Cyrenaicæ finibus, nec ipsum Nili catarrhactam sic vocari crediderim; sed nihil aliud h. v. significari puto, quam κατάβατιν κέλευθον, viam s. locum excelsum, unde in planitiem descensus est. Jam Ioi Nili cursum secuturæ, tandem in regionem τρίγωνον Νειλῶτιν, quæ vulgari nomine Delta appellabatur, iter decretum erat, ubi cum ad urbem Canobum pervenisset, Jupiter eam pristinæ formæ ac valetudini restituturus erat.

EXCURSUS V.

De tragœdiæ Promethei vincti consilio et adornatione.

Cum primum poëta animum ad scribendam hanc tragœdiam appulit, id potissimum egisse nobis videtur, ut Atheniensibus acerrimum tyrannidis odium inspiraret, verumque libertatis, qua tum maxime fruebantur, amorem, tanti mali metu in eorum animis excitaret confirmaretque. Quo consilio Jovem deorum novum regem s. tyrannum impotentem finxit, omnia pro arbitrio agentem, jura sibi data negantem, omnia suæ majestati arrogantem, inexorabilem, asperum, et in amicos quoque bene de se meritos, propterea quod suspectos omnes habeat, ingratum atque crudelem[k].

In Prometheo vero spectatoribus utilissimum hominis vere popularis exemplar proposuit, quem, ut ait Horatius, nec vultus instantis tyranni, nec civium ardor prava jubentium mente solida

[i] P. 185. ed. Rhodom.

[k] Cf. v. 34. 40. 60. 95. sqq. 149. sqq. 161. sqq. 184. sqq. 221. sqq. 304. sqq. 313. sq. 402. sqq. 745. sqq.

quatiat; qui propter generis humani caritatem præpotentis tyranni odium suscipere nullus dubitaverit, susceptum autem excelsa animi magnitudine ac robore sustineat. Itaque illius humanitas cum Jovis crudelitate, illius cupiditas cum hujus bene de omnibus merendi studio, illius effrenata ferocia cum hujus moderatione et fortitudine præclare comparatur. Jupiter universum hominum genus exstinguere voluit; Prometheus, omnium mortalium vitæ ac felicitatis auctor, parens, deus exstitit. Prometheus Jovis ad regnum obtinendum adjutor fuerat; Jupiter Prometheum, immemor beneficii, nec ullam ob causam, nisi quod eum ob nimiam humani generis caritatem suspectum haberet, indignis modis vexat, acerbissimisque pœnis affligit. Jupiter in summo dignitatis et imperii fastigio constitutus omnia libertatis jura diis eripuerat, æquitatem ac justitiam negligebat sanctissimas antiquissimasque leges pedibus conculcabat; Prometheus ne summa quidem miseria sic induratur, ut ingenitum humanitatis sensum ex animo amittat; non irascitur hominibus [l], quorum propter amorem tanta se calamitate oppressum videt; non exuit pristinam miseris succurrendi voluntatem [m]; et quamquam se immensis malorum fluctibus mersum videt, idem tamen se quam plurimos malorum socios optare candide negat [n]. Jovem ne summa quidem potentia a timore liberat, id quod haud obscuro indicio prodit, cum vaticinio Promethei perterritus Mercurium ad eum ablegat, omnibusque minis ac terroribus, pertinacissimum, quo ille nuptias Jovi periculosas premebat, silentium vincere atque expugnare cupit; Prometheum vero, quamvis omnibus artubus deligatum et constrictum, non Chori sollicitudo benevolentiæ plena, non Oceani, mitiora remedia suadentis, amica consilia, non Iûs miseris furoribus vagisque cursibus unius Jovis ob noxam agitatæ horrores, non sævæ Mercurii comminationes, non denique aëris marisque tumultus, non cœli terræque ruinæ molliunt ac frangunt. Ecce justum illum ac tenacem propositi virum! Ecce virum fortem cum mala fortuna compositum!

Admirabiliter autem Æschylus Promethei imaginem sic efformavit, ut, quamquam semper tenet animi fortitudinem, eandem tamen pro diversa personarum, quibuscum componitur, indole atque ingenio aliis aliisque modis exserat atque declaret. In prima enim scena, præsentibus Vulcano, Robore ac Vi, supplicii exsecutoribus, omne animi robur in gravissimo silentio cernitur, quo vincula, vulnera, cruciatus, ludibria perfert. Non enim supplex est Jovis ministris; non vociferatur, non ingemiscit illis præsentibus. Nempe, quantum in ipso est, diligenter cavet, ne inimici fructum oculis ex casu suo capiant. Ne vero id aliter, ac verum sit, interpretarentur spectatores, illudque silentium ad immanitatem quandam in animo, et stuporem in corpore traherent, statim,

[l] V. 445. [m] V. 631. sqq. [n] V. 345. sq.

ubi illi recesserunt, Prometheum poëta sic induxit loquentem, ut et acerrimum dolorum sensum et summam animi mansuetudinem proderet [o]. Neque tamen succumbit dolori; sed postquam se eum bene sentire ostendit, corripit animum, eumque ad virtutem ac malorum tolerantiam revocat [p]. Supervenienti deinde Choro miserias quidem suas ac dolores exponit; sed ita, ut iniquitatem potius Jovis tyranni accuset, quam suæ ipsius fortunæ acerbitatem queratur. Cumque se ipsum recte factorum conscientia erigit, tum Jovem, quod sibi beneficia hominibus tributa vitio vertat, acerbe perstringit, eique venturum esse tempus ostendit, quo sponte sua Prometheum liberaturus sit, ut periculosa consilia, quæ sibi imperii jacturam portendant, ab eo resciscat. Et quamvis asperum se et acrem inimicis præbeat, ita tamen erga amicas se gerit, ut caveat, ne idem erga omnes morosus, difficilis aut iracundus esse videatur [q]. Post Oceani in scenam ingressi, benevolentiam quidem, dum se ei deprecatorem apud Jovem offerebat, agnoscit, veruntamen molestam ejus sedulitatem constanter amolitur, suboffensum se severa ejus objurgatione significans [r]. Nihil autem sibi opus ejus vel monitis vel auxiliis libere profitetur, eumque omnibus se viis aggredientem infecta re discedere jubet [s]. In sexta tragœdiæ scena Ioi, infelici puellæ, comitatem præstat, cum, quod illa rogaret, ut sibi, quæ superessent itinera, exponeret, haud cunctanter efficit; nisi quod initio, ne ejus animum novo futurarum ærumnarum terrore exaugeat, eam narrationem humaniter detrectat [t]. In hoc autem colloquio nullam prætermittit occasionem, qua Jovis crudelitatem, superbiam, libidinem accusare possit [u]. Suam quoque conditionem Iûs fortuna multo acerbiorem esse ostendit [x]; qua ratione spectatorem, qui flebiles Iûs lamentationes auribus acceperat, in majorem sui admirationem rapit. Posteaquam vero Io discessit, ferocius Jovem insectatur, Choroque subinde timenti, se ab omni metu alienum esse profitetur [y]. Vitam enim sibi, quicquid Jupiter moliatur, eripi posse negat; in eaque cogitatione nunc quidem consolationis argumentum quærit [z], etsi antea, ubi cum Ione colloquebatur, hanc immortalitatem multum sibi molestam esse fassus erat [a]. Omnes autem animi nervos intendit, omnemque generosæ mentis vim expromit, in extrema scena, ubi Mercurio, Jovis asseclæ, tanquam sorici palatii acerbe illudit, et quo gravioribus minis hic eum opprimere ac vincere studet, eo liberius audaciusque exsultat; imo etiamsi Jupiter cœlum terramque misceat atque confundat, ipsamque cui affixus erat, rupem disjiciat ac deturbet, se de statu mentis dejec-

[o] V. 87. sqq.
[p] V. 101. sqq.
[q] V. 436. sq.
[r] V. 330.
[s] V. 372—392.
[t] V. 629. sqq.
[u] V. 741. sqq.
[x] V. 757. sqq.
[y] V. 915. sqq.
[z] V. 941.
[a] V. 759, 760.

tum non iri, non verbis solum ostendit, verum etiam ut spectator reapse experiatur, facit.

In reliquarum vero personarum animis et moribus efformandis non magis egregiam inventionis ubertatem, quam eximiam artis calliditatem Æschylus declaravit.

Ac primum quidem, cum inter dramatis personas quæ inimicæ sint Promethei, Robur et Mercurius, quatuor autem amicæ, Vulcanus, Chorus, Oceanus, et Io, una tamen quælibet earum suum in Prometheum vel odium vel benevolentiam proprio quodam modo et suo testificatur. Robur enim ea asperitate est et immanitate naturæ, ut Promethei doloribus et cruciatibus lactetur, ut miseriis ejus illudat, ut supplicium urgeat, et, quantum fieri possit, augeri atque exacerbari velit. Quid multa? Carnificis ingenium dixeris. Mercurius vero mitiorem, politiorem et callidiorem se adversarium præbet; nec demi quid de Promethei malis, nec addi aliquid cupit; verum id unice agit, ut majorum pœnarum minis, Prometheum ad prodendum, quod rescire Jovis intererat, secretum volentem nolentemve adducat.

Vulcanus propter consanguinitatem et antiquam consuetudinem bene quidem Prometheo cupit, ejusque malis graviter ipse, si quis alius, adficitur; tantum tamen abest, ut ei opem ferre adversus Jovem velit, ut potius necessitati parens, suæque ipsius saluti consulens, ipse supplicium puniendo amico a Jove excogitatum suis viribus ac manibus exsequatur. In Choro Oceanitidum naturalem quidem sexus muliebris timiditatem agnoscas: idem tamen et benevolentiam in Prometheum luculentius ostendit, et quantum Jovis crudelitatem et impotentiam abhorreat, subinde liberius prodit; et in extrema dramatis scena, generosam animi indolem illustri documento probat, quod ultima cum Prometheo perferre ac pati mavult, quam eum in summo rerum discrimine deserere [b]. Oceanus, quibuscunque rebus sine suo ipsius detrimento Prometheo inservire possit, h. e. quicquid precibus pro eo apud Jovem impetraturum se sperat, lubenti animo offert, ceterum callidus potius est ad avertenda pericula, quam ad sustinenda promtus aut paratus. Io denique Prometheum quidem ut communem humani generis benefactorem colit, et ut æque miserum, ac se ipsam, miseratur; veruntamen suorum ipsius malorum sensu sic opprimitur, ut, quomodo Promethei curas et fortunæ acerbitates aliquo modo leniat, ne cogitet quidem, sed ad ejus consilium ultro confugiat, in ejusque futurorum prævisione laborum sibi lenimen quærat [c].

Deinde, ut erga Prometheum, sic iidem interlocutores erga Jovem non omnes eodem modo, sed alii aliter animati sunt. Κράτος ferum est et barbarum tyranni mancipium, quod non alia lege, nisi ejus nutu atque arbitrio gubernatur, nec propter servilem animi indolem vel crudelissimis domini facinoribus offenditur,

[b] v. 1071 [c] v. 609. sq.

sed potius ad mandata ejus peragenda, qualiacumque fuerint, quo jure quave injuria mandata sint, alacri et promto animo fertur. Mercurius vero versutus est Jovis assentator, ex aulicorum numero, qui quantum inter imperium et servitutem intersit, probe quidem intelligunt, nec tyrannorum sævitiam, pravitatem ac superbiam ignorant, attamen servitutem opibus et honoribus affluentem egenæ humilique libertati longe præferunt, ideoque ad imperantis arbitrium nutumque totos se fingunt et accommodant. In ejus præterea sermone Æschylus reliquos aulicorum mores, astutias, cavillationes, innocentiæ simulationem, opprobriorumque, modo apud principem gratiosi sint, patientiam arte callidissima effinxit. Vulcanus ex eorum numero est, qui jugi a tyrannis sibi impositi molestiam sentiunt quidem, non tamen id, quamvis acerbum, a corpore repellere, aut saltem collo jactare audent, sed potius iniquo animo servitutis frenis semel acceptis parent. Oceanus neutri parti immodice nec favet nec adversatur; sed tempori inserviendum esse ratus propitium sibi tyrannum habere cupit, si nihil aliud, certe hoc lucraturus, ut et suæ saluti prospicere, et si usus venerit, aliis quoque deprecando saltem, prodesse possit. Chorus regis potentiam metuit; iniquitatem aversatur; sed hactenus tamen, ut nec ultro adversus eum quicquam moliri, nec propter ejus metum officii sanctitatem deserere velit. Itaque iras ejus non provocat ille quidem, sed tamen cum officii tuendi causa suscipiendæ sint, non detrectat. Io denique propter Jovis libidinem in tot errores ærumnasque conjecta, ac furoris quoque stimulis identidem agitata, sic animo se fractam ac debilitatam esse ostendit, ut eum quidem oderit et abominetur, quo tamen pacto se in libertatem vindicet, aut malorum auctorem ulciscatur, plane non intelligat.

Atque quod Aristoteles pronuntiavit, tragœdiam δι' ἐλέου καὶ φόβου, h. e. misericordia et metu tragicis phantasiis excitato, verarum ejusmodi perturbationum correctionem seu purgationem perficere, (περαίνειν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν) i. e. efficere, ne homines in vita justo plus minusve ægritudine vel metu afficerentur, sed in his affectibus auream illam mediocritatem tenerent; id profecto in hac tragœdia sic instituit et perfecit Æschylus, ut in eam formam, quam animo comprehendit philosophus, nulli melius includi posse videatur. Magnam sane, quis enim neget? misericordiam excitat in spectatorum animis Promethei fortuna. Nam et indignitas malorum, quæ immeritum premebant, et vinculorum cruciatuumque diritas, et solitudo, et diuturnitas doloris, et amicorum imbecillitas, et inimicorum ludibria, hæc omnia cum singula per se miserabilia sunt, tum inter se conjuncta faciunt, ut spectatorem eo vehementius Promethei tot calamitatibus obruti miserescat. Ne tamen ultra modum ejus malis affligatur, excellens Promethei fortitudo prohibet, quæ misericordiam ærumnarum virtutis ejus admiratione temperat; ut, si nobis optio detur, Promethei virtutem, quamvis adversa fortuna oppressam Mercurii ignavæ et sordidæ felicitati multum simus anteponendam existimaturi. Cumque sub Jovis nomine tyranni cujusdam,

civium libertatem opprimentis, effigiem adumbrare poëta voluerit, magnum quidem in spectatorum animis tyrannidis metum excitavit, ut nimirum Atheniensium populo angue caneque pejus vitandam esse tyrannorum impotentiam persuaderet; eosdem tamen etiam, non nimis metuendum esse tyrannum, si cui quando contigerit remp. opprimere, sed, ut Prometheum Jovi resistere videbant, sic illi quoque fortitudinem animi opponendam, nec succumbendum malis civibus, sed potius renitendum atque obsistendum esse doceret.

Ac nisi isto potissimum consilio hanc tragœdiam scripsisset poëta, ut invisum redderet liberis civibus tyrannicum imperium, parum abesset, quin totum illud cum Ione colloquium ἐπεισόδιον inane et præter rem arcessitum esse videretur. Si vero id, quod volumus, spectavit tragicus, appositissima est pars fabulæ de Iûs erroribus ob insanum Jovis amorem ab irata ejus conjuge miseræ virgini impositis. In memoriam enim hæc revocabant plerorumque tyrannorum effrenatas libidines, a quibus nec maritis uxores, nec parentibus filias castas et pudicas tueri licebat.

Reliquarum vero laudum, quibus in tragœdia poëtarum vel ingenium vel artificium spectatur, huic Promethei vincti dramati nullam equidem deesse censeo. Nam sive verisimilitudinem spectes, omnia vel ad historiæ veritatem, vel ad fabularum vulgo creditarum auctoritatem, vel denique ad populi opinionem sic accommodata sunt, ut nihil amplius requiri possit. Sive dignitatem scenicæ fabulæ præsertim tragicæ cogites, passim a nobis in commentario observatum, quam callide ab iis, quæ tum circumferebantur, de Ione et Prometheo fabulis, quicquid ridiculum esset, quicquid a cothurni gravitate discreparet, separaverit; sive adornationem universi operis, et partium singularum cum toto concentum examinaveris, nihil fere uspiam supervacuum, nihil mancum, nihil denique inchoatum reperietur, quod non idem sit laudabiliter perfectum; nec solum loci ac temporis, in quo quædam poëtis licentia recte conceditur, sed etiam, quod majus est, actionis, in qua nihil placere potest, quod sit interruptum aut male consarcinatum, admirabilis cernitur unitas atque simplicitas. Quid? quod in omni elocutione, quid stili tragici decor, quid dialogi veritas, quid interlocutorum partes postularent, sapientissime Æschylus intellexit. Ea certe est in tenuibus simplicitas, in magnis sublimitas, dictionis, ut utriusque varietate ac vicissitudine mirabiliter delectetur lector, qui quidem in his rebus recte sapiat; nec umquam aut illam in sterilitatem, aut hanc in vitiosum tumorem abiise deprehendat.

Quod vero Æschylus sub Jovis nomine, quem deorum hominumque regem venerabatur populus, tyrannorum injustitiam et crudelitatem castigavit, id sane, si res ad veram ætatis nostræ de dei numine philosophandi rationem exigenda esset, impium et sceleratum, populique moribus perniciosum fuisset; cum autem istis de Jove opinionibus tota Græcorum natio dudum imbuta esset, non magis in poëta nostro quam in Homero reprehendi debet, eum humana potius ad deos, quam quæ vere divina essent, ad homines transtulisse.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ

IN

ÆSCHYLI

SEPTEM ADVERSUS THEBAS.

IN

ÆSCHYLI

SEPTEM ADVERSUS THEBAS.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Œdipus, Thebanorum rex, postquam a se inscio patrem Laium occisum, et matrem Jocastam in matrimonium ductam esse cognovit, parricidii incestusque acerba pœnitentia vehementer agitatus, Thebis profugus, in exilioque mortuus regnum filiis ex connubio cum Jocasta susceptis, Eteocli et Polynici reliquerat. Inter quos cum convenisset, ut annuum imperium per vices administrarent, ne scilicet patris diras, quibus iis, ut inter se ferro decertarent, mutuaque cæde exstinguerentur, imprecatus erat, ipsi forte ratas facerent, Eteocles, qui primum ad gubernacula reip. accesserat, regni cupiditate incensus, anno suo elapso, recedere noluit, nec fratrem, ut pactum erat, admittere. Quam Polynices injuriam indignissime ferens, Adrasti Argivorum regis, cujus filiam uxorem duxerat, auxilium implorat; ab eoque impetrat, ut bello Eteoclem persequeretur. Thebis igitur ab Argivorum exercitu, qui septem claris ducibus regebatur, obsessis, primum theatro ostenditur Eteocles populum Thebanum ad fortitudinem alacremque urbis patriæ defensionem cohortaturus [a]. Concione dimissa [b] ad Eteoclem venit explorator, nuntians ei, septem Argivorum duces sacramento se obstrinxisse, se aut expugnaturos urbem, aut ante eam morituros esse. Itaque jam in eo esse, ut vehemens hostium ad omnes portas impetus et oppugnatio fiat. Eteocles, re audita, deos in auxilium invocat [c], et necessaria quædam paraturus abit. Scenam ingreditur Chorus [d] mulierum Thebanarum, metu ac terrore perculsus, deos deasque pro salute patriæ supplicibus implorans. Quorum clamore et vociferatione cum Eteocles civitatem tumultus ac timoris plenam commoveri ac perturbari sensisset, accurrit [e], et gravi oratione Chorum increpat, qui primum trepidationem suam, quan-

[a] v. 1. sqq.
[b] v. 39. sqq
[c] v. 69-77.
[d] v. 88.
[e] v. 184.

tum potest, excusat, deinde urgenti se regi, ut in hoc rerum discrimine pavorem civium augere desinat, posthac se tranquilliorem futurum esse promittit. Eteocle tamen digresso metum et formidinem, male animo pressam, iterum prodit [f], urbisque obsessæ aut expugnatæ calamitates luculentis coloribus depingit. Redit Eteocles [g], cum exploratore, qui quam quisque septem ducum portam oppugnandam sortitus sit, enarrat. Singulis fortissimum quemque ex suorum numero delectum Eteocles opponere decernit. Itaque Tydeo [h] Melanippum [i], Astaci fil., Capaneo [k] Polyphontem [l], Eteoclo [m] Megareum [n], Hippomedonti [o] Hyperbium [p], Parthenopæo [q] Actorem [r], Amphiarao [s] Lasthenem obviam iturum declarat. Septimo vero, Polynici, fratri suo [t], se ipsum [u] adversarium futurum esse denuntiat. A quo consilio frustra eum Chorus abducere cupit [x]. Eum igitur ad pugnam festinantem scenaque egressum flebili cantico prosequitur [y], quo mala fatorum legibus impendentia præsagit. Supervenit [z] nuntius, urbem quidem periculo liberatam, fratres vero Eteoclem atque Polynicen mutua cæde in duello concidisse narrans. Tristissimum hunc eventum Chorus lugubri carmine celebrat [a]. Accedunt infelicium Œdipodis filiorum sorores Antigone et Ismene [b], hæque præsertim cadaveribus fratrum in medium allatis, una cum Choro mœroris officio fungentes, plangore et lamentatione scenam complent. Venit [c] deinde præco a senatu missus, qui ex SCto Eteoclem quidem justis exsequiis honorandum, Polynicen vero ut patriæ hostem sepultura privandum esse pronuntiat. Cui Antigone fortiter obloquitur [d], seque vel solam invito senatu, fratrem sepulturam ostendit. Postremo Chorus in duas [e] partes discedit: altera cum Antigone Polynicis, altera cum Ismene Eteoclis funus comitante.

Prima dramatis scena finitur v. 38. secunda continetur v. 39-77. tertia v. 78-183. quarta v. 184-288. quinta v. 289-376. sexta v. 377-678. septima v. 679-721. octava v. 722-793. nona v. 794-823. decima v. 824-871. undecima v. 872-1006. duodecima v. 1007-1055. ultima v. 1056-1081.

FABULÆ SEPTEM ADVERSUS THEBAS NOMEN, FUNDUS, LOCUS, TEMPUS, PERSONÆ, ORNATUS SCENICUS.

Nomen hujus tragœdiæ ab aliis Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ab aliis Ἑπτὰ

[f] v. 291. sqq.
[g] v. 376. sqq.
[h] v. 377. sqq.
[i] v. 399. sqq.
[k] v. 424. sqq.
[l] v. 439-453.
[m] v. 459. sqq.
[n] v. 474—482.
[o] v. 488. sqq.
[p] v. 502. sqq.
[q] v. 528. sqq.
[r] v. 552. sqq.
[s] v. 570-598.
[t] v. 633. sqq.
[u] v. 655. sqq.
[x] v. 679. sqq.
[y] v. 723. sqq.
[z] v. 794.
[a] v. 824. sqq.
[b] v. 863.
[c] v. 1007.
[d] v. 1028. sqq.
[e] v. 1055. sqq.

ἐπὶ Θήβαις scribitur. Et ἑπτὰ quidem ἐπὶ Θήβαις legitur in Mss. et Edd. consentientibus Justino ut vulgo dicitur in *Quæstionibus et Resp. ad Orthodoxos* qu. 146. et Clem. Alex. Strom. lib. i. p. 401. ed. Oxon. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας vero scribunt Diodorus in Bibl. lib. iv. Apollodor. Bibl. l. iii. Aristoteles Metaphys. l. xii. c. 6. Clemens Alex. l. l. p. 400. Eustath. ad Iliad. δ'. p. 489. Denique ita fabulam hanc citant Aristophanes in Ran. v. 1053. Plutarchus Sympos. lib. vii. qu. 10. p. 715. ed. Francof. Athenæus Deipnosoph. lib. i. c. 19. Eustath. ad Iliad. α'. p. 146. Longinus in lib. περὶ Ὕψους s. 15. quæ loca post alios congessit Burtonus.

"Æschylum ducum, qui ad Thebas ceciderunt, numerum ad septem redegisse, cum plures fuerint, tradit Pausanias in Corinthiacis [f]. Τούτους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνον ἑπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύλος, πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων, καὶ Μεσσήνης, καί τινων Ἀρκάδων συστρατευσαμένων. τούτων δὲ τῶν ἑπτὰ (ἐπηκολουθήκασι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι τῇ Αἰσχύλου ποιήσει) πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήβας ἑλόντες etc. Quod si ita fuerit, recte hoc inter frigidiuscula recenset Gellius, quæ de numero septenario congesserat Varro, sc. *ad oppugnandas Thebas duces septem delectos esse.* l. iii. c. 10. Congesserat autem Varro, ut opinor, ex Græcis scriptoribus. Ita enim Aristoteles Metaph. xiii. 6. Quinimo an verum sit, quod prodit, Pausanias, dubito: Pindarus enim, Æschylo coætaneus, septem rogos ducum memorat Olymp. od. vi. 23. ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων.—" *Stanl.*

Fundus tragœdiæ est antiquissima belli Thebani historia, quod post deperditos Thebaicorum auctores narrant Diodorus Siculus, Pausanias, Apollodorus, epico carmine celebravit Statius. Varietatem vero historiæ Œdipodiæ multiplicibus fabularum commentis a poëtis auctæ et amplificatæ Excursu I. exponemus.

Scenæ *locus* est in arce Thebarum, ἐν ἀκροπόλει, non autem in turri, aut in muris, ut Portus putabat. Cf. quæ dicemus ad v. 242.

Temporis nota etsi quæ apertis verbis expressa sit nuspiam occurrit, perlecta tamen scena prima nemini credo dubium erit, actionem mane incipere. Quousque perduret, certo definiri nequit; hoc tamen satis constat, omnem actionis cursum intra duodecim horarum spatium absolvi.

Præter Eteoclem et Chorum, qui primarias hujus tragœdiæ partes agunt, interlocutores sunt nuntii duo, Ismene et Antigone, denique præco a senatu missus. Vulgo in catalogo personarum unus tantum numeratur ἄγγελος; quamquam vero nuntium, qui v. 39. sqq. cum Eteocle colloquitur, eundem esse largior, qui postea redit, septem ei duces descripturus v. 377. sqq. ille tamen qui postea v. 794. sqq. prælii eventum Choro narrat, alius nobis esse videtur.

[f] p. 156. ed. Kühn.

Scena fortasse forum repræsentavit, unde plurima deorum dearumque templa conspici possent. Saltem eam statuis deorum ornatam fuisse, e verbis Eteoclis v. 187. colligitur. Ceterum ad misericordiam nihil aptius est hoc figmento, quo ipsa fratrum mutuis vulneribus confectorum cadavera in proscenio spectatorum oculis subjecit; nec abhorret a scenæ dignitate, quod in funeribus infelicium fratrum efferendis totius tragœdiæ clausulam fieri voluit.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΤΡΑΓΩΔΙΑ ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΚΗΡΥΞ.

Προλογίζει δὲ Ἐτεοκλῆς, παρασκευάζων τὸν τῶν Θηβαίων δῆμον εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ΚΑΔΜΟΥ πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια,
Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.

VARIETAS LECTIONIS.

ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ] Multi alii, quos in Commentario commemoravimus, scribunt ἐπὶ Θήβας, ut, quid Æschylus scripserit, incertum sit. 2. πρύμνῃ] Comma ponunt Ald. Rob., nulla vero distinctio Ar. Ox.

IN SCENAM I.

v. 1—38.

v. 1. **Κάδμου πολῖται.** Honoris causa sic alloquitur Eteocles Thebanos cives, Cadmi Thebarum conditoris mentionem injiciens. χρὴ λέγειν τὰ καίρια, *necesse est ut quæ tempus postulat dicantur* a rege. Hæc ad sequentem Eteoclis orationem pertinent, qua cives ad fortitudinem hortatur. Prorsus aliena sunt, quæ Anonymus Anglus in editione Burgessiana hic affert, existimans, uti λόγος pro ἔργον passim sumatur, ita hic etiam λέγειν pro ποιεῖν, ut vertendum sit, *quæ ex usu sunt publico agere*. Errat etiam, cum Platonem hujus interpretationis auctorem facit, qui in Euthydemo, p. 291. ed. Steph. Σαφῶς οὖν, inquit, ἔδόξεν ἡμῖν αὕτη εἶναι ἣν ζητοῦμεν, καὶ ἡ αἰτία τοῦ ὀρθῶς πράττειν ἐν τῇ πόλει· καὶ ἀτεχνῶς, κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον, μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τῆς πόλεως, πάντα κυβερνῶσα, καὶ πάντων ἄρχουσα, καὶ πάντα χρήσιμα ποιεῖν. Quis enim non videat in ultimis verbis πάντα—ποιεῖν suum ipsius stilum a Platone adhibitum, non Æschyli orationem descriptam esse?

2, 3. **ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως οἴακα νωμῶν.** Varie hic locus interpungitur in Edd. Stephanus comma posuerat post πρύμνῃ, hoc sensu: *qui remp. servat in puppe, urbis gubernaculum s. clavum tenens.* In notis vero, postquam locus ille Platonicus ex Euthydemo modo commemoratus in mentem venerat, hanc distinctionem retractavit, illamque prætulit, quam Burgessius postea adscivit, qua comma post πόλεως exaratur. Inde hic funditur sensus: *qui remp. in puppe urbis servat, clavum tenens.* Optima tamen est, ni fallor, Brunckii, quam nos quoque secuti sumus, interpunctio, qua per totum v. 2.

Εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεῶν·
Εἰ δ' αὖθ', ὃ μὴ γένοιτο, συμφορὰ τύχοι,

omnibus commatibus sublatis, unum demum post νωμῶν ponitur; vocabulum πόλεως enim communiter ad πρᾶγος et ad πρύμνῃ et ad οἴακα refertur, q. d. ὅστις φυλάσσει πρᾶγος τῆς πόλεως ἐν πρύμνῃ αὐτῆς τὸν οἴακα αὐτῆς νωμῶν. Hic igitur, ne his odiose repetendum sit αὐτῆς, cautum est vocabulo πόλεως aptissimo loco posito, modo ne, quod bene instituit poëta, id perversitate distinguendi male corrumpatur. Itaque hoc significant verba Eteoclis: *Oportet eum jam tempestiva dicere, qui remp. in puppe civitatis clavum custodit.* ὅστις indefinite positum est, pro τοῦτον ὅς; non tamen vertendum est *quicunque*, neminem enim alium notat Eteocles nisi se ipsum; circumscriptione autem utitur, modestiæ causa. φυλάσσειν πρᾶγος est omnem reip. statum, fortunam, salutem servare. Notissima vero est allegoria, multum a scriptoribus Græcis Latinisque frequentata, qua resp. cum nave, ejusque rectores cum navibus comparantur. Laudarunt viri docti Pind. i. 165. Eurip. Phœniss. 74. Hor. Od. i. 14. Cf. Cicer. de Senect. 17. et Or. pro Sext. c. 9. Ep. ad. Div. 9, 15. Sed etsi familiare Ciceroni est *in puppi sedere* et *clavum tractare*, non tamen h. l. opus est, ut cum Stephano post ἐν πρύμνῃ omissum esse putemus participium καθήμενος. Constructio enim vel absque eo absoluta est: νωμῶν οἴακα ἐν πρύμνῃ πόλεως. Est autem νωμᾷν οἴακα, ut in proprio sermone apud Homerum, Odyss. μ'. 218. κ'. 32. νηὸς οἰήια νωμᾷν, πόδα νηὸς νωμᾷν *navis gubernaculum tractare, versare, movere.* cf. v. 62. 658. Paulo aliter Pindarus l. l. νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν.

βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ. *Palpebris nunquam somno conniventibus, oculis nunquam somno sopitis.* Bene continuat notionem verbi φυλάσσει. κοιμᾷν, *sopire*, antiquissimis scriptoribus, ut Homero, (e. c. Il. ξ'. 236. Od. μ'. 372.) usitatum. Postea frequentius fuit κοιμίζειν. Stanleius Eustathii observationem ad Il. ξ'. laudavit, qui hoc quoque versiculo usus est, ut eos, qui putabant æolice apud Homerum κοίμησον pro κοίμισον dictum esse, refutaret.

4. εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεῶν. (Lectio θεοῦ, quæ est in Guelf. Barocc. 4. Seld. vulgatæ non videtur præferenda.) *Si enim bene rem geramus, diis id auctoribus acceptum fertur.* Non enim αἰτία θεῶν significat. h. l. *dii auctores sunt*; sed *causa rei feliciter gestæ diis tribuitur*; quamquam consulto ambiguitatem quærit, ut, si verba seorsim spectes, illo etiam modo explicari possint. Parcus enim deorum cultor Eteocles, indignatur quodammodo rerum bene gestarum auctoritatem ad deos referri, male gestarum culpam hominibus tribui.

5. sqq. εἰ δ' αὖθ', ὃ μὴ γένοιτο—Καδμείων πόλει. *Sin autem rursus, quod absit, adversi quid acciderit, Eteocles sane solus multum a civibus malis rumoribus differretur, gemitusque populares in se commoveret, quorum Jupiter averruncus fiat, et hoc nomen suum Cadmeorum urbi tueatur.*

5, 6. ὃ μὴ γένοιτο. "*Quod absit*, vel *quod dii prohibeant*, averruncantium formula. Vide Brisson. de formulis lib. i. p. 103." *Burton.* πολὺς "pro πολὺ, adjectivo, ut sæpe fit, a Græcis pro adverbio posito. Sic Ælianus lib. ix. Var. hist. c. 8. καὶ συνῆν αὐταῖς ἀκολαστότατος, h. e. *intemperantissime.* Similiter Hesiodus ἔργων v. 695. ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι, ubi ὡραῖος pro ὡραίως. Eadem loquendi ratio etiam Latinis usitatissima est, ut observavit Perizonius ad Æliani l. l." *Burton.* εἷς ὑμνοῖτο] *solus rex Eteocles decantaretur*, quasi in eum solum culpa

Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν
Ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυῤῥόθοις,
Οἰμώγμασίν θ', ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
Ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει.
Ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, καὶ τὸν ἐλλείποντ' ἔτι

6. εἷς] εἷς ἂν Ald. R., additamentum scholiastæ. 7. ὑμνοῖθ'] ὑμνῦθ' A. quod constructio verborum non patitur. πολυῤῥόθοις] Sic Codd. et Edd. omnes, nisi quod Brunckius recepit conjecturam Valckenarii παλιῤῥόθοις, ingeniosam sane, sed tamen non necessariam. cf. Comm. ad. h. l. 8. οἰμώγμασίν θ'] οἰμώγμασί θ' Ald. Rob. ἀλεξητήριος] ἀλεξιστήριος Ald. Rob. Turn.

conferenda esset. φροιμίοις παλιῤῥόθοις] Stanleius ad partes vocavit Eustathii animadversionem: ἔτι δὲ καὶ τῷ ὑμνεῖν φαύλως ἐκλαμβανομένῳ ποτὲ, κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν. Σοφοκλῆς Ὑμνήσεις κακά, ἤκουν ὑβρίσεις. καὶ ἐν Οἰδίποδι τῷ τυράννῳ Τοιαῦτ' ἐφυμνῶν, ἤγουν ἐπαρώμενος. Αἰσχύλος Ὑμνεῖτ' ἂν ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυῤῥόθοις. Εὐριπίδης τὴν ἐμὴν ὑμνοῦσι δυσσεβεῖ ὁσύνην, ἤγουν κακολογοῦσι, etc. φροίμιον attica contractione pro προοίμιον præcentionem s. præludium citharistarum, antequam canticum incipiat, (nostri dicunt *das Vorspiel. das Ritornell,*) tum pro ipso hymno ponitur. H. l. vero metaphorice de rumusculis et maledictis popularibus. παλιῤῥόθοις pro πολυῤῥόθοις ex ingeniosa Cel. Valckenarii conjectura, quam ideó amplexi sumus, quia πολὺς cum πολυῤῥόθοις insuavem pleonasmum faceret; qui tamen mitigatur, si πολυῤῥόθοις sit i. q. *variis*, et ad multiplices civium tumultuantium et indignantium rumores pertineat.

ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει, Heathius vertit: *quorum Jupiter sit averruncus, cognomen hoc merito adeptus Cadmeorum civitati.* Anonymus Anglus vero: *Quorum Jupiter propulsator vel averruncus hoc cognomen adipiscatur; s. quæ Jupiter a nobis propulset, et ideo hoc nomine in posterum colatur.* Neuter satis accurate. Nam Jupiter ἀλεξητήριος hoc nomine jam colebatur inter Thebanos, et ἐπώνυμος γένοιτο nihil aliud est nisi hoc: *et omen illud nominis sui firmet atque impleat*, non nomine tantum, sed et omine nobis averruncus sit.

10—16. ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, καὶ τὸν ἐλλείποντ' ἔτι ἥβης ἀκμαίας, καὶ τὸν ἔξηβον χρόνῳ, (χρόνον cum Grotio reponere nolim propter ambiguitatem constructionis ex antecedente ἔξηβον oriundam, si dativus χρόνῳ in accusativum mutetur.) βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολὺν, ὥραν τ' ἔχονθ' ἕκαστον, ὥστε συμπρεπὲς, πόλει τ' ἀρήγειν —— φιλτάτῃ τροφῷ. *Oportet autem vos omnes, eos quoque qui vel pubertatem s. ætatem militarem nondum consecuti, vel eandem jam supergressi sunt, unumquemque corporis vires diligenter reparantem, et quæ opus sunt, ut decet, curantem, huic urbi deorumque indigetum,* (ἐγχώριοι dii indigetes indigenæ. Cf. Cl. Heyne ad Virgil. Georg. v. 498.) *aris, (ne unquam iis honores extinguantur) liberis patriæque telluri, dilectissimæ nutrici succurrere.* ὁ ἐλλείπων ἔτι ἥβης ἀκμαίας est, qui nondum attigit pubertatem, s. eam ætatem, a qua stipendia mereri legitimum est. ἀκμὴ enim interdum de virili ætate usurpatur. Itaque oppositionis vi ἔξηβος est is, qui militiam detrectare jure suo potest, propterea quod militarem ætatem jam excessit. Sic Agesilaus hac excusatione utebatur, quod jam quadraginta annos a

Ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὄτλον,
Ἐθρέψατ' οἰκιστῆρας ἀσπιδηφόρους
Πιστούς, ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.
Καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός·
Χρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις
Καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ.
Νῦν δ' ὡς ὁ μάντις φησὶν, οἰωνῶν βοτήρ,

19. οἰκιστῆρας] οἰκητῆρας Mosq. 2. 20. γένοισθε] γένησθε Ald. Mosq. 2. 21. μὲν abest Ald. 22. ἤδη abest Mosq. 1.

Ὡς ἐπί σοι μάλα πολλ' ἔπαθον καὶ πολλ' ἐμόγησα.

Eodem enim modo, quo ille pueritiam ἀλεγεινὴν appellat, hic dicitur παιδίας ὄτλος.—οἰκιστῆρες ἀσπιδήφοροι, *cives scutigeri*, h. e. arma gerentes. In hac locutione οἰκιστῆρας—πιστοὺς nota est casus enallage, nominativum cum sequenti verbo construendum in accusativum cum antecedente constructum mutantis; pro ἐθρέψατο, ὅπως πιστοὶ—οἰκιστῆρες ἀσπιδήφοροι γένοισθε. In Guelf. scribitur οἰκηστῆρας. Forte Æschylus scripsit οἰκητῆρας, *incolas*, cum οἰκιστῆρες proprie sint *coloni, coloniæ deductores.*

21. καὶ νῦν—εὖ ῥέπει θεός· *et nunc quidem ad hunc usque diem prospere se deus ad causam nostram inclinat.* εὖ ῥέπει translate; forte alluditur ad Jovem bellantium sortes ponderantem. cf. Iliad. θ'. 72. sq.

22, 23. χρόνον—θεῶν κυρεῖ. *Cumque jam id temporis sit, ex quo obsidemur, plurima tamen nobis diis dantibus ex voto successerunt.* v. 22. haud satis accurate transtulit Heathius: *ad hoc enim usque tempus obsessis*; nam in τόνδε inest significatio diuturnitatis.

24. sqq. νῦν δ' ὡς ὁ μάντις φησὶν——κἀπιβουλεύσειν πόλει. *Nunc vero, ut vates, augur* (Tiresias) *dicit, qui non ignem* (sacrificiorum) *sed aves fatidicas auribus ac mente observat, artem callens haud fallacem; hic igitur vaticiniorum præses magnum agmen Achivorum per noctem contrahi et huic urbi insidiaturum esse nuntiat.*

οἰωνῶν βοτήρ. His verbis significatur Tiresiam non tantum feras aves, v. c. aquilas, vultures, observasse, sed etiam cicures quasdam, v. c. gallos, gallinas, columbas, eo consilio aluisse; quod Romanos quoque instituisse constat. Notum est ex Apollodoro, quid de Tiresia Pherecydes retulerit. Pallas enim eum, quod se nudam videre ei contigisset, excæcavit; cumque petente matre ejus Chariclone, ut ei oculorum usum restitueret, id Minerva efficere non posset, sic ei aures expurgavit, ut omnium avium vocem intelligeret. Huc igitur pertinet ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν, *auribus et cogitatione observans.* Huc quoque traxerim πυρὸς δίχα, quia enim cæcus erat Tiresias, ignem observare atque ex eo vaticinari non poterat. Certe ἀπροσδιόνυσον est, quod Stanleius existimat, Poëtam his verbis incruenta Pythagoreorum sacrificia tangere. νωμῶν recte explicat Brunckius per σκοπῶν, apto usus exemplo Euripidis in Phœniss. 1266.

μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμὰς
ῥήξεις τ' ἐνώμων.

Ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν, πυρὸς δίχα,
Χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ·
Οὗτος τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων
Λέγει μεγίστην προσβολὴν Ἀχαιΐδα
Νυκτηγορεῖσθαι κἀπιβουλεύσειν πόλει.
Ἀλλ' ἔς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων
Ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ,
Πληροῦτε θωρακεῖα, κἀπὶ σέλμασι
Πύργων στάθητε, καὶ πύλων ἐπ' ἐξόδοις
Μίμνοντες εὐθαρσεῖτε, μηδ' ἐπηλύδων
Ταρβεῖτ' ἄγαν ὅμιλον· εὖ τελεῖ θεός.
Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ
Ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ· |

26. ἀψευδεῖ] ἀψευδῆ Mosq. 1. 2. 28. Ἀχαιΐδα] Sic post Brunckium (qui hanc scripturam recte observavit antiquiorem et Homericam esse) auctoritate Cod. Reg. B. scribere maluimus. Vulgo præferunt formam Ἀχαΐδα. 29. κἀπιβουλεύσειν] κἀπιβαλεύειν Mosq. 2. 30. πυργωμάτων] πυργημάτων Mosq. 2. 34. εὐθαρσεῖτε] εὖ θαρσεῖτε Turn.

et Soph. Œd. Tyr. 300.—In verbis νῦν δ' ὡς—οὗτος τοιῶνδε sqq. anacoluthon est, quale familiari colloquio, præsertim concitatiori animo loquentis, bene convenit. νυκτηγορεῖσθαι, quod alias notat *noctu nuntiare*, h. l. significet necesse est *noctu ad concionem convenire*, vel *omnino noctu congregari*. Id aperte sensus postulat; nisi forte scripsit Æschylus νυκτηγερτῆσαι, h. e. *de nocte surrexisse*, a νυκτηγερτεῖν. Certe enim hoc ad sensum melius conveniret. Vulgata si teneatur, præsens infinitivi pro præterito positum esse oportet. Non enim de proxima nocte, sed de ea, quæ modo præterita erat, vates loquitur. Id clarum est ex sequentibus, quia quod ille prædixerat statim perficitur.

30 sqq. ἐπάλξεις sunt *pinnæ murorum* (*Brustwehren*). σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ, *cum omnibus armis prorumpite* s. *festinate*. θωρακεῖα hic sunt propugnacula s. loca in muris, ubi milites post pinnas stabant. σέλματα πύργων, *tabulata turrium*. πυλῶν ἔξοδοι ipsæ portarum aperturæ interiores, quæ valvis clauduntur, lumina portarum (*die Thore im Lichten*). εὖ τελεῖ θεὸς, *felicem exitum deus dabit*.

36. sq. σκοποὺς—ἔπεμψα. *exploratores vero et speculatores* hostilis *exercitus emisi*. Iidem sunt σκοποὶ et κατοπτῆρες; et hæc μακρολογία, quæ versiculis quoque 30—31. inest, non dedecet orationem hominis curarum pleni, negotiis intenti; ideoque, ut facilius intelligatur, non nimis parci verborum. Si quis tamen distinguere velit, σκοποὺς dicat eos, qui de muro aut specula observent; κατοπτῆρας vero speculatores ipsi hostium turbæ sese immiscentes (*Spione*).

37. τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ, *hosque non frustra ituros et redituros esse, persuasum habeo*.



Καὶ τῶνδ' ἀκούσας, οὔτι μὴ ληφθῶ δόλῳ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐτεόκλεες, φέριστε Καδμείων ἄναξ,
Ἥκω σαφῆ τἀκεῖθεν ἐκ στρατοῦ φέρων·
Αὐτὸς κατόπτης δ' εἰμ' ἐγὼ τῶν πραγμάτων.
Ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
Ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
Ἄρην, Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον

38. οὔτι] οὔ τοι Mosq. 2. ληφθῶ] λειφθῶ Ald. 39. Ἐτεόκλεες] Ἐτέοκλες Ald. Rob. 41. αὐτὸς—πραγμάτων] Thomas Magister v. ἐμποδὼν ex Æschyli Sept. adv. Theb. citat hunc versum, ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα ταῦθ' ἥκω φράσων. Ne igitur alicui suspicio suboriatur, hunc versum post v. 41. inserendum, quod non alius ei locus commodior videatur in tota fabula, bene monuit Abreschius hunc versum esse Euripidis Phœniss. 713. falso a Thoma, quem memoria fefellit, Nostro tributum. 44. χερσὶ] χερσὶν Ald. 45. Ἄρην] Ἄρην τ' Ald.

Quibus dictis Eteocles Thebanos cives dimittit, hique scena egrediuntur, speculatorique adventanti locum faciunt.

IN SCENAM II.

v. 39—77.

Explorator venit ad Eteoclem, eique se ab exercitu venire, et quæ narraturus sit, ipsum oculis observasse, significat.

42. ἄνδρες—θούριοι λοχαγέται, *septem enim bellicosi duces.* Cf. v. 55.

43. ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος, *bovem mactantes, ejusque sanguinem clypeo ferro revincto excipientes.* μελάνδετον σάκος, *nigro* h. e. *ferreo ambitu cinctum,* ut ap. Homerum μελάνδετα φάσγανα, Il. ό. 713. sunt gladii cum ferreis manubriis.

44. καὶ—φόνου. *Et manibus tangentes bovinum sanguinem* sollemni veterum ritu, cum inter sacrificandum jurabant. Burtonus excitavit Valer. Flacc. Argonaut. i. 787.

Ipse manu tangens damnati cornua tauri.

et Polyb. histor. iii. de Hannibale inimicitiis adversus Romanos jurejurando se adstringente, idem narrantem, ἁψάμενον τῶν ἱερῶν ὀμνῦναι μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν.

45. sqq. Ἄρην—φυράσειν, (φυράσσειν Barroc. 4. Guelf.) φόνῳ. *Per Martem, Bellonam, et Pavorem sanguinis avidum jurarunt, se aut ruinas civitati parentes, urbem Cadmeorum vi expugnaturos, aut morientes hanc terram sanguine tincturos esse.* Imaginem hanc ut vere heroicam laudavit Longinus, περὶ ὕψους segm. xv.

Ὡρκωμότησαν, ἢ πόλει κατασκαφὰς
Θέντες, λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ,
Ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ·
Μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους
Πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον δάκρυ
Λείβοντες· οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα.
Σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων
Ἔπνει, λεόντων ὡς Ἄρην δεδορκότων.
Καὶ τῶνδε πύστις οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται.

49. μνημεῖα] σημεῖα Stob. 50. πρὸς ἅρμ'] πρὸς δ' ἅρμ' Rob. 51. διὰ] ἀνὰ Stob. 54. καὶ τῶνδε πύστις] καὶ τῶδε πίστις Rob. οὐκ] οὐχ Ald. Rob.

47. λαπάξειν. Eustath. in Iliad. α'. παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ εὕρηται τὸ ῥῆμα (ἀλαπάζειν) χωρὶς τοῦ α. *Stanl.*

49. sq. μνημεῖα—ἔστεφον, *monumenta autem sui parentibus domum mittenda conferebant, iisque Adrasti currum cingebant*; mos enim erat antiquis, antequam pugnam ingrederentur, fibulas, vittas, cincinnos, et id genus alia deponere, quæ parentibus aut cognatis in sui memoriam si forte in prœlio occubuissent, mitterentur. Apud Stob. Serm. 7. p. 87. legitur σημεῖα, quam lectionem Scholiastes quoque invenisse videtur. Eadem interdum etiam γνωρίσματα dicuntur.

50. sq. δάκρυ λείβοντες· οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα. Suavissima est pictura duplicis animi affectus in facie elucentis, ita ut alius oculis, alius ore exprimatur. Oculis enim lacrymam stillabant, desiderium et amorem parentum significantes, ore vero trucem et immitem bellatorum animum referebant. Similis est imago Andromachæ apud Homerum Hectoris ad prælium festinantis discessu contristatæ, pueruli vero patris cristam e galea terribiliter nutantem exhorrentis adspectu exhilaratæ, quam imaginem duobus tantum verbis, at lectissimis, absolvit, δακρυόεν γελάσασα. Oculi lacrymis adhuc madebant, cum suavi interim risu os diduceretur. οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ (Stobæus l. l. ἀνά.) στόμα, *ore referebant animum immitem, immisericordem*; parum recte Anonymus Anglus οἶκτον de *muliebri ejulatione* cepit.

52. sq. σιδηρόφρων—δεδορκότων. *Ferreus enim animus virtute excandescens spirabat, ut leonum, pugnam cernentium.* In prioribus verbis allegoria a ferro candente petita, cujus tenor æquabiliter servatur. Ut enim illud æstum exhalat, sic *ferreus* immitis bellatorum φλέγων ἀνδρείᾳ *candens*, ut ferrum calore, sic virtute animus ἔπνει immane *spirabat*. Atque hoc quidem verbo commode transitus fit ab allegoria ad similitudinem a leonibus ductam. Ἄρην δεδορκότες dicuntur leones, cum se pugnæ parant, eamque sibi imminere, vident. cf. Homer. Iliad. ρ'. 133.

54. καὶ τῶνδε πύστις οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται. Quamquam hæc sic intelligi possunt: *Atque hoc ita esse tu ipse non ita multa post experieris*, tamen præferenda videtur Stobæi lectio: καὶ τῷδε πίστις οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται, *atque huic meæ narrationi ipsa res sine mora fidem*

Κληρουμένους δ᾽ ἔλειπον, ὡς πάλῳ λαχὼν
Ἕκαστος αὐτῶν πρὸς πύλας ἄγοι λόχον.
Πρὸς ταῦτ᾽ ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως
Πυλῶν ἐπ᾽ ἐξόδοισι τάγευσαι τάχος.
Ἐγγὺς γὰρ ἤδη πάνοπλος Ἀργείων στρατὸς
Χωρεῖ, κονίει, πεδία δ᾽ ἀργηστὴς ἀφρὸς
Χραίνει σταλαγμοῖς ἱππικῶν ἐκ πλευμόνων.
Σὺ δ᾽, ὥστε νηὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος
Φράξαι πόλισμα, πρὶν καταιγίσαι πνοὰς

55. κληρουμένους δ᾽ ἔλειπον] Ita omnes codd. et Edd. κλ. γὰρ ἔλειπον reposuit Brunckius, nulla, quod ad hanc particulam attinet, codicum auctoritate usus. Nam quod in cod. B. voculæ δ᾽ superscriptum est γὰρ, id recte sic interpretatus est, glossatorem quendam significare voluisse, δὲ hic pro γὰρ sumi. ἔλιπον quidem in codd. Regg. invenit Brunckius (superscripto tamen in B. mediæ syllabæ τῷ ει), sed id librarii errori deberi videtur. 56. ἄγοι] ἄγη Mosq. 1. 61. πλευμόνων] πνευμόνων Ald. Turn. πνευμάτων Mosq. 2.

faciet. Nostri dicunt: *der Glaube wird dir bald in die Hand kommen.* οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται, metaphora eleganti ac decora: *non tarditate ulla morabitur.*

55. κληρουμένους δ᾽ ἔλειπον. Δὲ h. l. causam significat; *nam, enim;* id quod melius etiam lectioni πίστις convenire videtur. q. d. *noli dubitare vera esse quæ dixerim; dictis enim sat cito res ipsa fidem faciet; nam eos sortientes reliqui;* ὡς πάλῳ λαχὼν—λόχον, *ut unusquisque eorum quam sorte nactus esset portam, ad eam turmam duceret.*

57. sq. πρὸς ταῦτ᾽—τάχος (τάγευσ᾽ ὡς τάχος V. D. apud Burtonum pro V. L. notavit in exemplari ed. Ald. quod est in bibl. Cantabrig.) *Proinde tu fortissimos quosque viros e civitate delectos ad exitus portarum celeriter colloca.*

59. sq. ἐγγὺς γὰρ—κονίει. *Nam prope jam universus Argivorum exercitus armatus procedit, festinat.* κονίειν proprie *pulverem excitare*, apte ad festinationem et cursum transfertur. Sic ap. Homerum, Il. ν΄. 820. ἵπποι κονίοντες πεδίοιο celeriter per campum currentes equi.

60. sq. πεδία—πλευμόνων, *camposque alba spuma guttatim e naribus equorum cadens colorat.* πλεύμων Ἀττικῶς, πνεύμων Ἑλληνικῶς, Moeris Attic. πλεύμονες vero non *pulmones* tantum, sed etiam *nares* significat. Atque hoc quidem hic aptius est. Poëtæ enim multo magis curant, ut ea quæ in sensus incurrunt, bene et accurate depingant, quam ut abdita naturæ, tanquam involucris tecta, scrutentur.

62. sqq. σὺ δ᾽ ὥστε—στρατοῦ. *Tu vero tanquam peritus navis gubernator, muni urbem, priusquam irruat Martis procella, jam enim terrestres exercitus fluctus reboant.* Splendida iterum allegoria, scite continuata, et ad stilum tragicum sapienter attemperata.

σὺ—οἰακοστρόφος. "Hunc versum ad verba suum in usum convertit Euripides in Med. v. 523. (Brunck. 525.) ἀλλ᾽ ὥστε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν τὴν γλωσσαλγίαν. cf. Prom. 515. Pers. 769." *Abresch.*

φράσσειν non solum in aliis ædificiis,

Ἄρεος· βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ·
Καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λαβέ·
Κἀγὼ τὰ λοιπὰ πιστὸν ἡμεροσκόπον
Ὀφθαλμὸν ἕξω, καὶ σαφηνείᾳ λόγου
Εἰδὼς τὰ τῶν θύραθεν, ἀβλαβὴς ἔσῃ.
Ἐτ. Ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ, καὶ πολισσοῦχοι θεοὶ
Ἀρά τ', ἐριννύς πατρὸς ἡ μεγασθενής,
Μή μοι πόλιν γε πρυμνόθεν πανώλεθρον

64. χερσαῖον] χερσαίαν Ald. Rob. στρατοῦ] abest Mosq. 1. 65. τῶνδε καιρὸν] τὸν δὲ καιρὸν Mosq. 2. Turn. Eadem lectio in Mosq. 1. vulgatæ superscripta. ὅς τις] ὥς τις Rob. 67. σαφηνείᾳ] Ita e cod. Reg. B. rescripsit Brunck. quod metrum penultimam correptam non flagitat. Vulg. σαφηνίᾳ. 68. εἰδὼς] εἰδὼς σὺ Ald. 70. ἡ] Forsan ἢ legendum conj. Stanl. ut v. 979.

verum etiam in re navali usurpatur. Sic ap. Homerum Calypso Ulyssi navem fabricans: Odyss. ε'. 256.

Φράξε δέ μιν ῥίπεσσι διαμπερὲς οἰσυΐνῃσι
Κύματος εἶλαρ ἔμεν.

καταιγίζειν proprie de ventis desuper cum impetu irruentibus. καταιγίς· ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ καὶ ἡ τῶν ὑδάτων ζάλη, Hesych. Similiter Suidas h. v. Et auctor libri de mundo inter Aristotelis opp. p. 373. α'. τῶν γε μὴν βιαίων πνευμάτων, καταιγὶς μέν ἐστι πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης· θύελλα δὲ, πνεῦμα βίαιον καὶ ἄφνω προσαλλόμενον· λαίλαψ δὲ καὶ στρόβιλος πνεῦμα εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω. Eustathius itaque καταιγίζειν idem esse dicit, quod ἐπαιγίζειν apud Homerum, Il. β'. 148.

βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ designat incedentis exercitus strepitum et clamorem, equorum sonitum, armorum stridorem. Hæc omnia una metaphora non magis audaci quam commoda extulit.

65. καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λαβὲ, *ad hæc igitur avertenda occasionem quam celerrimam cape*; h. e. quam fieri potest ocyssime adversus ista te para. ὅστις pro ὡς positum esse recte monuit Abreschius; nec ὅστις ὤκιστος idem est quod ὡς τάχιστα, quamquam universa phrasis sic explicari potest.

66. κἀγὼ τὰ λοιπὰ πιστὸν ἡμεροσκόπον ὀφθαλμὸν ἕξω bene huc traxit Stanleius, quod, cum antea noctu explorasset, se nunc quoque per diem excubias acturum polliceatur.

67. sq. καὶ σαφηνείᾳ—ἔσῃ. *Atque ita hostium res ex narratione mea, quam tibi claram et perspicuam præstabo, cogniturus, ob omni detrimento securus eris.*

69. sqq. Nuntii narratione audita Eteocles precibus ad deos convertitur; brevibus illis quidem et gravibus, ut regem et bellatorem precantem facile agnoscas, præsertim si cum sequente mulierum cantico comparaveris.

69. πολισσοῦχοι θεοὶ, *urbis præsides.* Hi potissimum erant Minerva, Mars et Venus.

70. Ἀρά—μεγασθενὴς, *tuque ô Furia patris meï præpotens dira*; quia enim Œdipus filios suos diris devoverat, ideo hujus nominatim vim precibus averruncat. Alienum autem est, quod hic pro ἡ μεγασθενὴς Stanleius reponendum arbitrabatur ἢ μεγασθενής; quamquam id alibi occurrit, ubi alia ratio est, v. c. v. 979.

Ἐκθαμνίσητε δηάλωτον, Ἑλλάδος
Φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφεστίους·
Ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν
Ζυγοῖσι δουλείοισι μήποτε σχέθειν·
Γένεσθε δ' ἀλκή· ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν·
Πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει.

ΧΟΡΟΣ.

ΘΡΕΟΜΑΙ φοβερὰ μεγάλ' ἄχη·
Μεθεῖται στρατὸς στρατόπεδον λιπὼν,

72. δηάλωτον] δηϊάλωτον Ald. Rob. Turn. Vict. 73. δόμους] δήμους Mosq. 2. 75. ζυγοῖσι δουλείοισι] Ald. Vict. etc. ζεύγλησι δουλείησι Rob. ζυγοῖσι δουλείοισι eadem de causa, quam ad v. 67. indicavimus, reposuit Brunck. e codd. Regg. Ceterum Pauw. sine causa corrigit ζυγοῖσι δουλείοισι μήποτε σχέτε vel μήποτ' ἴσχετε. 76. Omissus est in Mosq. 2. 78. θρέομαι] θρεῦμαι Mosq. 1. 2. μεγάλα τ' ἄχη Mosq. 2. Rob.

72. ἐκθαμνίζειν, quasi θαμνὸν, fruticem, *eradicare* s. *exstirpare*. Ἑλλάδος φθόγγον χέουσαν facile conciliari potest cum verbis v. 172. ubi Chorus petit, ne urbs ἑτεροφώνῳ στρατῷ dedatur; Thebani enim linguæ quidem Græcæ communione cum ceteris Græcis conjungebantur, attamen alia dialecto utebautur, nempe Bœotica. δόμοι ἐφέστιοι, ædes, in quibus foci sunt, quibus sacra domestica procurantur.

75. σχέθειν, infinitivus imperativi loco positus.

76. ξυνὰ "*communiter utilia*, scil. et vobis diis et nobis civibus." *Stanl.*

77. πόλις—τίει. Bene comparavit Stanleius Aristotel. Rhetor. ii. 19. ἐν δ' ἀκολουθεῖ βέλτιστον ἦθος τῇ εὐτυχίᾳ, ὅτι φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖόν πως πιστεύοντες διὰ τὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης.

Hic dictis Eteocles abit, Chorusque virginum Thebanarum scenam occupat.

IN SCENAM III.

v. 78—183.

Sequitur Chori canticum, in quo Æschylus omnem vim doloris, metus, et perturbationis sic effudit, ut nihil ad animos commovendos efficacius, nihil ad sensum periculi declarandum illustrius fieri potuerit. Quem enim quæso non moveant ardentes illæ cursuque celerrimo concitatæ irruentis ad urbem exercitus imagines? (v. 78—85.) Quis non sacro quasi horrore et religione perfundatur, precibus istis attendens ad omnes deos deasque conversis? Incredibilis enim per totam hanc orationem fusus est ardor animorum in summo rerum discrimine trepidantium. Sola lectio sic legentem afficit, ut virgines anxie circa deorum templa et simulacra errantes oculis cernere videatur. Quid, ubi actionis veritas, et puellarum conspectus, et vocis sonus accesserit?

78. θρέομαι (θρεῦμαι Guelf. Seld.)—ἄχη (μεγάλα τ' ἄχη Guelf.) *formidabiles querimur magnas calamitates.*

79. μεθεῖται—λιπὼν, *accedit exercitus castris relictis.* Chorus nimirum in excelsiore urbis loco stabat, unde ultra muros in hostium castra prospiciebatur.

Ῥεῖ πολὺς ὧδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας.
Αἰθέρια κόνις με πείθει φανεῖσ'
Ἄναυδος, σαφὴς, ἔτυμος ἄγγελος·
Ἐλεδεμνὰς πεδιοπλόκτυπός τ'
Ὠσὶ χρίμπτεται βοὰ, ποτᾶται,
Βρέμει δ' ἀμαχέτου
Δίκαν ὕδατος ὀροκτύπου.
Ἰὼ, ἰὼ, ἰὼ, ἰώ. θεοὶ θεαί τ'

80. πολὺς] πολὺς δ' Ald. δ' abest Mosq. 1. 2. codd. Regg. recte quidem, nam metro officit. ὧδε] ὅδε Mosq. 1. δ' ὧδε Turn. 81. φανεῖσ'] φανεῖσα Ald. Turn. 82. ἔτυμος] ἕτοιμος Mosq. 2. 83, 84. πεδιοπλ. τ' ὠσὶ χρίμπτεται] πεδιοπλόκτυπος ὠσὶ χρίμπτεται Mosq. 1. χρίμπτεται Mosq. 2. πεδιοπλόκτυπός τε χρίμπτεται sine ὠσὶ Ald. π. τ. ἐγχρίμπτεται omisso item ὠσὶ Rob. Vict. βοὰ, ποτᾶται] βοᾶ, ποτᾶται Ald. βοᾷ, ποτᾶται Rob. βοὰ ποτᾶται commate non interjecto Turn. Receptam lectionem præferunt Victor. Cant. Stanl. Brunck.

80. ῥεῖ—ἱππότας, *magna equitum turba præcurrens advolvitur.* ῥεῖ, *es strömt herzu;* magna enim inter exercitum, qui est in motu, et inter maris fluctum similitudo intercedit, quæ poëtam nostrum ipsum in bello versatissimum haud effugit. ὧδε, δεικτικῶς intelligendum; q. d. *videte quomodo* etc.

81. sq. αἰθέρια κόνις—ἄναυδος, σαφὴς, ἔτυμος ἄγγελος. *Hoc nobis persuadet pulvis qui apparet per aërem volutus, mutus quidem, at manifestus ac certus nuntius.* Nubem pulveris excitatam in excelsiore loco, ubi constitisse Chorum Æschylus finxerat, cernere poterant virgines, etiamsi ex eo in ipsam planitiem suburbanam prospectus non fuisset. Sublimis est metaphora, qua pulverem nuntium dicit, neque tamen, præsertim in Chori cantico, supra dignitatis tragicæ fastigium escendens. Epitheta vero sic delecta sunt, ut metaphoram illustrent, finiant, ornent; nullum eorum vacuum aut inane; et asyndeti figura animum perturbatum prodit, more impatientem.

83—86. ἐλεδεμνὰς—ὀροκτύπου. *Etsomnum excutiens ab equorum ungulis campum quatientibus auribus accidit* (pro ὠσὶ χρίμπτεται in Guelf. legitur ὠτὶ χρ.) *strepitus, volat, murmurat, ceu rapidus torrens montano flumine decurrens.* ἐλεδεμνὰς q. d. ὁ ἐλῶν ἐκ τοῦ δεμνίου, *e lecto expellens, dormire non sinens.* Hoc epitheto scite significatur actionis tempus matutinum. πεδιοπλόκτυπος male Stanl. verterat *armicampistrepus;* ὅπλα enim in compositione hujus vocabuli ungulas equorum notant. (Facile subit animum Virgilii locus Æn. v. 592.

Stant pavidæ in muris matres oculisque sequuntur
Pulveream nubem, et fulgentes ære catervas.
Olli per dumos, qua proxima meta viarum
Armati tendunt; it clamor et agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

cf. etiam xi. 875.) βοὰ non est *clamor*, sed quivis strepitus; sic enim et fluctus et tonitrua dicuntur βοᾷν. ἀμάχετος, qui sustineri, cujus cursus inhiberi nequit.

87, 88. θεοὶ—ἀλεύσατε. *O dii deæque, exsurgentem calamitatem s. tempestatem avertite.*

Ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε.
Βοᾷ ὑπὲρ τειχέων ὁ
Λεύκασπις ὄρνυται λαὸς
Εὐτρεπὴς, ἐπὶ πόλιν διώκων.
Τίς ἄρα ῥύσεται;
Τίς ἄρ' ἐπαρκέσει
Θεῶν ἢ θεᾶν;
Πότερα δῆτ' ἐγὼ ποτι-
πέσω βρέτη δαιμόνων;

91. εὐτρεπὴς] Hoc Brunck. recepit e Codd. Regg. qui tamen et alteram lectionem exhibent εὐπρεπὴς, quam omnes adhuc Editores reddiderant. Utraque facilem sensum præbet, nec satis tuto decerni potest, utra sit ab Æschyli manu profecta. εὐπρεπὴς legitur etiam in Mosq. 2. 93. τίς ἄρ' ἐπαρκέσει] τίς ἐπαρκέσει Ald. 94. θεῶν] τῶν θεῶν Rob. θεᾶν] θεᾶν et supra γρ. θεαινᾶν, Mosq. 1. θεαινᾶν Viteb. θεαινᾶν Rob.

89. sqq. βοᾷ—διώκων. *Cum clamore ante mœnia milites albis clypeis decori ruunt ad urbem festinantes.* ὑπὲρ τειχέων non est, ut Burtonus vertit, *super mœnia*, sed *ultra mœnia*, *jenseits der Mauern*, *vor der Stadt*.

90. ὁ λεύκασπις. "Euripides Phœniss. λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν. Milites gregarii clypeos gestabant nullo insigni decoratos, expolitos tamen et splendidos. qualis ille apud Plautum:

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior,
Quam solis radii esse olim cum sudum est solent.

Laberius apud Gellium (N. A. 10. 17.):

Clypeum constituit contra exorientem Hyperionem,
Oculos ut posset effodere splendore æreo.

Inde totus exercitus λεύκασπις. λευκὸν enim λαμπρὸν sonat teste Callimachi interprete ad hymn. 6. et Homero

λευκὸν δ' ἦν ἠέλιος ὥς.

Hujusmodi gestamen plebi militum peculiare. Virgilius:

parmaque inglorius alba.

(Æn. ix. 548.) h. e. interprete Servio, *pura et candida*, qua, licet Regis filius, uti cogebatur, dum tiro esset, vel donec strenuum quid ediderat, quod picturæ decus mereretur. Albæ parmæ picta opponitur, quales ducibus vel spectatis militibus concessæ; ut *picti scuta Labici* apud Virgilium (Æn. vii. 797.); unde Homerus Agamemnonis clypeum πολυδαίδαλον vocat. Hoc vero ex insignibus septem ducum in hac ipsa tragœdia satis constat." *Stanl.* εὐπρεπὴς est *decorus*, ut ap. Euripidem in Phœnissis Antigone de fratre suo: ὡς ὅπλοισι χρυσέοισιν εὐπρεπὴς, γέρον. (v. 172.) Altera lectio εὐτρεπὴς *agilitatem* exercitus designat. διώκων h. l. *properans*, *festinans*.

92—94. τίς ἄρα—θεᾶν; *Quis tandem nos liberabit? Quis deorum dearumve nobis succurret?*

95. πότερα δῆτ' ἐγώ. "Interpretatur Schol. α'.—πρὸς τὰ εἴδωλα τῶν θεῶν πέσω —ἢ ἄλλο τι πράξω; *procidamne* ad simulacra deorum, an aliud quid agam? ac si πότερα esset *num*, et adverbialiter sumeretur, cum potius adjective accipiendum sit, et cum βρέτη conjungendum: *quænam deorum simulacra venerabor?* ut respondeat priori, τίς θεῶν ἢ θεᾶν;

Ἰὼ μάκαρες εὔεδροι,
Ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.
Τί μέλλομεν ἀγάστονοι;
Ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ' ἀσπίδων κτύπον;
Πέπλων καὶ στεφέων
Πότ' εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν;
Κτύπον δέδορκα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.
Τί ῥέξεις; προδώσεις
Παλαίχθον Ἄρης

98. ἔχεσθαι] δ' ἔχεσθε Ald. δ' ἔχεσθαι Viteb. Mosq. 2. Rob. Turn. δ' ἔχεσθαί τι Mosq. 1. 99. τί omissum in Mosq. 1. 100. ἀκούετ'] ἀκούετε Mosq. 1. ἢ οὐκ ἀκούετ'] ἢ οὐκ ἀκακούετ' Ald. mendose. 100, 101. κτύπον; πέπλων] κτύπον πέπλων. mala distinctione, Ald. Rob. Quia metrum hic non agnoscit Pauw. reponendum censet Πέπλων καὶ στεφέων ποτ' εἰ μὴ Νῦν ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν. 102. λιτὰν] λιτὸν Ald. Rob. 103. δέδορκα] δέδορπα Rob. πάταγος] πάταγον δ' Ald. Turn. πάταγόν τ' Rob. Victor. πάταγος δ' Mosq. 1. πάταχος vitiose, sed sine δ', Mosq. 1. πάταγος jam citat e cod. Stephanus. 105. παλαίχθον] παλαιίχθων Ald. Turn. Victor. παλαίχθον Codd. Regg.

97. *μάκαρες εὔεδροι. O immortales dii, qui vobis sacratas sedes in hac urbe cepistis, qui sancte in his templis colimini.* De v. εὔεδροι vid. lexic. Æschyl.

98. *ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι, nunc tempus est ut vestra simulacra amplexæ teneamus.*

99. *τί μέλλομεν ἀγάστονοι; quid cunctamur miseræ?* Nempe ἀγάστονοι sunt graviter suspirantes et gementes ob calamitatem.

100. *ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ'.* Hæc formula est ejus qui cum animi fervore alterum interrogat, an aliquid audierit. Disjunctionem vero in hac formula Germanica lingua non reddit. Nos simpliciter dicimus: *Hört ihr wol?* Secus est si idem cum indignatione effertur. cf. v. 208.

101. sq. *πέπλων καὶ στεφέων—ἕξομεν; quando tandem, si id nunc non faciemus, cum peplis coronisque supplices accedemus?* Supplices mulieres ad deos placandos ita accessisse, ut pepla simul et coronas iis ferrent, vel ex Homero notum. cf. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 922. Virgil. Æn. i. 483. ἀμφὶ λιτὰς ἔχειν, *supplicibus precibus operam dare, supplicatione occupari, fungi.* πέπλων καὶ στεφέων λιταὶ sunt, quæ inter peplorum et coronarum donaria peraguntur.

103. *κτύπον δέδορκα, strepitum vidi,* audaciore metonymia pro *sensi, audivi.* Similiter Sophocles Œdip. Tyr. v. 196. ἡ γῆρυς λάμπει, et supra Prom. v. 21. ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν ὄψει. Quamquam ibi mollior est ratio, cum ὄψει ad proximum μορφὴν potissimum pertineat. *πάταγος οὐχ ἑνὸς δορὸς*, scil. ἀκούεται, *non unius* h. e. *permultarum hastarum strepitus auditur.* Stanleius contulit Callimachi hymn. 3. v. 33. καὶ οὐχ ἕνα πύργον ὀπάσσω. Frequens in his constructionis variatio apta est perturbato loquentium animo. Itaque hanc lectionem, quam Brunckius e Cod. MS. eruit, vulgatæ præfero, πάταγόν τ' οὐχ ἑνὸς δορός.

105. *παλαίχθον Ἄρης. Quid ages, ô Mars, qui olim hanc regionem obtines, an*

Τὰν τεὰν γᾶν;
Ὦ χρυσεοπήληξ δαῖμον, ἔπιδ' ἔπιδε πόλιν
Ἄν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου.
Θεοὶ πολισσοῦχοι χθονὸς,
Ἴτ', ἴτε πάντες,
Ἴδετε παρθένων
Ἱκέσιον λόχον
Δουλοσύνας ὕπερ
Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν
Δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν
Καχλάζει, πνοαῖς
Ἄρεος ὀρόμενον.

106. τὰν τεὰν γᾶν] τὰν σὰν γᾶν Ald. Rob. Victor. γῆν Mosq. 1. γᾶν τεὰν Viteb. 107. χρυσεοπήληξ] χρυσοπήλυξ Ald. Rob. Turn. χρυσοπήληξ Victor. ἔπιδε πόλιν] ἔπιδ' ἐπὶ πόλιν Mosq. 1. 2. ἔπιδε πτόλιν Rob. 108. εὐφιλήταν] εὐφιλήτην Mosq. 2. 109. πολισσοῦχοι] πολιοῦχοι Viteb. superscripta tamen vulgata. πολισοῦχοι Mosq. 2. 110. ἴτ' ἴτε] ἴθετε Ald. ἴδετε Turn. ἴθ' ἴτε Viteb. Vict. Schol. 111. παρθένων] παρθένον Ald. 113. δουλοσύνας] δουλοσύνης Ald. etc. ante Brunck. qui doricam formam e Cod. Reg. A. restituit. Eadem est in Mosq. 1. 114. πτόλιν] πόλιν Viteb. Ald. 115. δοχμολοφᾶν] Doricam hanc formam dedit Brunck. e conj. pro vulg. δοχμολόφων. 116. καχλάζει] καγχλάζει Ald. Rob. πνοαῖς] πνοαῖσιν Rob. 117. Ἄρεος] ἄρεως Viteb. ὀρόμενον] ὀῤῥόμενον Viteb. Ald. Rob.

terram tibi sacram prodes? Martis cultus inter Thebanos sanctissimus, idem et antiquissimus fuit. Harmoniam enim, Martis filiam, Cadmus Thebarum conditor uxorem duxisse ferebatur.

107. χρυσεοπήληξ, *aurea galea decorus,* Mars ab aliis quoque poëtis appellatur. v. c. Hymn. Homeric. in Martem v. 1.

107, 108. ἔπιδ' ἔπιδε πόλιν—ἔθου. *Respice, respice urbem, quam olim carissimam habuisti.* Marti enim sacræ fuerunt Thebæ; τεῖχος Ἄρειον jam Homerus vocat mœnia Thebarum Il. Δ. 407.

110. ἴτ', ἴτε πάντες. Sic et MS. Guelf. Qui ἴθ' ἴτε πάντες legebant, id. Schol. teste sic explicabant. ἄγε ἔλθετε πάντες.

111—113. ἴδετε—ὕπερ. *Videte virginum catervam pro* avertenda *servitute* vobis *supplicem.*

114—117. κῦμα—ὀρόμενον. *Nam circa urbem militum cristatis galeis ornatorum fluctus fremit s. resonat, Martis procella excitatus.* Diligenter iterum servata allegoriæ perpetuitas. Ut enim maris unda vento agitata sonat, sic milites classico excitati urbem oppugnatum euntes strepitum tumultumque ciebant. Alio respectu exercitum urbem obsidione cingentem Euripides cum nube comparavit, in Phœnissis, v. 259:

ἀμφὶ δὲ πόλιν νέφος
ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει.

δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν. "Hoc nullus dubito, quin in alio codice reperturus sim. Ambo, quibus nunc utor, δοχμόλοφων.

Ἀλλ', ὦ Ζεῦ πάτερ παντελὲς, πάντως
Ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.
Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου
Κυκλοῦνται· φόβος δ' ἀρηΐων ὅπλων·
Διάδετοι δὲ γενύων ἱππείων
Κινύρονται φόνον χαλινοί·

121. δ' ἀρηΐων] γὰρ ἠΐων corrupte pro γ' ἀρηΐων Ald. ἀργείων Mosq. 1. supra tamen scriptum: γρ. ἀρηΐων, ἤτοι πολεμικῶν. 122. διάδετοι] διὰ δέ τοι Ald. δὲ abest Viteb. Item ἱππίων vitiose pro ἱππείων, quod est in Mosq. 2. 123. κινύρονται] κινύρονται Mosq. 2. φόνον] φόβον Rob. Turn. Victor. Mosq. 2. φόνων superscripto ον, Mosq. 1.

Eurip. Phœniss. 117. τίς οὗτος ὁ λευκολόφας; ubi videnda, quæ Valckenarius erudite adnotavit." *Brunck.* δοχμολόφοι οἱ ἐκ πλαγίου τοὺς λόφους ἔχοντες. *Hesychius.* Idem: Δοχμοκόρσαι, οἱ πλαγιοχαῖται, (Stanleius contulit Claudian. de iii. Consulatu Honorii (v. 133.) *Fervet cristatis exercitus undique turmis,* et Virgil. Æn. ix. *tremunt in vertice cristæ.*) At in MS. Guelferbytani textu est δοχμολόχων; quæ lectio quoque in scholio margini adjecto servatur, ubi simul notatur: γράφεται δὲ καὶ δοχμολόφων, καὶ δοχμολόχμων. Ac δοχμολόχων quidem, quod esset *obliqua acie irruentium,* vulgatæ nisi anteferendum, certe ea non est deterius. Ad reliquas enim h. l. imagines accommodatius erat, motus militum quam ornatus mentionem injicere.

καχλάζει] " Euripides Hippolyto:

Καὶ πέριξ ἀφρὸν
Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι.

Lycophron. v. 80. Ζηνὸς καχλάζων νασμός.—Attius:

Ac ubi curvo littore latrans
Unda sub undis labunda sonat
Simul et circum magnisonantibus
Excita saxis sæva sonando
Crepitu clangente cachinnat.

Recte autem Cel. Valckenarius ad illum Hippolyti locum, p. 293. admonuit, de hominibus *cachinnum edentibus* in usu fuisse καχάζειν, καγχάζειν, et κακχάζειν, de undarum vero non leni tantum murmure, sed et commoti maris maximo fragore, fluctuum albicantium litori, vel in litoris, lapillos, κάχληκας dictos, illisorum strepitu, καχλάζειν fuisse adhibitum; ut in duobus, quos commemoravit Apollonii Rhodii locis: iv. 943. ἀμφὶ δὲ κῦμα λάβρον ἀειρόμενον πέτραις ἔπι καχλάζεσκεν. et ii. 572. ὑψόθι δ' ὄχθης λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. Quæ cum ita sint, parum accurate καχλάζει in Stanleii versione h. l. redditum est *cachinnat.*

118. sq. ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ παντελὲς—ἅλωσιν. *At o Jupiter pater, perfector, omnino a nobis depelle hostium expugnationem.* ἀρήγειν alias *juvare* h. l. i. q. *arcere, propulsare.* Sic Eurip. Medea v. 1275. ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις.

120. sq. Ἀργεῖοι—ὅπλων. *Argivi enim urbem Cadmi cingunt; et timor hostilium armorum* scil. nos percellit; ellipsi in tanto animorum fervore satis apta.

122. sqq. διάδετοι—χαλινοί. *Et maxillis equorum illigata frena cædem strident,* s. ut Heathius recte interpr. *stridore lugubri denuntiant cædem sequuturam.* Cur hic Stephanus alteram lectionem φόβον maluerit, nescio. Cur enim idem vocabulum tertio statim versu poëta repeteret? Et φόνον hic multo gravius ac terribilius est.

Ἕπτα δ᾽ ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ
Δορυσσόοις σαγαῖς, πύλαισιν ἑβδόμαις
Προσίστανται, πάλῳ λαχόντες.
Σύ τ᾽ ὦ Διογενὲς
Φιλόμαχον κράτος,
Ῥυσίπτολις γενοῦ,
Παλλὰς, ὅ θ᾽ ἵππιος

124. πρέποντες] προπρέμποντες Rob. 125. δορυσσόοις] Pauw. conjectura emendat δορυσσόοι. δορυσσώοις Mosq. 2. πύλαισιν] πύλαις Rob. Turn. Victor. &c. Brunckius absque codd. auctoritate rescripsit πύλαισιν cum euphoniæ causa, tum quia sic integer senarius evadit. 129. ῥυσίπτολις] ῥυσίπολις Mosq. 1. 130. ἵππιος] ἵππειος Ald. Rob.

124. sqq. ἕπτα δ᾽ ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σαγαῖς. Si δορύσσοος significare posset, quod quidam putant, *hastam arcens, ab hastæ impetu præservans,* nihil haberet epitheton hoc incommodi *sagis* tributum. At cum hujus usus exempla nuspiam me invenire meminerim, dubitare mihi de hujus interpretationis veritate tantisper liceat, donec idonea ejus auctoritas proferatur. Δορυσσόος est *hasta concitatus, hasta impetuosus,* et consequenter *bellicosus.* Δορυσσόον ἀνδρεῖον, δορυόρμαν, ἢ δόρατι φοβοῦντα καὶ σοβοῦντα. Hesych. Itaque legendum arbitror δορυσσόοι σαγαῖς; hoc verborum ordine et sensu: ἑπτὰ δ᾽ ἀγήνορες στρατοῦ δορυσσόοι πρέποντες σαγαῖς, *septem exercitus duces, hastas vibrantes,* s. *bellicosi sagis decori.* σάγη h. l. rectius de sago militari, quam de universa πανοπλίᾳ exponitur.

125. sq. πύλαισιν ἑβδόμαις προσίστανται, πάλῳ λαχόντες. Ἕβδομαι πύλαι de septima porta Thebarum occurrit apud Eurip. Phœniss. 1145. et sic infra v. 633. 802. Sed h. l. ex ipso verborum contextu patet, non septimam portam, sed *septem* s. *septenas* portas Thebarum intelligendas esse. Atque id jam observavit Thomas Magister. πάλῳ λαχόντες, *singuli* suam portam, quam oppugnent, *forte nacti.*

128. φιλόμαχον κράτος, *robur pugnæ amans,* Minerva dicitur pro *regina bellicosa.* Sic eadem v. 165. ἐν μάχαισι μάκαιρ᾽ ἄνασσα dicitur; et Agamemnon cum fratre Meneleo Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος Agam. v. 110.

129. ῥυσίπτολις γενοῦ, *urbis liberatrix fias.* Nempe Ἐρυσίπτολις aut Ῥυσίπτολις, *urbium conservatrix, custos, liberatrix,* inter solennia erant Palladis cognomina, quibus præcipue utebantur qui eam in summo rerum discrimine invocabant. Sic ap. Homerum, Il. ζ'. 305.

Πότνι᾽ Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων·

quem ad locum Eustathius p. 504. ed. Basil. ὅτι ὥσπερ ὁ ἐφιέμενος λείας, ἀγελείαν Ἀθηνᾶν ἐπικαλεῖτο, οὕτως οἱ περὶ σωτηρίας πόλεως χεῖρας αὐτῇ ἀνέχοντες, ὡς νῦν οἱ Τρῶες, ἐρυσίπτολιν Ἀθηνᾶν ἐπεβοῶντο, ἤγουν φύλακα πόλεως, ἀπὸ τοῦ ἐρύω, τὸ φυλάσσω.

130. sqq. ὁ θ᾽ ἵππιος—δίδου. *Et tu, ô Neptune equestris, qui tridente pontum regis, libera nos, ô libera ab his terroribus.* ἰχθυβόλος μηχανὰ periphrasis *tridentis;* quo pisces figere dicitur Neptunus. cf. Spanhem. ad Callimach. hymn. in Del. v. 15. Erat enim τρίαινα, quæ et ἰχ-

Ποντομέδων ἄναξ,
Ἰχθυϐόλῳ μαχανᾷ,
Ποσειδᾶν, ἐπίλυσιν
Φόϐων, ἐπίλυσιν δίδου·
Σύ τ᾽, Ἄρης, φεῦ, φεῦ,
Κάδμου ἐπώνυμον
Πόλιν φύλαξον,
Κήδεσαί τ᾽ ἐναργῶς·

131. ποντομέδων] Additur δ᾽ in Mosq. 1. 132. ἰχθυϐόλῳ] ἰχθυϐόλων Mosq. 1. 2. μαχανᾷ] Sic Reg. B. Viteb. μηχανᾷ Ald. Rob. Turn. Vict. 133. Ποσειδᾶν] Sic Viteb. Ποσειδῶν Mosq. 2. Ald. 134. φόϐων] φόϐου Ald. Rob. φόϐων confirmatur utroque Cod. Reg. ἐπίλυσιν abest Mosq. 1. 138. κήδεσαί τ᾽ ἐναργῶς] κηδέσθητ᾽ ἐναργῶς et supra γρ. κήδεσαί τ᾽ ἐ. Mosq. 1. κήδεσσί τ᾽ ἐ. Mosq. 2.

θυόκεντρον appellabatur (nostris *eine Harpune*) inter piscatoria instrumenta, eaque majores pisces maxime venabantur; post illam fabula ad Neptunum transtulit. Dativus autem ἰχθυϐόλῳ μαχανᾷ regitur a participio μέδων, quod in ποντομέδων latet; quasi dicatur πόντου μέδων ἰχθυϐόλῳ μαχανᾷ. Hæc certe constructio convenientior est ea, qua ἰχθυϐόλῳ μαχανᾷ ad ἐπίλυσιν δίδου a nonnullis trahitur.

136. Κάδμου ἐπώνυμον πόλιν. "Bene monet Scholiastes α΄. Martem invocari ad civitatem tuendam Κάδμου ἐπώνυμον, qui Harmoniam, Martis et Veneris filiam, uxorem duxerat. Porro civitates ἐπώνυμοι sunt iis, a quibus nomen trahunt. Apollodor. lib. ii. p. 82. κἀκεῖνοι πόλεις αὐτῶν ἐπωνύμους κτίσαντες. Quo sensu Prometheus Oceanum alloquens apud Nostrum Prom. Vinct. 300. ἐπώνυμον ῥεῦμα dixit, nempe ab Oceano denominatum mare. Ceterum is, qui nomen confert civitati, ipse etiam ἐπώνυμος dicitur. Sic Minerva *in Atthide Athenas condidit, quas ex suo nomine appellavit*, ut cum Hygino loquar: et Marcianus in Periegesi ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς προσηγορίαν λαϐεῖν Athenas dixit. Erat ergo Minerva Athenarum ἐπώνυμος, a qua nomen suum traxerunt. Ita ipsa de se apud Euripidem in Ione:

Ἐπώνυμος δὲ τῆς ἀφικόμην χθονὸς
Παλλάς.

Ita Romulus Romæ conditor ejusdem ἐπώνυμος. Athen. lib. i. ubi ὑπό τι τοῦ τῆς πόλεως ἐπωνύμου Ῥωμύλου male transtulit Dalechampius *quas tum Romulus conditor urbis sui cognominis* etc. est enim ὁμώνυμος. In eundem errorem lapsi sunt et plurimi interpretes. Ælian. V. H. lib. ii. c. 33. Ἀκραγαντῖνοι δὲ τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσι; interpres *Agrigentini cognominem urbi fluvium speciosi pueri forma effingentes illi sacrificant*. At Ælianus intellexit fluvium, qui urbi nomen dedit. Steph. Byzantinus: Ἀκραγάντες, πόλεις πέντε Σικελίας ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. Obiter in eadem re emendandus Varro de lingua Latina lib. iv. *Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanæ, Lavinium; nam ibi dii penates nostri. Hoc a Latini filia, quæ conjuncta Æneæ, Lavinia appellata*; lege: *Lavinia, appellatum.*" *Stanleius.*—Quod autem idem Stanleius h. l. tantum arcem Cadmeam intelligi, et πόλιν pro ἀκρόπολιν positum esse existimat, id ei non concedimus. cf. v. 1. 10.

138. κήδεσαί τ᾽ ἐναργῶς. *Cura eam sic, ut manifesta fiant* auxilii s. præsidii

Καὶ Κύπρις, ἅτε
Γένους προμάτωρ,
Ἄλευσον. σέθεν ἐξ αἵμα-
τος γεγόναμεν· λιταῖς σε
θεοκλύτοις ἀπύουσαι
Πελαζόμεσθα. καὶ σὺ

140. γένους] γένος Viteb. quod nimis durum esset h. l. ut Zeunius facit, hactenus admittere, ut per ellipsin præpositionis κατὰ explicetur. 141. σέθεν ἐξ] σέθεν γὰρ ἐξ Codd. Regg. adversus metrum. 144. πελαζόμεσθα] πελαζόμεθα Mosq. 1. 2. Viteb. Rob. Turn.

tui *vestigia*. Nisi forte Æschylus scripsit: κήδεσαί τ' ἐνεργῶς, h. e. *efficacem ejus curam gere.*

139—144. καὶ Κύπρις—πελαζόμεσθα, *et tu, ó Venus, utpote quæ es generis nostri prima mater*, (quia Harmoniam Cadmi uxorem Venus Marti pepererat) *succurre nobis; tuo e sanguine genitæ sumus; tuum numen precibus invocantes accedimus.* λιταὶ θεόκλυτοι, *preces deam invocantes*, et h. l. λιταῖς σε θεοκλύτοις ἀπύουσαι idem est, ac si dixisset, λιταῖς σε τὰν θεὰν ἀπύουσαι. cf. lexic. Æschyl. in θεόκλυτος.

144—147. καὶ σὺ—στόνων ἀΐουσ, *et tu Lycee Apollo, Lyceus esto hostili exercitui gemitusque nostros exaudi.* Hæc ex emendatione nostra, qua pro στόνων ἀϋτᾶς legimus στόνων ἀΐσας, ab ἀΐω *audio*, interpretati sumus. Vulgata enim στόνων ἀϋτᾶς sensum aut nullum, aut certe plane incommodum præbet. Nam quid potest esse durius, quam id quod Glossæ e vulgata efficiunt? secundum quas στόνων ἀϋτᾶς idem esset ac ἕνεκα τῆς φωνῆς τῶν στεναγμῶν ἡμῶν. Compositum verbi ἀΐειν sæpius citat Hesychius: ut Ἐπαΐσαι, αἰσθέσθαι, ἐπακοῦσαι, πευσθῆναι. Simplex vero apud Homerum frequenter occurrit; ac de votorum et precum exauditione ponitur Iliad. π'. 378. ubi est Ζεὺς ἀράων ἀΐων. Sic et Iris memoratur ἀράων ἀΐουσα Il. ψ'. 199. Similiter Æschyl. Pers. 632.

Λυκείου s. Λυκαίου Apollinis nomen hac ex causa ortum esse scribit Pausanias: Cum lupi Sicyniorum ovilia tantopere vexarent, ut nullus jam ex illis capi fructus posset, indicavisse Apollinem, quo loco aridum quoddam lignum jaceret, cujus corticem carnibus permistum cum ex ejusdem oraculo lupis apposuissent, illos, simulatque gustaverint, interemtos esse. Unde æficarunt Sicyonii sacellum Apollini Lyceo, Pausaniæ ætate jam vetustate collapsum. Idem scriptor alio loco Apollinis Lycii templum memorat, quod apud Argivos Danaus dedicaverat. Quum Argos venisset, de regno cum Gelanore Stenelæ filio contendit; ac cum eorum uterque ad populum multa, eaque non magis probabilia quam justa, pro se dixisset, populus ampliandum censuit in crastinum diem. Postero igitur die in boum gregem in agro suburbano pascentem lupus impetum fecit, atque is taurum ipsum gregis ducem adortus est. Visum est Argivis, Gelanori cum tauro, cum lupo esse Danao aptissimam convenientiæ rationem; quod scilicet, uti lupus est animal homini minime familiare, sic propemodum ad id temporis nulla fuisset Danaus Argivorum usus consuetudine. Quare cum taurum lupus confecisset, Danao imperium adjudicatum est, isque cum illum lupum ab Apolline immissum esse crederet, Apollinis Lycii templum dedicavit.—Cum igitur Thebanæ vir-

Λύκει' ἄναξ, λύκειος
Γενοῦ στρατῷ δαΐῳ,
Στόνων ἀϋτᾶς· σύ τ' ὦ
Λητογένεια κούρα,
Τόξον εὖ πυκάζου
Ἄρτεμι φίλα. ἒ ἒ ἒ ἒ.
Ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω,
Ὦ πότνια Ἥρα·
Ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι,
Ἄρτεμι φίλα. ἒ ἒ ἒ ἒ.

145. λύκει'] λύκι' Mosq. 1. Viteb. Ald. λύκειος] λύκει Ald. vitiose. 146. στρατῷ δαΐῳ] τῷ στρατῷ τῷ δαΐῳ Mosq. 2. 147. ἀϋτᾶς] ἀϋτὰς Mosq. 1. ἀητᾶς Mosq. 2. ἀϋτᾶς uterque Cod. Reg. cum Glossa: ἕνεκα τῆς φωνῆς τῶν στεναγμῶν ἡμῶν. Stanl. conj. ἀΐτας, quod ille ab ἀΐω, *audio*, derivat. Sed melius esset ἀΐσας. 148. κούρα] κούρη Mosq. 1. sed α superscripto. 151. ὄτοβον] ὄττοβον Ald. Rob. Turn. τὸ ἀκροζόνιον ὄττοβον Viteb. 154. ἒ] Ter tantum Mosq. 2.

gines Apollinem Lyceum invocant, certum est eas ad priorem illam narrationem de lupis Apollini consilio interemtis respicere; ob quod factum etiam λυκοκτόνος s. λυκοεργὴς appellabatur; et verba illa λύκειος γενοῦ δαΐων στρατῷ hoc significant: *fac ut nominis tui omen, quo Λ ύ κ ε ι ο ς appellaris, etiam in hostibus expleas, et ut olim lupos, sic nunc hostes nostros interficias.*

147. sqq. σύ τ' ὦ Λητογένεια κούρα —πυκάζου. *Tuque ô cara Diana, Latonæ filia, arcum bene instrue.* Diana non solum, ut venatrix, sagittandi peritia nobilis erat, sed hoc loco simul respici potest ad Niobes fabulam, quæ cum se numero prolis Latona superiorem jactasset, liberis mox ab Apolline et Diana orbata est, cum ille filios, hæc filias sagittis interficeret.

151. In iis, quæ sequuntur, non remittitur virginum angor, sed vehementius augetur, cum ipsæ earum preces, variis horroribus ex audito curruum bellicorum armorumque strepitu misceantur.

ὄτοβον—κλύω. *Strepitum curruum circa urbem audio.*

152. ὦ πότνια Ἥρα. Brevis hæc invocatio nominis, similis ei quæ v. 154. sequitur, ipsis precibus suppressis, sic prodit animum muliebriter anxium, ut quasi puellam, periculo quodam exterritam, matris opem implorantem, ejusque nomen semel ac sæpius inclamantem audire nobis videamur.

153. ἔλακον—χνόαι. *Stridorem edunt rotarum fistulæ, axibus oneratis contritæ.* Imago ad naturæ veritatem adumbrata. "Callimachus hymn. v. Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων. χνόαι sunt, interprete Hesychio, *αἱ χοινικίδες, αἱ τοῦ ἄξονος σύριγγες.*" *Stanl.*

154. Ἄρτεμι φίλα, ἒ ἒ ἒ ἒ. Hæc v. 150. repetitio magnam vim habet ad absolvendam animi terrore perculsi speciem.

Δορυτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται.
Τί πόλις ἄμμιν πάσχει; τί γενήσεται;
Ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός; ἒ ἒ ἒ ἔ.
'Ακροβόλων δ' ἐπάλ-
ξεων λιθὰς ἔρχεται.
Ὦ φίλ' Ἄπολλον,
Κόναβος ἐν πύλαις
Χαλκοδέτων σακέων,
Καὶ διόθεν πολε-

155. ἐπιμαίνεται] ἐπιμένεται Mosq. 1. 156. τί γενήσεται] καὶ γεννήσεται Mosq. 2. τί γεννήσεται Ald. 157. ποῖ] πῇ Mosq. 1. ποῖ τι τέλος Rob. ἒ] ἒ ἒ ἔα Mosq. 2. 163. καὶ διόθεν] ἐκ διόθεν Rob.

155. *δορυτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται.* Nobis quidem, qui multo majoribus tormentorum bellicorum, quæ pulvere nitrato exonerantur, fragoribus adsueti sumus, hæc phrasis de solo hastarum conflictu justo inflatior ac tumidior videatur; sed Æschyli ætate nihil habebat, quod quemquam offendere posset. *Aër hastarum conflictu concussus furit.* Imo vero, cum post verbum ἐπιμαίνεται quædam quasi mora, s. interpunctum intervallum sit, prudenter Æschylus gravissimum verbum in clausula posuit. *Furere* etiam Latinis poëtis de graviore strepitu usitatum. Sic *furit æstus arenis* apud Virgilium, Æneid. i. 111.

156. sq. *τί πόλις*, (MS. Guelf. *καὶ πόλις.*)—*θεός*; *Quid tandem nobis urbs patietur? Quid illâ fiet? quorsum tandem finem diriget deus?* Variatio hæc temporum, præsentis et futuri, bene exprimit animum calamitatibus futuris tanquam præsentibus intentum.

158. sq. *ἀκροβόλων δ' ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται.* Quamquam Pauwius more suo acriter urget, hæc de lapidibus e muris in hostilem exercitum jactis intelligenda esse; verum tamen est, quod Heathius vidit, significari potius *imbrem lapideum ab hostibus in summa propugnacula missum.* Primum enim utitur poëta verbo ἔρχεται, non ἀφίεται aut simili. Deinde exterritas mulieres, præ metu vix sui compotes, prout meticulosorum mos est, ad ea solum attendere consentaneum est, quæ terrorem augere possint, non ad ea, quæ spem hostium impetum propulsandi ostendant. Denique ἀκρόβολοι ἐπάλξεις sunt *propugnacula, quorum summa* lapidibus *petuntur*, prout infra v. 304. ἀμφιβόλοισιν πολίταις int. *qui undique* lapidibus *feriuntur*. λιθὰς est *acervus lapidum, ein Steinhagel, Steinregen.* Ante ἐπάλξεων præpositio κατὰ, ut sæpe fit, omissa. Optimum vero fuerit sequentem Apollinis invocationem partim ad v. 158. 159. partim ad v. 161. 162. trahere, ita ut post ἔρχεται commate tantum interpungatur.

160. sqq. *ὦ φίλ' Ἄπολλον, κόναβος—σακέων.* O *dilecte Apollo, strepitus auditur in portis clypeorum ære revinctorum.* His verbis designat Chorus cives suos in ipsis portis adversus hostes certaminis discrimen subeuntes.

163. sq. *καὶ Διόθεν πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος*] Hæc verba et interpunctionem dubiam, et sensum difficilem habent. Ut Scholiastarum nugas silentio prætereamus, duplex potissimum ea construendi ratio est, cum duplici quoque sensu conjuncta. Vel enim

μόκραντον ἁγνὸν τέλος.

puncto post τέλος, aut colo, quod Brunckius fecit, posito, ad priora illa κόναβος ἐν πύλαις retrahuntur; vel quod Heathio placuit, post σακέων puncto distinguitur, et verba καὶ Δίοθεν—τέλος cum sequentibus arctissimo nexu copulantur. Priorem igitur viam si quis ingrediatur, hunc sensum, sane non incommodum, elicuerit: *Strepitus in portis clypeorum ære revinctorum, et sacra cohors a Jove* scil. constituta, missa, *bellum perfectura.* τέλος de turma et cohorte militum usurpari notius est, quam ut moneri debeat. ἁγνὸν τέλος, cohors *pura*, *casta*, *sancta*, ut apud Homerum φυλάκων ἱερὸν τέλος, Il. κ'. 56. dici possit; vel quia, ut Eustathius ad h. l. observat, ὅλως ἱερὸν δοκεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων φυλακτικόν, vel ut epitheto ἁγνὸν designetur innocentia et justitia belli pro patriæ salute suscepti. πολεμόκραντον tametsi analogia passivum sensum postulat, sicut μοιρόκραντος est *a Parcis perfectus*, non repugnaverim tamen, si quis illud active capiendum putet, ut sit: *bellum gerens, perficiens, administrans.* Δίοθεν denique breviter pro Δίοθεν ἀφωρισμένον, τεταγμένον, dictum fuerit. Hactenus nihil nobis occurrit, quod magnopere offendat. Attamen, ut minus quam vellem huic explicationi tribuam, primum hoc me movet, quod κόναβος et τέλος non satis apte conjunguntur; deinde quod, ut jam antea monitum est, si h. l. Chorus militum suorum in portis hostem oppugnantium mentionem fecisset, fiduciæ potius quam terroris materiam habuisset. Atqui Chorus hic nihil aliud, quam periculi magnitudinem cogitare; nec ulli hominum auxilio confisus ad solum deorum præsidium tanquam ad portum confugere videtur. Quæ cum ita sint, alteram rationem, quæ verba καὶ Δίοθεν—τέλος cum sequentibus ἐν μάχαισί τε conjungit, præferendam puto. Sed de ea ipsum audiamus Heathium disserentem.

" Primo observandum est, Chorum hunc muliebrem inter preces, quas diis patriis pro salute publica fundit, strepitu aliquo ab hostibus appropinquantibus oborto, vel oboriri viso, et ad earum usque aures pertingente, subinde interrumpi ac percelli, unde subito consternatæ, precibus tantisper intermissis, strepitum illum sibi mutuo annuntiant, et deinde deorum invocationes tanto ardentius persequuntur. Ita post Dianam, v. 152. invocatam, strepitum ex curruum tumultu urbi appropinquantium ortum memorant; post Junonem, v. 155. invocatam, stridorem axium sub pondere gementium; post Dianam, iterum, v. 158. invocatam, aëris fremitum ex concussione hastarum, et imbrem lapideum summa etiam propugnacula quassantem; post Apollinem denique, v. 164. invocatum, clamorem hostium per ipsas urbis portas irrumpere nitentium exanimatæ nuntiant. Inde ad preces reversæ in his duobus versibus, et tribus qui sequuntur, Minervæ etiam Oncæ, Thebarum protectricis, opem implorant, extremum scilicet periculum jam urbi impendere autumantes. His igitur præmissis dico versus 165. et 166. parenthesi includi debere; clamorem enim hostium in ipsis urbis portis audiens, aut audire sibi visa Chorus exclamationem istam, precibus interim abruptis, interponit, deinde, ut monui, ad preces revertitur. Ita quæ hic leguntur, Δίοθεν πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος, quæque Minervam designant, per copulam καὶ connectuntur cum v. 160. ὦ φίλ' Ἄπολλον. Post τέλος etiam non periodi nota, sed ὑποστιγμὴ tantum poni debet, ut continua oratione hæc et sequentia conjungantur, sicut copula τε revera connectuntur. Ita autem totum locum vertendum censeo: *O dilecte Apollo (strepitus in portis ære revinctorum clypeorum) et a Jove in bello constituta sancta moderatrix in*

Ἐν μάχαισί τε μάκαιρ'
Ἄνασσ' Ὄγκα πρὸ πόλεως

165. μάκαιρ'] μάχαιρ' Ald. 166. Ὄγκα] Ὄγγα Mosq. 1.

pugnisque beata regina Onca, pro urbe te sistens septem patentem portis sedem protege et libera. Vox τέλος *magistratum*, vel *qui cum imperio est*, significat. Hoc sensu τὰ τέλη numero plurali a Thucydide usurpatur lib. 1. §. 58. ubi vide *Dukerum*; p. 40. et in singulari etiam numero a Poëta nostro infra v. 1033.

Τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει.

Si quis tamen pro Καὶ Διόθεν, rescribere malit Ὦ Διόθεν, me non renitentem habebit."

Hactenus Heathius; cujus quidem sententiam, ut omnino probamus, ita in singulis quibusdam partibus emendandam censemus. Initio enim parenthesi illa, cui v. 161. 162. includit, non delectamur. Melius est et superioribus aptius, post σακέων puncto distinguere. Deinde erravit Heathius, cum verba πρὸ πόλεως vertit, *pro urbe te sistens*; significatur potius *suburbana*. Oncæ enim Minervæ templum ante urbem erat. Denique πολεμόκραντον passivo sensu cepisse videtur Heathius: verum an πολεμόκραντος unquam significare potuerit *in bello constitutus*, valde dubito; ac potius Διόθεν πολεμόκραντον τέλος interpretor *præsidem a Jove*, s. *Jovis numine, bellum perficientem*; h. e. *a Jove ad bella administranda natum et constitutum.* cf. lexic. Æschyleum in Πολεμόκραντος, et Τέλος. Reliquam vero h. e. primariam partem Heathianæ explicationis, qua totum h. l. de Pallade intelligi voluit, non solum, quod ipsis his verbis Minerva, cui curæ fuisse πολεμήϊα ἔργα nemo ignorat, optime et verissime describitur, verum etiam hoc potissimum argumento ducti probamus, quod hic locus ad Heathii sententiam intellectus planissime cum simili loco v. 127. sqq. convenit; ut enim ibi Minerva sic invocabatur: ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος ῥυσίπτολις γενοῦ; ita h. l.

καὶ Διόθεν πολε-
μόκραντον ἁγνὸν τέλος,
ἐν μάχαισί τε μάκαιρ'
ἄνασσ' Ὄγκα πρὸ πόλεως
ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιῤῥύου.

In quibus aperte sensus idem, elocutio, pro Æschylea dicendi ubertate, variata et amplificata. Διόθεν simul fabulosam Minervæ e Jovis cerebro nativitatem innuere potest. ἁγνὸν vero proprium est hujus deæ epitheton, ob castitatem omnium sermone celebratam. Superest, ut lectori totius in quo paulo longius versati sumus carminis versionem perpetuam exhibeamus, ut de universa ejus serie et nexu facilius judicari possit. *Ad quassatas vero propugnaculorum pinnas lapides volant, ô dilecte Apollo; strepitus in portis oritur clypeorum æratorum. Tuque ô casta Jovis numine ad bella perficienda constituta præses, regina Onca suburbana in præliis felix, serva, defende hanc urbem septem portis patentem.*

166. ἄνασσ' Ὄγκα. "Aliqui a vico Bœotiæ Onca nominato dictam volunt. Schol. Pind. Olymp. Od. 2. Ἄγαλμα Παλλάδος ὁ Κάδμος ἱδρύσατο ἐν Ὄγκαις, κώμῃ τῆς Βοιωτίας. Ὀγκαία οὖν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται. Schol. α'. ad h. l. διὸ καὶ ἐκ Φοινίκων κατηγμένος, Ὄγκαν Ἀθηνᾶν παρὰ Θηβαίοις τιμᾶσθαι ἐποίησε. recte; ita veteres. Stephanus: Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶν κατὰ Φοίνικας. Male igitur idem Scholiastes vocem esse Ægyptiam dicit, cum Pausanias ex hoc ipso Deæ nomine Cadmum non Ægyptium, sed Phœnicem fuisse probet. Τοῖς νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα Αἰγύπτιον, καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα, ἔστιν

Ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιῤῥύου.
Ἰὼ παναλκεῖς θεοὶ,
Ἰὼ τέλειοι τέλειαί τε γᾶς
Τᾶσδε πυργοφύλακες,
Πόλιν δορίπονον μὴ προδῶθ'
Ἑτεροφώνῳ στρατῷ.

167. ἐπιῤῥύου] ἐπιρύου Ald. 169. τέλειοι] θεοὶ τέλειοι Mosq. 1. τελείας Rob. 171. δορίπονον] δορύπονον Ald. Rob. Turn. προδῶθ'] προδῶθ' Rob. 174. παν-
οικους
δίκους] πανδίκως sic Mosq. 1. et supra γρ. πανδήμους. πανδίκους Rob. Vict.
....

ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς σωτῆρος τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγκα (vel Ὄγγα, ita enim legendum esse, non Σίγα, monuerunt alii) κατὰ γλῶσσαν τῶν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν." *Stanl.*

πρὸ πόλεως] "Scil. quæ in templo ante urbem colitur. Scholiastes Sophoclis: Δύο ἱερὰ ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυται τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Ὀγκαίας (ita scribendum, non Οἰκαίας), τὸ δὲ Ἰσμηνίας. Pausaniæ ætate tantum ara sub dio, eo ipso loco, quo bos fessa procubuit, et Cadmum, ut urbem conderet, admonuit." *Stanl.*

"Palladi, cujus ope draconem occiderat, quem sacro sibi fonti Mars custodem præfecerat, templum Cadmus exstruxit, sub titulo Ὄγκας, quo nomine Phœnicum lingua Deam appellatam fuisse creditur. Templum hoc extra urbem erat, πρὸ πόλεως, prope portas, quæ ex eo Ὀγκαΐδες, et alio nomine Ὠγυγίαι dictæ. Idcirco dea ἀγχίπτολις, πύλαισι γείτων invocatur infra v. 503. Extat in illud vetus epigramma:

Ὄγκας νηὸς ὅδ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς, ὅν ποτε Κάδμος
Εἵσατο, βοῦν θ' ἱέρευσεν, ὅτ' ἔκτισεν ἄστυ τὸ Θήβας."

Hactenus *Brunckius.*

168. παναλκεῖς θεοὶ, *prepotentes, omnipotentes dii.*

169, 170. τέλειοι — πυργοφύλακες, *sancti sanctæque hujus urbis ac regionis turrium custodes.*

171. πόλιν δορίπονον μὴ προδῶθ'. *Nolite urbem bello laborantem, belli discrimine afflictam, prodere.*

172. ἑτεροφώνῳ στρατῷ. "Argivi et Thebani Græca utrique lingua, diversa tamen dialecto loquebantur, Argivi scilicet Dorica, Thebani Bœotico—Æolica. Hoc satis causæ erat, quare Argivorum exercitum ἑτερόφωνον στρατὸν appellaret Chorus, præsertim si reputemus verisimiliter supponi, virgines, e quibus constabat, nunquam cum iis fuisse collocutas, adeoque metu perculsas, diversitatem illam majorem, quam revera fuit, credere potuisse. Pauwiana explicandi ratio, juxta quam ita appellantur, quia alias partes secuti aliam de rebus in controversia positis sententiam fovebant, ac proinde alia plane et a Thebanis diversa loquebantur, nimis longe petita est, et a sensu communi remotior, quam ut admitti mereatur. Id scilicet puellis simplicibus in patriæ excidio curæ erat, ne ab iis everteretur, qui alia ac ipsæ de Eteoclis et Polynicis in regnum Thebanum jure sentirent. Abstrusiores

Κλύετε παρθένων,
Κλύετε πανδίκως
Χειροτόνους λιτὰς,
Ἰὼ φίλοι δαίμονες,
Λυτήριοι ἀμφιβάντες πόλιν,
Δείξαθ' ὡς φιλοπόλιες,
Μέλεσθ' ἱερῶν δημίων,
Μελόμενοι δ' ἀρήξατε·
Φιλοθύτων δέ τοι
Πόλεως ὀργίων
Μνήστορες ἔστε μοι.

178. φιλοπόλιες] φιλόπολις Ald. 179. μέλεσθ'] μέλεσθ' δ' Mosq. 1. Rob. 183. ἔστε] Sic scribendum recte censuit Steph. ut sit imperativus, vulgo: ἐστέ μοι, indicativa forma.

paulo sententias interdum promere poëtam nostrum fateor; idem tamen naturæ morumque veritatem ut plurimum accurate sequitur." *Heath.*

173—175. κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκως χειροτόνους λιτάς. *Audite virginum, audite ut æquum est, supplices preces.*

176. sqq. ἰὼ—φιλοπόλιες. *Heu cara numina, quæ urbem servatis et tuemini, nunc demonstrate, quam sitis civitatis amantes.*

179. sq. μέλεσθ'—ἀρήξατε *curate sacra publica, curantes autem opem ferte;* nisi forte melius est μέλεσθε indicativi sensu interpretari: *Curæ vobis sunt utique sacra publica; cum igitur vobis curæ sint, succurrite iis, ne intereant.* Imo forte rectissimum fuerit, sublato commate post φιλοπόλιες, id adjectivum una cum præposita particula ὡς ad sequentia μέλεσθ' ἱερῶν δημίων referre: *Ostendite vobis civitatis hujus amantibus curæ esse sacra publica, cumque vobis curæ sint, auxilio vestro ea protegite;* ita ut ὡς φιλοπόλιες sic idem ac ὅτι φιλοπόλιες ὄντες. Sic saltem optime inter se conjungantur δείξαθ'—ἀρήξατε.

181—183. φιλοθύτων—μνήστορες ἔστε μοι. (In Aldina jam recte scriptum μνήστορες ἔστε μοι, ut ἔστε sit imperativus; Turnebus vero dedit μνήστορές ἐστέ μοι, ita enim ex ratione inclinationis toni, si ἐστε præsens esset, scribendum erat pro μνήστορες ἐστὲ μοὶ, cum encliticum præsens ἐστὲ accentum suum in μνήστορες, et μοὶ in ultimam verbi ἐστε rejiciat. Quia vero ἔστε hic imperativus est, sine dubio scribendum μνήστορες ἔστε μοι.) *Et urbis igitur cæremoniarum sacrificia frequentantium memores nobis estote.* Hæc verba facillime de omnibus omnium deorum sacris capiuntur, ut iis insit ἐπεξήγησις et repetitio sententiæ antecedentis; quamquam præcipue Bacchi sacra Thebis a Cadmo instituta, quorum aliquoties mentionem facit Chorus in Euripidis Phœnissis, hic spectari possunt. Ὄργια φιλόθυτα sunt, in quibus multæ hostiæ mactantur, quæ rite non fiunt absque multis sacrificiis. Id autem adjiciebant, ut eo magis deos moverent, quos sacrificiis delectari haud ignorabant. Cf. v. 77. φιλόθυτος hic eodem modo dicitur, ut φιλόσπονδος Choëph. 289.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Ἐτ. ΥΜΑΣ ἐρωτῶ, θρέμματ' οὐκ ἀνασχετὰ,
Ἦ ταῦτ' ἄριστα καὶ πόλει σωτήρια,
Στρατῷ τε θάρσος τῷδε πυργηρουμένῳ,
Βρέτη πεσούσας πρὸς πολισσούχων θεῶν,
Αὔειν, λακάζειν, σωφρόνων μισήματα;
Μήτ' ἐν κακοῖσι, μήτ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ,
Ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείῳ γένει.
Κρατοῦσα μὲν γὰρ, οὐχ ὁμιλητὸν θράσος,
Δείσασα δ' οἴκῳ καὶ πόλει πλέον κακόν.

186. θάρσος] θράσος Ald. Rob. Turn. 187. πολισσούχων] πολισούχων Rob. 188. αὔειν] ἀΰειν Rob. λακάζειν] λακίζειν Mosq. 2. 192. οἴκῳ] ἤκω mendose Ald.

IN SCENAM IV.

v. 184—288.

Accurrit Eteocles mulierum trepidatione valde offensus, earumque lamentationes, veritus ne in timorem conjiciant milites, probris, objurgatione, minis coërcet. Prima ejus oratio vehementissima est, et irarum plenissima; post colloquium cum Choro exorsus mitigatur paulatim ac defervescit, donec tandem animo earum confirmato, sponsioneque servandæ tranquillitatis accepta, placatus, quid eas facere velit, quidque ipse jam peracturus sit exponit.

184. θρέμματ' οὐκ ἀνασχετὰ probrum a summa indignatione expressum; ut nostri dicerent: *ihr unausstehliches Gezücht, ihr unerträgliches Volk.*

185. ἦ ταῦτ'—πυργηρουμένῳ. *Quæro ex vobis, an hæc optima et civitati conducibilia sint, exercituique huic obsesso animum augere possint.* ἄριστα sarcasmus. Ipse enim pessimum arbitrabatur, chorum sic trepidare, discurrere, et lamentatione ac planctu urbis vicos complere. Post θάρσος supplendum ἐστί· θάρσος ἐστὶ i. q. *affert fiduciam*, ut apud Homerum, τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. Iliad. ί. 602.

187. sq. βρέτη—σωφρόνων μισήματα. *Quod sic ad simulacra deorum urbis præsidum provolutæ clamatis, tumultuamini sapientibus odiosissima natio!* Qui aures habuerit paululum teretes, eum ipsa irati dicti sonus et pronuntiatio admonebit, σωφρόνων μισήματα non ad *rem* pertinere, q. d. *quæ sunt sapientibus odiosa*, sed in personas mulierum conjici probrum vocativo elatum, simile illi θρέμματ' οὐκ ἀνασχετὰ, quod vernaculo sermone sic efferretur; *ihr Scheusale der Verständigen!*

189. sqq. Jam regem ira movet, ut a propriis Chori personis orationem ad communem sexus muliebris aversationem abducat. μήτ' ἐν κακοῖσι—κακόν. *Utinam nec in malis nec in prosperis rebus ullum esset mihi cum sexu muliebri commercium. Si enim rerum potitur, superbia non ferenda est; si vero timet, familiæ et civitati majus malum affert.* κρατοῦσα et δείσασα nominativos absolutos esse, recte intellexit anonymus Anglus apud

Καὶ νῦν πολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς
Θεῖσαι, διεῤῥοθήσατ' ἄψυχον κάκην·
Τὰ τῶν θύραθεν δ' ὡς ἄριστ' ὀφέλλετε·
Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα.
Τοιαῦτα δ' ἂν γυναιξὶ συνναίων ἔχοις.
Κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται
Ἀνὴρ, γυνή τε χὤ τι τῶν μεταίχμιον,

193. φυγὰς] βοὰς Rob. 194. διεῤῥοθήσατ'] διεῤῥήσατ' Rob. mendose. 195. ὀφέλλετε] Steph. affert. e cod. lectionem ὀφέλλεται. 196. αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν] αὐτοὶ δ' ὑπ' αὐτῶν Victor. 197. τοιαῦτα δ' ἂν] τοιαῦτ' ἂν Ald. Mosq. 1. ἔχοις] ἔχεις Mosq. 1. 198. ἀκούσεται] In hujus vocabuli locum in Rob. male e sequenti versu irrepsit μεταίχμιον. 199. μεταίχμιον] Inepta est Pauwii correctio μετ' ἀκμαῖον.

Burtonum. Ideoque Brunckius etiam veriorem interpunctionem adhibuit. κρατεῖν sic dicitur, ut nostris: *oben drauf seyn; res suas prospere agere, nihil habere quod timeas.* οὐχ ὁμιλητὸν θράσος, *so ist es bei ihrem Uebermuth nicht auszuhalten.* δείσασα, οἴκῳ καὶ πόλει πλέον κακὸν, *si vero in periculis versantur, nimio timore seu domestica seu publica mala nimium quantum augent.* Hic non possum, quin cum Megadoro illo Plautino exclamem:

Ut matronarum hic facta pernovit
probe!

193. sqq. καὶ νῦν—πορθούμεθα. *Et jam trepidis his vestris discursationibus tantam civibus ignaviam excitastis; resque hostium quantum fieri potest augetis; nosque ideo intus a nobis ipsis debellamur.* πολίταις cum διεῤῥοθήσατε (MS. Guelf. legit διερεθίσατ', scholio superscripto ἐνεβάλλετε) construendum; et incisum est τάσδε διαδρόμους φυγὰς θεῖσαι. φυγαὶ διάδρομοι, quod h. l. perquam apte pluraliter elatum est, *fugam* significant, *quæ ut aliquis huc illuc cursitet ac trepidet facit.* θεῖσαι φυγὰς sunt *cursus instituentes, currentes.* διαῤῥοθεῖν, *rumores serere,* h. l. quia cum dativo personæ et accusativo rei construitur, est *tumultuose alicui aliquid ingerere.* ἄψυχος κάκη est ignavia s. timiditas, quæ animum frangit, aut, ut ait ille, sapientiam expectorat. οἱ θύραθεν apte dicuntur *hostes obsidentes,* et civibus urbe inclusis, τοῖς ἔνδοθεν, opponuntur. πορθούμεθα graviter dictum: *wir reiben uns einander selbst auf.*

197. Iterum ad communem sexus muliebris reprehensionem redit. Hoc scilicet iratis hominibus proprium est, ut fervore animi abrepti, sæpius eodem, unde digressi erant, oratione revertantur. τοιαῦτα—ἔχεις. *Dans hat man nun davon, wenn man mit Weibern leben muss.*

198. κεἰ μή τις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται. καὶ h. l. adversative ponitur: q. d. *Nun, nun,* vel: *aber wenn sich nur einer untersteht, meinem Befehle nicht zu folgen.*

199. ἀνὴρ, γυνή τε χὤ τι τῶν μεταίχμιον. Dubium non est, quin hæc locutio ex animi fervore, quo profertur, spectanda, neque adeo vel interpretatione nimis premenda, vel, quod Pauwius facere ausus est, correctione sollicitanda sit. Habet hoc ira, ut interdum aut hyperbolis utatur insolentioribus, aut subabsurda quædam eloquatur. Sic Eteocles, cum dicturus esset, neminem plane, qui non sit in obsequio

Ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται,
Λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον.
Μέλει γὰρ ἀνδρί, μὴ γυνὴ βουλευέτω
Τἄξωθεν· ἔνδον δ' οὖσα μὴ βλάβην τίθει.
Ἤκουσας, ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῇ λέγω;
Χο. Ὦ φίλος Οἰδίπου τέκος ἔδεισ' ἀκού- στρ. α'.

200. ὀλεθρία] Steph. citat e cod. ὀλέθρια. βουλεύσεται] Stanl. conj. βαλέεσεται. Vid. Commentar. ad h. l. 205. ἀκούσασα] εἰσακούσασα Viteb.

mansurus, pœna liberum futurum, id ira incensus sic effert: *seu vir, seu mulier sit, aut si quid inter utrumque intermedium.* Nostri dicerent: *es sey Mann oder Weib, oder wer es nur seyn mag.*

200. ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθρία βουλεύσεται. *Calculus perniciosus adversus eos sententiam feret;* h. e. *judicio capitali suffragiis latis condemnabuntur.* De more Græcorum, calculis in urnam conjectis suffragia in comitiis et judiciis declarandi, dicere nihil necesse est; qui ritus cum vel tironibus notus sit, nec verba quicquam difficultatis habeant, mirum profecto est Stephanum hic tricari potuisse. Nec opus est Stanleiano βαλέεσεται, pro βουλεύσεται. βουλεύεσθαι κατά τινος, *deliberare contra aliquem,* bene dicitur de suffragiis in causa capitali; quæ antequam omnia perlata et numerata sint, deliberationem potius, quam judicium agunt. Quid quod βουλεύειν et βουλεύεσθαι a propria *deliberandi* ad vicinam *decernendi* significationem facillime deflectitur.

201. λευστῆρα—φύγῃ (φύγει MS. Guelf.) μόρον. *Nequaquam vero publicam lapidationis pœnam effugiet.* Eadem pœna his verbis denuntiatur apud Sophocl. in Antigone:

ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ
Φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.

(" Hesychius λευστῆρα, φονία λίθοις ἀναιροῦντα. Supplicium frequens apud veteres Græcos. Parthenius Eroticis προθυρίψαντο (Achilles) τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν κόρην. Dein e poëta innominato profert:

— — οἱ μὲν ἔπειφνον
Πανσυδίῃ θαμινῇσιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν.

Sophocles Ajace λιθόλευστον Ἄρην vocat." *Stanl.*)

202. μέλει γὰρ ἀνδρὶ scil. τἄξωθεν, *publica* h. e. *forensia et bellica negotia ad viros pertinent.* μὴ γυνὴ βουλευέτω τἄξωθεν, *mulier vero a publicorum negotiorum cura abstineat.* Nempe τἄξωθεν nominativo casu quidem ad μέλει pertinet; tacite tamen ad βουλευέτω repetendum. Et omnino hæc verborum collatio, μέλει γὰρ ἀνδρί, μὴ γυνὴ βουλευέτω, τἄξωθεν, impetu animi concitatior est.

203. ἔνδον δ' οὖσα μὴ βλάβην τίθει, *si vero domo se contineat,* ac domestica curet, *nihil damni importat.*

204. ἤκουσας, ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῇ λέγω; In hac quoque locutione irati animi ebullitio facile agnoscitur. Nam si lentius ista diceret, non adderet ἢ κωφῇ λέγω, quod quodammodo jam in altera disjunctionis parte ἢ οὐκ ἤκουσας latere certum est. Sic hic logicorum ἀκρίβεια opus esset, in promtu foret rescribere ἢ κωφῇ λέγω; ut non novum disjunctionis membrum, sed nova quæstio fieret. At sic inciderentur nervi orationis ira inflammatæ, quam profecto decebat hæc ita enuntiare: *Audistis, an non audistis, an cum surdis loquor?*

205. Μετ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον

σασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὅτε
Σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι, ἱππι-
κῶν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διὰ στόμα,

206. ὄτοβον] Bis positum ὄττοβον Ald. Turn. Vict. semel ὄττοβον Rob. ὅτι] ὅτι Ald. ὅτι τε Rob. Turn. Vict. 207. σύριγγες] σύριγγας Ald. 208. διὰ στόμα] Pauw. conj. διάστομα. cf. quæ diximus in Comm. ad h. l.

ὄτοβον, *cohorruimus curruum strepitu audito*. cf. v. 151.

207. ὅτε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι, *cum modioli rotas circumagentes stridebant*. σύριγξ i. q. χνόη fistula s. modiolus rotæ, (*die Nabe*) quæ circa axem vertitur, ipsamque rotæ curvaturam, (*die Felgen*) quacum per radios cohæret, circumagit.

208. sq. ἱππικῶν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διὰ στόμα, πυριγενετᾶν χαλινῶν. Hic locus quoniam ad sensum quidem facilis, ad elocutionem vero subdifficilis, et fortasse leviter corruptus est, primum quomodo, si nihil eum a librariis vitii contraxisse putemus, interpretandus sit, deinde qua ratione eum emendandum esse suspicemur, explicabimus. Nimirum ut nunc legitur, genitivi ἱππικῶν ἀΰπνων πηδαλίων et πυριγενετᾶν χαλινῶν vel ab ἀκούσασα, quod Heathio videbatur, vel quod æque bene fieri posse crediderim, ab ὄτοβον reguntur. Si prius, verborum consecutio hæc est : ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ἀκούσασά τε πηδαλίων etc. In quo tamen, etiamsi non offendamur constructionis immutatione (quoniam audiendi verba utrumque casum, genitivum et accusativum adsumere constat) (Cl. Brunckius ipse huic sententiæ favens attulit similis constructionis exemplum ex Anacreonteis :

λυρικῆς ἄκουε μούσης
φιλοπαίγμονός τε Βάκχου
ἐτεροπνόους ἐναύλους.)

ambiguitas quædam et perplexitas in collocatione verborum molesta est, propterea quod particula τε post ἱππικῶν inducit auditorem, ut hæc verba, quæ sequuntur, cum proxime antecedentibus σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι vincienda putet, quem quidem errorem postea, cum ad postrema pervenerit, sero intellectum revocare cogitur. Talem vero verborum structuram vitiosam et incommodam esse nemo non concedit. Iisdem vero incommodis altera ratio premitur, si genitivos πηδαλίων etc. a substantivi ὄτοβον regimine pendere dicamus, quasi poëta sic scripserit: ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὄτοβόν τε πηδαλίων est. Ne sic quidem huic periodo intricatæ atque impeditæ verborum collocationis macula abstergebitur. Quare nobis ita potius videtur Æschylus scripsisse :

ὅτε
σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι ἱππι-
κῶν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διαστόμια
πυριγενετᾶν χαλινῶν.

Διαστόμια nimirum significarent ferream frenorum partem, quæ ipsi equorum ori inditur. Ea alias simpliciter στόμια, alias ὑποστόμαι appellantur. Luculentus est locus in Pollucis onomastico : τοῦ δὲ χαλινοῦ τὰ σιδήρια, ὑποστόμια. καὶ τῶν μὲν ὑποστομίων τὰ μὲν κοῖλα ἐχῖνοι· τὰ δὲ περιφερῆ καὶ τρέχοντα, τροχοί, τὰ δὲ στιφρὰ καὶ πρεμήκη καὶ ἀλλήλοις ἀντεμπλεκόμενα ἐν ἁλύσεως εἴδει δακτύλιοι καὶ δάκτυλοι. Hic diserte Pollux ὑποστόμια tanquam partem a toto χαλινῷ discernit. Est autem ea pars freni, quam nos *die Stange* appellamus. Hujus deinde tres formas enumerat Pollux, ἐχίνους, τροχοὺς et δακτυλίους. Jam ὑποστόμια recte a Nostro διαστόμια appellari potuisse, nemo, ut opinor, dubitabit, etiamsi hoc vocabulum alibi non occurrat. Quod si

Πυριγενετᾶν χαλινῶν.
'Ετ. Τί οὖν, ὁ ναύτης ἆρά γ' ἐς πρῶραν φυγὼν

209. πυριγενετᾶν] πυριγενέται Ald. Turn. πυριγενετῶν Rob. 210. ἆρά γ' ἐς] ἆρά μ' ἐς Ald. Rob.

nobis detur, omnia facile expedientur. Sic enim primum ambiguitate constructionis plane sublata, σύριγγες et διαστόμια commode per copulam τε vinciuntur. Utrisque etiam bene tribuitur κλάγγειν. Porro διαστόμια χαλινῶν, ut apud Pollucem ὑποστόμια χαλινῶν. Ornatus vero poëtici causa antequam proprio nomine χαλινῶν diceret, eosdem hac metaphora descripsit ἱππικῶν ἀΰπνων πηδαλίων. Πηδάλιον, *gubernaculum*, hoc loco transfertur ad frena equorum, ut omnino rem equestrem et nauticam frequenter comparant. Sic Euripidis Hippolytus, (v. 1221. ubi conf. doctiss. Valckenaer. p. 295.) *habenas retro trahere* dicitur, ut *remos nauta*,

ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν
Ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνήρ·

ejusdem *manus habenas dirigens* appellatur ναύκληρος χεὶρ, v. 1224. *frena* vero οἴακες, v. 1227. plane ut a Nostro πηδάλια nominantur. Quod autem Æschylus addidit ἱππικῶν, id perspicuitatis causa fecit, ut statim auditorem moneret, non de gubernaculis proprie sic dictis, sed de equestribus capiendum esse vocabulum. ἀΰπνων ornate pro frenis, quæ semper moventur, modo attrahuntur, modo laxantur. πυριγενετᾶν vero χαλινῶν, ut στόμια πυριγενῆ apud Euripidem. Hippol. v. 1223. Jam universum hunc locum ita Germanice quidem reddi velim: *O theurer Sohn des Œdipus, ich erschrak über der Streitwagen krachendes Getöse, denn es klirrten die radumwälzenden Naben, es klirrten die Stangen der rastlos die Rosse steuernden feuergeschmiedeten Zügel.* Cujus quidem emendationis veritas hoc etiam argumento evincitur, quod hoc modo ἁρματόκτυπος ὄτοβος generalis imaginis instar est, quæ deinde in duas quasi formas dissolvitur. ἁρματόκτυπος ὄτοβος enim partim a stridore rotarum, partim a stridore frenorum (*der eisernen Stangen im Gebiss der Pferde*) oriebatur. Pauwiana emendatio διάστομα, *ori inhærentia*, difficultatem non tollit. Si quis vero διὰ στόμα pertinacius defendat, ei auctor sim, ut saltem ita rescribat:

ἱππικόν τ' ἀΰπνων πηδαλίων διὰ στόμα.

Ita enim et genitivorum nimis hic frequenter concurrentium numerus minuatur, et διὰ στόμα epitheto suo definiatur, et omnino tota dictio propius ad similitudinem versiculi v. 122. accedat, ubi διάδετοι γενύων ἱππίων χαλινοὶ occurrebant. διὰ στόμα vero pro ἐν στόματι, ut v. 51. et ἱππικὸν στόμα, ut ἱππικοὶ πλεύμονες v. 61.

210. τί οὖν, ὁ ναύτης. Commode hoc poëta instituit, ut Eteocles occasione translationis e re nautica petitæ, quæ inerat in vocabulo πηδαλίων, aliam arripiat haustam ex eodem fonte comparationem. Sensus: *Quid ergo? Num nauta, cum navis fluctibus laborat, hac in re salutis præsidium inveniat, ut e puppi*, ubi gubernacula potius regere debebat, *in proram confugiat*, deorum scilicet simulacra ibi veneraturus? Nimirum in prora navium erat παράσημον, quod ubi dei cujusdam figuram referebat, a nautis adorabatur. Romani *tutelam* quæ in puppi erat, ab *insigni*, quod in prora poni solebat, discernebant. Hoc discrimen Græci ignorant. (Optime post Salmasium ad Solin. p. 403. et Schefferum de militia navali iii. 1. p. 372. sqq. hanc causam tractavit doctiss. *Enschede*, in diss. *de tutelis et insignibus navium*, cujus summam dabimus in lexic. Æschyleo voc. Πρῶρα.) Pluribus ad intelligendum h. l. præsertim cum sua se ipsum luce collustret, opus non est; nec Stan-

Πρύμνηθεν, εὗρε μηχανὴν σωτηρίας,
Νεὼς καμούσης ποντίῳ πρὸς κύματι;
Χο. Ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρ- ἀντ. α΄.
χαῖα βρέτη, πίσυνος θεοῖς, νιφάδος ὅτ' ὀ-
λοᾶς νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις, δὴ τότ'
Ἤρθην φόβῳ πρὸς μακάρων λιτὰς, πόλεως
Ἵν' ὑπερέχοιεν ἀλκάν.
Ετ. Πύργον στέγειν εὔχεσθε πολέμιον δόρυ;
Χο. Οὔκουν τάδ' ἔσται πρὸς θεῶν.
Ετ. Ἀλλ' οὖν θεοὺς

212. πρὸς κύματι] ἐν κύματι Viteb. ex interpretatione ortum. 215. ὀλοᾶς νιφομένας] Ita Codd. Regg. ὀλοὰς νιφομένης Ald. Rob. ὀλοᾶς νιφομένης Turn. Vict. 218. στέγειν] στέργειν Mosq. 2. πολέμιον] Sic cod. Regg. Mosq. 1. πολεμίων Ald. 219. ἀλλ' οὖν] ἀλλ' ἴσως Rob.

leii longam de ea re disputationem, præsertim cum multa, quæ ab h. l. aliena sunt, contineat, hic ut exscriberem a me impetrare potui.

213. sqq. Ἀλλ'—ἀλκάν. *At nos deorum numine fretæ ad eorum antiqua simulacra accurrimus, cum perniciosæ tempestatis ingruentis strepitus in portis oriretur, tum igitur metu conversæ sumus ad supplicationem, rogaturæ deos, ut hanc urbem auxilio suo protegant.* Magna in horum verborum ordine ac delectu animorum perturbatio, magna quoque in hac deorum mentione ter injecta, ἐπὶ δαιμόνων—πίσυνος θεοῖς—πρὸς μακάρων λιτὰς, mulierum religio cernitur. νιφὰς proprie nix confertim cadens, *Schneegestöber*, h. l. transfertur ad saxorum multitudinem, quibus turres et pinnæ murorum ab hostibus percutiebantur; i. q. supra proprio vocabulo λιθὰς enuntiatum reperimus v. 159.

218. πύργον στέγειν εὔχεσθε πολέμιον δόρυ; Interrogative hæc enuntiata significant: *Quid? num optatis ut turres nostræ hostium arma et impetum sustineant?* Tumque Chorus affirmative respondet: οὔκουν τάδ' ἔσται πρὸς θεῶν. *Utique ergo hæc penes deos erunt.* Fortasse tamen rectius fuerit, post δόρυ puncto, post θεῶν vero interrogandi signo distinguere; ita ut Eteocles hoc dicat: *At vos potius precamini, ut turres hostium impetum sustineant.* Nempe ut, εὔχεσθε imperativus sit, q. d. *Quid aitis? Vos deos rogare, ut ipsi urbem defendant? Quin potius precamini, ut turres nostræ satis firmæ ac validæ sint ad propulsandum hostium impetum?* tumque Chorus respondeat: *Nonne igitur hæc penes deos sunt?* στέγειν πολέμιον δόρυ vel est *sustinere*, vel *propulsare*, i. q. ἀποστέγειν v. 236.

219, 220. ἀλλ' οὖν—λόγος, *atqui vero deos ferunt capta urbe excedere!* Sed h. l. me parum delectat articulus τοὺς ad sequentis versiculi initium rejectus. Quid? si putemus Æschylum scripsisse:

ἀλλ' οὖν θεοὺς
αὐτοὺς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος,

ut hæc sit regis sententia: *Atqui deos ipsos ajunt capta urbe excedere;* vel, ut idem latine declaremus: *Vos quidem hæc a diis pendere dicitis, at nisi cavetis, ne tumultu vestro ac trepidatione cives ad defen-*

Τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος.
Χο. Μήποτ' ἐμὸν κατ' αἰῶνα λίποι θεῶν στρ. β'.
Ἅδε πανήγυρις, μηδ' εἰσίδοιμι τάνδ' ἔ
Ἀστυδρομουμέναν πόλιν, καὶ στράτευμ'
Ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ.
Ἐτ. Μή μοι θεοὺς καλοῦσα βουλεύου κακῶς·

222. εἰσίδοιμι] ἐπίδοιμι Ald. Turn. Vict. εἰσίδοιμι reposuit Brunck. ut metrum antithetica conveniret. Ita v. 222. et 229. sunt asynarteti ex dochmaico et dimetro iamb. brachyc. 223. ἀστυδρομουμέναν] ἀστυδρουμένην vitiose Ald. ἀστυδρομουμένην Turn. 225. κακῶς] δειλῶς Mosq. 2.

dendam urbem languescant, vestræ sane preces nihil profuerint; captam enim urbem ipsos quoque deos deserere ferunt. Notum est veterum commentum, Troja expugnata visos esse deos simulacra sua auferentes. Cf. Schol. ad h. l. Stanleius ad partes vocavit Euripid. Troad. ubi Neptunus ait:

Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον, βωμούς τ' ἐμούς,
Ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

item Virgil. Æn. ii.

Excessere omnes adytis, arisque relictis
Dî, quibus imperium hoc steterat.

221. sq. *Μήποτ'—πανήγυρις, Ne unquam mea ætate hæc deorum societas urbem deserat.* *Ἅδε* dicitur, quia in conspectu erant deorum simulacra.

222. sqq. *μηδ' εἰσίδοιμι—ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ.* Vulgo participium *ἀστυδρομουμένην* vertitur *percursam*, et in indice Burtoniano denotare dicitur urbis statum, *quando trepidant et circumcursitant cives.* Quod h. l. tamen admitti nequit, quia sic incommodus oriretur pleonasmus. *ἀστυδρομεῖται πόλις* igitur hoc potius significat: *ad arcem urbis fit hostium concursus atque oppugnatio. Ne umquam,* Chorus inquit, *videam arcem urbis ab hostibus oppugnari.* Nisi forte *ἀστυδρομεῖν πόλιν* simpliciter sic dicitur ut *πολιορκεῖν πόλιν. καὶ στράτευμ' ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ* Stanleius vertit: *et castra accensa igne hostili?* At *στράτευμα* an unquam *castra* significet, dubito; et si id fieri posse concedam, tamen ab hoc loco alienum est. Castra enim non erant obsessorum civium, sed hostium potius urbem cingentium. Itaque *στράτευμα de exercitu hostili* intelligendum et *ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ* est *aggredientem s. grassantem infesto igne.* Si quis tamen *ἁπτόμενον* passivo sensu pro incensum accipere maluerit, non equidem valde repugnabo, modo idem *στράτευμα* aut *milites Thebanorum* aut *omnem omnino populum Thebanum* significare statuat; sicut alibi *στρατὸς* de populo dicitur. Quamquam si quis hanc rationem initurus sit, auctor ei fuerim, ut vulgatæ *ἁπτόμενον* præferat lectionem a Scholiasta memoratam, satis ut opinor antiquam, *τυφόμενον.* id enim h. l., ubi non de ædificiis, sed de vivis hominibus sermo est, aptius fuerit. Cf. lexic. Æschyl. voc. *Τύφω.* Germanice h. l. ita convertere liceat: *und ó dass ich nie die Veste dieser Stadt gestürmet, nie ihr Volk von des feindlichen Feuers Rauchdampf geängstigt sähe!*

225. *μή μοι—κακῶς. Vide ne deos invocando male nobis consulas;* h. e. *non omnino quidem deorum venerationem improbo, at cave ne nimium precibus et lamentationi indulgens in timorem milites*

Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
Μήτηρ, γυνή, σωτῆρος· ὧδ' ἔχει λόγος.
Χο. Ἔστι· θεοῦ δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα. ἀντ. β'.
Πολλάκι δ' ἐν κακοῖσι τὰν ἀμήχανον

227. γυνὴ, σωτῆρος] γυνὴ σωτῆρος, Turn. Vict. Stanl. conj. σωτήριος. Sed optime h. l. interpunxit Brunck. præeunte cod. Reg. B. ut γυνὴ sit vocativus, et ad chorum pertineat; σωτῆρος autem enallage generis non infrequenti cum εὐπραξίας construatur. 228. ἔστι] Nullum distinctionis signum Ald. Turn. δ' ἔτ'] δ' ἔστιν Turn. δέ τ' Vict. 229. τὰν] Canter sine causa idonea conj. τὸν, quod legitur ap. Marcellin. de vita Thucyd. ubi h. l. citat; et ab Heathio probatur. Pro κακοῖσι in Mosq. 2. est κακοῖσιν.

nostros conjicias, adeoque temere atque inconsulto civitatem perdas. Cf. v. 238. sqq.

226, 227. πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ, γυνὴ, σωτῆρος. Ante *Brunckium* V. D. jam Abreschius viderat, σωτῆρος non substantivi sed adjectivi loco positum et cum εὐπραξίας construendum esse. At ne quis cum Stanleio structura masculini σωτῆρος cum feminino εὐπραξίας offendatur, ideoque σωτήριος substituendum censeat, multa locorum exempla in medium protulit, in quibus non modo masculina, sed et sequioris sexus nomina adjectivorum instar adjunguntur cujuscunque generis substantivis. Æschyl. Pers. 943. πόλεως γέννας πενθητῆρος, et Eumen. v. 186. δίκαι καρανιστῆρες. Agam. v. 673. et Soph. Œd. Tyr. v. 80. τύχη σωτήρ. Idem in Antig. v. 1086. λωβητῆρες Ἐρίννυς. Adde ex hujus, in qua versamur, tragœdiæ v. 128. παιδολέτωρ Ἔρις. Satis igitur declaravit Abreschius, σωτῆρος cum εὐπραξίας bene coire. Non tamen æque bene difficultatem in vocabulo γυνὴ latentem expedivit. Primus autem omnium Brunckius vidit, γυνὴ non nominativum sed vocativum esse, et ad Chorum pertinere; hoc nimirum verborum ordine: πειθαρχία γὰρ, ὦ γυνὴ, ἐστὶ μήτηρ τῆς σωτῆρος εὐπραξίας. Ut enim Chorus ipse de se loquens, plerumque singulari numero utitur, sic h. l. cum Eteocles tanquam singularem personam compellat. Simile exemplum V. D. excitavit e Sophocl. Œdip. Tyr. v. 1111. ubi Chorum compellans Œdipus vocativo πρέσβυ utitur, quod librariis et editoribus parum intellectum diversimode vexatum fuit. Ad sententiam vero idem post alios opportune comparari jussit Sophocleum illud Antig. v. 672. sqq.

Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
Αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
Οἴκους τίθησιν· ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς
Τροπὰς καταῤῥήγνυσι. τῶν δ' ὀρθουμένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

227. ὧδ' ἔχει λόγος, *habes meam sententiam, s. hoc igitur tibi dictum sit.*

228. ἔστι scil. μέν. Repetit enim Chorus affirmandi causa illud ἐστὶ in Eteoclis verbis πειθαρχία γάρ ἐστι etc. Quæ quidem interpunctio hic unice vera est; quamquam Aldinæ editionis ratio ἐστὶ θεοῦ δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα sensu non caret.

θεοῦ δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα. *Quamquam tibi concedimus, obedientiam erga magistratum prosperitatis matrem esse, deorum tamen vis ac potentia multo superior est.*

229. sqq. πολλάκι—ὀρθοῖ. Pulcherrimam allegoriam sic intelligo: *Ac sæpe in malis rebus* deorum potentia ne-

Ἐκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων
Κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ.
Ετ. Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶ, σφάγια καὶ χρηστήρια
Θεοῖσιν ἔρδειν, πολεμίων πειρωμένων·
Σὸν δ' αὖ τὸ σιγᾷν, καὶ μένειν ἔσω δόμων.
Χο. Διὰ θεῶν πόλιν νεμόμεθ' ἀδάματον, στρ. γ'.
Δυσμενέων δ' ὄχλον πύργος ἀποστέγει.
Τίς τάδε νέμεσις στυγεῖ; ς

230. ἐκ χαλεπᾶς] κἀκ χαλεπᾶς Rob. Viteb. Suspicor poëtam scripsisse παγχαλεπᾶς. ὕπερθ'] Heathius ex Marcellino l. l. legendum censet ὑπὲρ τ'. 232. ἐστὶ] ἔχει Rob. 234. ἔσω] εἴσω Rob. Vict. ἔσω dedit Brunck. e codd. Regg. cf. not. ad Prometh. v. 478. sic et Mosq. 1. 236. ἀποστέγει] ἀποστέγη Ald. ἀποστέγει Mosq. 2. 237. τίς τάδε] τί τάδε omnes ante Brunckium, qui, ut versus antistrophico responderet, Heathio monente rescripsit τίς τάδε.

bem oculis impendentem, gravi calamitate ineluctabilem erigit.

Quam ornate igitur extulit id, quod propriis verbis sic dicendum fuisset: *Deorum potentia sæpenumero gravissimam calamitatem, quæ proxime jam instabat et urgebat, avertit.* ἀμήχανος ἐκ χαλεπᾶς δύας νεφέλα, *nubes tanto tamque difficili calamitatis onere ac pondere premens, ut viribus humanis nec dirigi, nec averti possit.* Qui illud ἐκ χαλεπᾶς δύας, quod cum ἀμήχανον construere debebant ad sequens participium κρημναμέναν traxerunt, hi quid allegoriæ veritas postularet, non viderunt; fefellit autem eos, quod ἐκ præpositionem hic *locum* denotare existimaverunt, quæ potius *causam* designat; et ἀμήχανος ἐκ χαλεπᾶς δύας est nubes, quæ *propter* difficilem qua oneratur calamitatem depelli non potest. ὀρθοῖ, *erigit, summovet* nubem in cœlum, quæ antea oculis quam proxime impendebat, præsentemque tempestatem minabatur, ne quid porro extimescendum sit. Germanice sic eloquamur sententiam : *Dennoch ist der Götter Macht noch weit erhabner ; und oft lichtet sie im Unglück die mit schwerer Drangsal unwiderstehlich herabdrückende dicht über unsern Augen schwebende Wolke.*

Jam mihi videat aliquis, an non Canteri conjectura, qua τὸν ἀμάχανον pro τὰν ἀμάχανον legendum censebat, hujus loci elegantiam prorsus corrumpat. Atqui ea patronum nacta est Heathium, metrorum illum quidem satis peritum, at a venustatis poëticæ sensu judicioque parum instructum, qui sic istos interpretatur versiculos: *Deorum potentia sæpe in malis hominem consilii inopem et impotentem e difficili calamitate erigit, nubemque super oculos impendentem tollit.*

232. sqq. ἀνδρῶν—ἔσω δόμων. *Virorum est curare, ut diis hostiæ et sacrificia rite offerantur, hostibus* incursionem *tentantibus; vestrum vero est silere, ac domi vos continere.*

235. sqq. διὰ θεῶν—στυγεῖ; *Deorum beneficio urbem nostram adhuc invictam servamus*, s. *incolimus, hostiumque turbam turres nostræ propulsant ; quænam igitur est invidiosa illa obtrectatio, quæ hanc nostram deorum reverentiam culpet, aut oderit?* τάδε non ad proxime præcedentia, sed omnino ad Chori meticulosam religionem pertinet, quam ei Eteocles vitio verterat.

'Ετ. Οὔτι φθονῶ σοι δαιμόνων τιμᾶν γένος·
'Αλλ' ὡς πολίτας μὴ κακοσπλάγχνους τιθῇς,
Ἕκηλος ἴσθι, μηδ' ἄγαν ὑπερφοβοῦ.
Χο. Ποταίνιον κλύουσα πάταγον ἅμα ἀντ. γ'.
Ταρβοσύνῳ φόβῳ τάνδ' ἐς ἀκρόπολιν,
Τίμιον ἕδος, ἱκόμαν.
'Ετ. Μὴ νῦν, ἐὰν θνήσκοντας ἢ τετρωμένους
Πύθησθε, κωκυτοῖσιν ἁρπαλίζετε.
Τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται φόνῳ βροτῶν.

240. ἴκηλος] εὔκηλος Ald. Rob. Turn. 241. κλύουσα] κρύουσα Rob. Hunc versum ita emendat Heath. ut metrum antithetico respondeat: ποτάνιον κλύουσά γε πάταγον ἅμα. 242. τάνδ'] τήνδ' Ald. In Mosq. 2. legitur: τάνδ' ἐς σκοπιὰν τ. ἕ. ἱκόμην. Versus 241, 242. paulo audacius ita emendandos esse conjicit Brunck. ut strophico suo v. 241. metrum respondeat:

Πρόσφατον κλύουσ' ὅτοβον ἅμα φόβῳ
Ταρβοσύνῳ ποδὶ τάνδ' ἐς ἀκρόπολιν

vel intacto secundo versu primum ita restitui posse opinatur:

Πρόσφατον κλύουσ' ὅτοβον ἁρτίως.

244. τετρωμένους] τετραμμένους Viteb. 245. ἁρπαλίζετε] ἁρπαλίζητε Ald. 246. φόνῳ] φόβῳ Ald. Victor. Cur φόνῳ prætulerimus, exposuimus in commentar. ad h. v.

238. sqq. οὔτι—ὑπερφοβοῦ. *Non equidem vobis invideo* aut prohibeo, ne deos colatis; *at ne timidos mihi reddatis cives, quiescite, nec ultra modum nimis metuite.*

241. sqq. ποταίνιον—ἱκόμαν. *Recenti strepitu audito trepidi timoris plenæ hanc in arcem, venerandam sedem, confugimus.* His verbis mulierculæ veram tragœdiæ scenam diserte declarant; in arce enim urbis Cadmea, edito igitur loco, se jam versari significant, quod si attendisset Portus, non in turri vel muris Chorum constitisse opinatus esset. τίμιον ἕδος propter antiquitatem arcis Cadmeæ, et propter templorum sanctitatem.

244. sq. μὴ νῦν—ἁρπαλίζετε. *Nolite igitur, si forte occubuisse quosdam aut vulneratos esse resciveritis, eos lamentationibus excipere.* κωκυτοῖσιν ἁρπαλίζετε Schol. β'. exponit θρήνοις ἁρπᾶτε, ad sensum quidem satis bene, *ne cum lesso et lamentatione discurrite;* veruntamen, an certa satis sit intransitiva verbi ἁρπαλίζειν, quod raro occurrit, significatio, mihi non constat. Active certe, pro *auferre* ponitur Eumenid. v. 986. et Hesychius ἁρπαλίζομαι interpr. ἀσμένως δέχομαι. Unde conjicio ante κωκυτοῖσιν ἁρπαλίζετε subintelligendum esse αὐτοὺς, quod ad θνήσκοντας ἢ τετρωμένους pertineat; Eteoclemque monere, ne Chorus, si forte audierit aliquos vel mortuos vel saucios e prælio efferri, lamentatione eos excipiat vel prosequatur. Ceterum Scholiastes in Cod. Guelf. ἁρπαλίζετε interpretatur ταραχὴν καὶ θόρυβον ποιεῖτε.

246. τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται φόνῳ

Χο. Καὶ μὴν ἀκούω γ' ἱππικῶν φρυαγμάτων.
'Ετ. Μή νυν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν.
Χο. Στένει πόλισμα δῆθεν, ὡς κυκλουμένων.
'Ετ. Οὔκουν ἔμ' ἀρκεῖ τῶνδε βουλεύειν πέρι;
Χο. Δέδοικ', ἀραγμὸς ἐν πύλαις ὀφέλλεται.
'Ετ. Οὐ σῖγα; μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν.

249. δῆθεν] γῆθεν Ald. Rob. κυκλουμένων] κυκλουμένον (ω superscr.) sic Mosq. 1. 250. οὔκουν—ἀρκεῖ;] οὐκοῦν—ἀρκεῖ. Ald. 251. ἀραγμὸς] ἀραγμὸς δ' Ald. Rob. particulam δὲ sustulit Brunck., utpote h. l. inertem. 252. οὐ σῖγα;] οὔ, σίγα Ald. Rob.

βροτῶν. Utra harum lectionum, φόνῳ an φόβῳ, verior sit, haud adeo proclive est decernere. Si φόβῳ legas, sensus erit: *Tali enim timore ac trepidatione hominum pascitur Mars*, i. e. *augetur belli discrimen*, quæ sententia regis consilio sat bene responderet. Sin φόνῳ teneas, hoc dicit Eteocles: *Tali enim hominum cæde ac sanguine Mars delectatur;* ut vernaculo sermone aliquis diceret: *Und wenn ihr von Todten und Verwundeten höret, so erhebt nur kein Jammergeschrey. Denn im Kriege ists nun einmal nicht anders. Blutvergiessen und Metzeln ist des Kriegesgottes Lust.*

247. *καὶ μὴν—φρυαγμάτων. Enimvero audimus fremitum equorum.*

248. *μὴ νῦν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν.* Male Heathius commate post ἐμφανῶς posito, vertit: *Ne nunc quidem, cum clare audis, nimis audias.* ἐμφανῶς enim cum ἄκου' ἄγαν copulandum est. ἐμφανῶς ἀκούειν est aliquid ita audire, ut audita continere nequeas, sed statim eloquaris. Itaque hanc vim habent ista: *Nolite igitur, etiamsi audiatis, nimis id quod auditis propalare, sed potius, vos aliquid audiisse dissimulate.*

249. *στένει—κυκλουμένων. At nimirum tota urbs gemit utpote hostibus eam obsidentibus.* In κυκλουμένων facile suppletur πολεμίων. Anonymus Anglus ap. Burtonum hanc sententiam ita interpungendam existimat:

στένει πόλισμα, δῆθεν ὡς κυκλουμένων,—

e quo ille hunc sensum elicit: *Gemit urbs*, s. *per urbem fit tumultus, quasi quidem ii qui eam obsident,*—ut sit aposiopesis. Recte vero vulgarem distinctionem tuetur Burgessius V. D. δῆθεν vero h. l. significat *nimirum, videlicet.* Si Anonymi illius interpunctio valeret, dicerem δῆθεν ὡς positum esse pro ὡς δῆθεν, et exponerem: *Gemit urbs, quippe quam scilicet jamjam obsidebunt hostes;* vel: *quasi eam jam hostes obsideant.* Sic enim pro *quasi* cum participio ponitur δῆθεν, v. c. Eurip. Orest. 1320. Pro κυκλουμένων vero Burgessius mavult κυκλούμενον. Supra tamen etiam κυκλοῦνται active v. 122.

250. *οὔκουν—πέρι; Nonne igitur satis est me his rebus consulere?*

251. Tota hæc diverbii pars a v. 247-260. admirabiliter fervet Chori timentis et Regis hunc timorem increpantis concertatione. Itaque præ metu Chorus id quod Eteocles dicit audire non videtur, nec ad ejus dicta respondet, sed potius suum ipsius angorem prodit.

δέδοικ'—ὀφέλλεται. Metuo: strepitus in portis augetur.

252. *οὐ σῖγα;* In MS. Guelf. est: Οὔ. σίγα. cum scholio superscripto: οὐδαμῶς. σιώπα. q. d. Eteocles: *Non est verum quod dicis. Tace.* Verum hæc interpunctio cum alias incommoda est, tum propter metrum prorsus aliena. Imperativus enim σίγα longam

Χο. Ὦ ξυντέλεια, μὴ προδῷς πυργώματα.
Ἐτ. Οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ᾽ ἀνασχήσῃ τάδε;
Χο. Θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.
Ἐτ. Αὐτὴ σὺ δουλοῖς καί με καὶ πᾶσαν πόλιν.
Χο. Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ τρέψον εἰς ἐχθροὺς βέλος.
Ἐτ. Ὦ Ζεῦ, γυναικῶν οἷον ὤπασας γένος.

253. ξυντέλεια] ξυγγένεια Rob. 254. ἀνασχήσῃ] ἀνασχήσει Mosq. 1. 256. καί με] ἐμὲ Ald. Rob. κἀμὲ Mosq. 1. Vitob. ἐμὲ καὶ omisso priori καὶ Mosq. 2.

habet ultimam syllabam, quæ hic brevi opus est. οὐ σῖγα; *non tu tacite* scil. *id habebis?* Sic Eurip. Herc. Fur. v. 1042. οὐ σῖγα, σῖγα; et absque ellipsi Sophocl. Ajac. v. 75. οὐ σῖγ᾽ ἀνέξῃ; quæ quidem loca Abreschius laudavit.

253. ὦ ξυντέλεια, μὴ προδῷς πυργώματα, *o deorum societas, noli prodere turres*, h. e. noli committere ut urbs nostra ab hostibus expugnetur. ξυντέλεια ut v. 222. πανήγυρις θεῶν. Quod hic petit Chorus, μὴ προδῷς πυργώματα, id supra v. 171. plenius ita elocutus erat: πόλιν δορίπονον μὴ προδῶθ᾽ ἑτεροφώνῳ στρατῷ.

254. οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ᾽ ἀνασχήσῃ τάδε; "Locutio, quæ hic locum habet, viros doctos fefellit, neque enim οὐκ ἐς φθόρον significat *num tibi mors erit*, uti Stanleius vertit, quamquam in annotationibus meliora docuit; neque τάδε cum ἐς φθόρον conjungendum (quod nescio quomodo in mentem venit Anonymo Anglo), ut significet *quæ nobis fraudi sunt*, quas interpretationes satis refellunt observationes Spanhemii ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 113. Bergleri ad Aristoph. Plut. v. 394. et ad Alciphr. l. i. ep. 17. virorum doctorum, explicantium formulas ἐς φθόρον, εἰς ὄλεθρον, ἐς κόρακας. Spanhemius igitur ceteris rectius Nostrum interpretatur: *non in malam rem abiens tacita hæc tolerabis?* Sed neque sic etiam res penitus conficitur. Τάδε non ἀνασχήσῃ sed σιγῶσ᾽ sensu sequitur, quod σιγῶσ᾽ ex ἀνασχήσῃ pendet. ἀνασχήσῃ σιγῶσα τάδε. ἀνέχεσθαι vero participium pro infinitivo sæpius adsciscere notissimum est. vid. Valckenaer ad Phœn. Eurip. p. 206. His constitutis Æschylum interpretari malim: *Nonne, perdita, de his tacere sustinebis?* sive ad sententiam plenius ac disertius: *Nonne perdita tibi temperabis, quo minus hæc in vulgus spargas?* Ceterum Sophoclis Œd. Tyr. versus 1156. a Spanhemio etiam citatus interpretationis instar est:

Οὐκ, εἰς ὄλεθρον, οὐ σιωπήσας ἔσῃ;

ubi interrogationis signum, quod vulgo post ὄλεθρον ponitur, tollendum est." Hactenus *Burgessius* V. D. quicum plane consentio, nisi quod ἐς φθόρον latine melius redditur nota illa irascentis interjectione *malum. Nunquamne vos, malum, de istis tacere sustinebitis?* Germani hanc formam pressius imitantur: *Aber, zum Henker, könnt ihr nicht davon stillschweigen?*

255. θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν, elliptica ratio, supplendum enim θελήσητε vel simile. πολῖται iidem qui supra v. 69. πολισσοῦχοι. *O dii urbis præsides, nolite committere, ut in servitutem incidamus.*

256. αὐτὴ—πόλιν. *Imo vos ipsæ me et omnem civitatem in servitutem conjicietis.* cf. v. 198. sqq.

257. ὦ παγκρατὲς—βέλος. *O Jupiter omnipotens, in hostes converte telum.* Apte βέλος de fulmine intelligi potest.

258. Magna irrisionis indignationisque vis est in eo, quod Eteocles Chorum imitatus orationem ad Jovem convertit. *O Jupiter, quale tandem mulierum genus procreasti? Was für ein*

Χο. Μοχθηρὸν, ὥσπερ ἄνδρας ὧν ἁλῷ πόλις.
Ἐτ. Παλινστομεῖς αὖ, θιγγάνουσ' ἀγαλμάτων;
Χο. Ἀψυχίᾳ γὰρ γλῶσσαν ἁρπάζει φόβος.
Ἐτ. Αἰτουμένῳ μοι κοῦφον εἰ δοίης τέλος.

259. ἄνδρας] ἄνδρες Ald. Turn. codd. Regg. ἁλῷ] Heath. conj. ἑάλω præter necessitatem. 260. παλινστομεῖς] πάλιν στομεῖς Ald. Minime audiendus Pauwius, cui in mentem venit πόλιν στένεις. 261. ἀψυχίᾳ] ἀψυχία Ald. 262. μοι κοῦφον εἰ] μοι, κοῦφον, εἰ Victor.

Gesücht hast du an den Weibern erschaffen?

259. Regis acerbitatem acerbitate Chorus compensat, ita ad ejus quæstionem quasi Jovis nomine respondens: *Miserum*, scil. genus, *æque ac virorum, quorum urbs expugnata fuerit.* Nimirum cum, si constructionem a Choro inceptam prorsus continuare voluisset, dicendum fuisset ἀνδρῶν, immutavit pro dialogi libertate et metri causa structuram verborum, quartumque casum eodem sensu posuit. Post μοχθηρὸν, si ἄνδρας legitur, repetendum ex antecedentibus ἅπασι. Sin ἄνδρες cum Ald. et Turn. (quam lectionem Grotius quoque in Excerptis secutus est) post μοχθηρὸν supplendum esset γε ἐστι. (Vel, ut in Cod. Guelferb. sic distinguendo: μοχθηρόν· ὥσπερ ἄνδρες ὧν ἁλῷ πόλις, q. d. μοχθηρὸν ἅπασι, ὥσπερ εἰσὶν οἱ ἄνδρες ὧν ἁλῷ πόλις. Sic fere declarat glossa interlinearis.) Ista vero ratio verior est, et ad colloquii nexum aptior.

"ἁλῷ aoristus est subjunctivi, quem fere comitatur particula ἂν hic suppressa, ut in isto Œd. Col. versu

γέροντα δ' ὀρθοῦν, φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.

Hac ellipsi nihil apud poëtas frequentius. Non audiendus Heathius, qui reponit ἑάλω." *Brunck.*

260. παλινστομεῖς αὖ, θιγγάνουσ' ἀγαλμάτων; "Minime audiendi Stanleius et Burtonus vertentes παλινστομεῖς, *iterum obgannis*, quamquam cum iis consentit Schol. β'. Multo potius amplectenda videtur Schol. α'. glossa, δυσφημεῖς, quem ob significatum Valckenarius supra ad v. 7. laudatus παλινστομεῖς cum παλίρρωθος comparat. Verto; *Male ominaris iterum amplectens deorum simulacra?*" *Burgess.* Et recte quidem, sed hac lege, ut αὖ ad παλινστομεῖς, non ad θιγγάνουσα referatur. Quærit autem, cur iterum male ominetur, quia Chorus expugnationis mentionem injecerat, his verbis ὧν ἁλῷ πόλις, id quod antea jam sæpius fecerat, e. c. v. 221. sqq. 225.

261. ἀψυχίᾳ γὰρ γλῶσσαν ἁρπάζει φόβος. Ante γὰρ supprimitur Eteoclem quæstionis affirmatio, quam his verbis supplet Schol. Guelferb. καὶ τοῦτο ποιῶ· ἀψυχίᾳ γὰρ etc. Sensus: *Nimirum pavor omnem mihi sapientiam expectorans, meque tantum non exanimans, linguam quoque abripit*, ut scil. tacere, aut malis verborum ominibus abstinere nequeam. Lectio ἀψυχία, nominandi casu, quæ in Guelf. occurrit, nihili est. ἀψυχίᾳ est dativus causæ.

262. αἰτουμένῳ μοι κοῦφον εἰ δοίης τέλος. *Utinam petenti mihi levissimum hoc officium præstares! Könnte ich doch durch mein Bitten nur die einzige kleine Gefälligkeit von dir erhalten!* τέλος, proprie *tributum*, perquam accommodate h. l. de officio ponitur, quod quis ab altero cum poscere possit, petere tamen mavult. Qui h. l. vim particulæ εἰ non assecuti sunt, vocabulum κοῦφον commatibus incluserunt, sic: αἰτουμένῳ μοι, κοῦφον, εἰ δοίης τέλος, q. d. *facile tibi esset, si petenti mihi officium præberes.* Veriora autem docuit Abreschius, cujus observationem, quamvis paulo pro-

Χο. Λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, καὶ τάχ' εἴσομαι.
Ἐτ. Σίγησον, ὦ τάλαινα, μὴ φίλους φόβει.

263. εἴσομαι] Male Pauwius corrigit οἴσομαι.

lixiorem, tamen hic studiosorum præsertim causa describere placet.

"εἰ δοίης, interpres *si dederis*, bene, modo *si* ceperit pro *utinam*, ut in Virgil. Æn. v. 187. *Si nunc se nobis ille—ramus ostendat.* Quo sensu εἰ γὰρ usurpari multi docuere; adde si lubet Nostrum in Prometh. v. 152. Soph. Œd. Tyr. v. 80. et εἰ γὰρ ὤφελον Eurip. Orest. v. 1584. etc. εἰ γὰρ γένοιτο, et εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα Lucian. in Prometh. extr. Longus lib. iii. p. 77. εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο Χλόη. Nec minus obvius usus voculæ εἰ solitariæ, quem tamen qui adstruxerit novi neminem. Certe ipse Suidas, dum notat εἰ esse εὐκτικὸν, non aliud adfert exemplum, quam Pisidis locum, in quo itidem εἰ γάρ. (Nempe quia εἰ γὰρ non simpliciter est *utinam*, sed *utinam enim*, id quod Abreschium ut multos alios fugisse videtur.) Subjungemus nos quædam: Soph. Œd. Tyr. v. 883. εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα. Eurip. Hec. v. 836. εἴ μοι γένοιτο φθόγγος. Idem in Orest. v. 1614. εἰ δὲ τοῦδ' ἦν.—Ex mente Scholiastæ duplici ratione verba distingui possunt, ut scilicet vel κοῦφον intra duas virgulas includatur, vel ut (rectius) edidit Stanleius alias secutus editiones. Κούφαν δόσιν dixit Nostro æqualis Pind. Isthm. Od. i. v. 60. et κούφαν κτίσιν in Olymp. Od. xiii. v. 118. pro εὐχερῆ, ῥᾳδίαν, ἀνεπαχθῆ, ut explanant ad eum Critici. Quo fere sensu in Æsch. Prometh. v. 700. habetur κοῦφος. Nec alienum hinc est hoc Herodot. lib. vii. c. 38. τοὶ ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν ὑπουργῆσαι, prout supra in Prometh. v. 636. ὑπουργῆσαι χάριν. Lectionis varietas, quam adnotat Schol. α'. λόγον pro τέλος, orta videtur ex versu sequenti, sed τέλος est longe significantius. (Imo unice verum; nam λόγον aperte repugnat sequentibus; non enim *sermonem*, sed *silentium* poscit a Choro Eteocles. cf. v. 264.)" *Abresch.*

263. λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, καὶ τάχ' εἴσομαι. Commode Stanleius advocavit Sophocl. Œdip. Tyr. v. 1516. ubi quærenti Œdipodi: οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι; *Scisne autem qua lege hinc abiturus sim*, respondet Creon: Λέξεις καὶ τότ' εἴσομαι. Nimirum in talibus est μακρολογία quædam antiquitatis quodammodo simplicitatem redolens, quæ a recentiorum linguarum genio aut prorsus abhorret, aut saltem quo minus ad verbum reddi possit, prohibetur. Sic v. c. Homericum illud:

Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω,

nemo recte Germanice ad verbum transtulerit: *damit wirs beide wissen;* sed postrema in versione vel supprimenda, vel cum ceteris paulo liberius ita efferenda sunt: *Rede, verschliess deinen Kummer nicht in deiner Seele, theile mir ihn auch mit.* Quæ quidem si reputasset Pauwius, non profecto hic nodum in scirpo quæsivisset; certe ejus emendatione τάχ' οἴσομαι scil. τέλος, *statim tibi feram*, prorsus non egemus. Ad nostrum sensum nihil his verbis Chorus dicit præter ista: *Age, celeriter id quod vis eloquere, ut sciam quid velis. Nun dann, nur geschwind heraus damit; hättest du es schon gesagt, so wüsst' ichs auch schon.* Stanleius ad verbum reddidit: *Dicas quam citissime, et cito sciam.*

264. σίγησον—φόβει. Jam igitur exponit Eteocles, quid fieri a Choro velit. *Silete, ó miseræ, neve amicos*, milites nostros, *in terrorem* ac fugam *conjicite.*

Χο. Σιγῶ· ξὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.
Ἐτ. Τοῦτ' ἀντ' ἐκείνων τοὖπος αἱροῦμαι σέθεν.
Καὶ πρός γε τούτοις, ἐκτὸς οὖσ' ἀγαλμάτων
Εὔχου τὰ κρείσσω, ξυμμάχους εἶναι θεούς·
Κἀμῶν ἀκούσασ' εὐγμάτων, ἔπειτα σὺ
Ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιάνισον
Ἑλληνικὸν νόμισμα θυστάδος βοῆς,
Θάρσος φίλοις, λύουσα πολέμιον φόβον.
Ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς
Πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις,

265. ξὺν] σὺν Ald. 268. κρείσσω, ξυμμάχους] συμμάχους Rob. κρείττω ξυμμάχους Viteb. 270. παιάνισον] Sic codd. Regg. Ald. Turn. alii παιώνισον.

265. Tandem ægre confirmat animum Chorus. σιγῶ· ξὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον. *Taceo: cum ceteris feram fatalem necessitatem.*

266. τοῦτ' ἀντ' ἐκείνων τοὖπος αἱροῦμαι σέθεν. Recte hæc interpr. schol. *Hocce igitur dictum magis probo, quam ista priora.* Germ. *Nun das ist doch ein Wort! das lass ich mir eher von dir gefallen.*

267. sq. καὶ πρός γε τούτοις—εἶναι θεούς· *ac præterea quidem recedens a simulacris, meliora ominare*, ac precare *ut nobis auxilium ferant dii.* A simulacris deorum virgines recedere vult Eteocles, quia summæ anxietatis erat, ea complecti; itaque vota diis facere, eosque precibus venerari nihil prohibet, modo id ne sic fieret, ut nimiam animi desperationem simul declararent.

269. Quæ sequuntur, de sollemni pæane capienda sunt, seu ἐπινικίῳ, quod, antequam prælium iniretur, inter sacrificia canebatur, quo genere carminis et animus addebatur militibus, et ut dii victoriam darent petebatur. In eoque verbis præibat rex vel imperator; populus vero et milites acclamabant. cf. Pers. v. 385. sqq. κἀμῶν ἀκούσασ' εὐγμάτων, *et votis meis*, quæ mox pro salute civitatis rite facturus sum, *auditis*, ἔπειτα σὺ ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιάνισον, *tum vero tu sacram illam deos placantem cantilenam*, pæana sc. *cantato.* ὀλολυγμὸς ut v. 827. ἐπολολύζειν de fausta et læta acclamatione, adeoque in bonam partem accipitur. εὐμενῆ proprie benevolum, h. l. qui propitium reddat, i. e. placantem, intransitiva, quod Æschylo solenne est, nominis significatione, in transitivam detorta. Ἑλληνικὸν νόμισμα θυστάδος βοῆς, i. e. ac θυστὰς βοὴ τοῖς Ἕλλησιν νενομισμένη. θυστὰς βοὴ, *der Opfergesang.* Βοὴ enim h. l. de cantu intentiore, et propter multitudinem canentium pleniore. θάρσος φίλοις, qui cantus fiduciam inspirat amicis; poëtica enim audacia θάρσος φίλοις dictum pro θαῤῥοῦντα φίλους. (Falso Burtonus supplendum censet ἐμποιοῦσα.) λύουσα πολέμιον φόβον, *exuto jam omni hostium timore.* λύουσα ad Chorum pertinet, et cum ἀκούσασα et παιάνισον conjungendum. πολέμιον φόβον pro πολεμίων. Sic ἐμὴν αἰδῶ pro ἐμοῦ αἰδῶ Pers. 701.

273—280. ἐγὼ δὲ—δόμοις. *Ego vero diis urbanis et paganis, forensibus item,*

Δίρκης τε πηγαῖς, οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω,
Εὖ ξυντυχόντων, καὶ πόλεως σεσωσμένης,
Μήλοισιν αἱμάσσοντας ἑστίας θεῶν,
Ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν ὧδ' ἐπεύχομαι
Θήσειν τρόπαια, πολεμίων δ' ἐσθήματα

275. πηγαῖς] πηγῆς Rob. 279. ἐσθήματα] ἐς θήματα Turn.

Dirces fontibus, neque vero Ismenum excipio, re bene gesta et urbe servata voveo, nos deorum altaribus ovium sanguine perfusis, taurisque mactatis, tropæa ipsis et vestes hostium, spolia adversariis armorum vi erepta, sacris ædibus dicaturos esse. Nempe θήσειν, quod ponitur pro ἀναθήσειν, ante ἁγνοῖς δόμοις repetendum est. λάφυρα δαΐων δουρίπληκτα, his verbis antecedentia πολεμίων ἐσθήματα magis illustrantur. Neque alienum est a vero, quod Heathius monuit, πολεμίων non prorsus æquipollere τῷ δαΐων. πολεμίων enim est universe *hostium*, δαΐων vero *adversariorum infestorum*, h. e. *qui modo in concursu cives oppugnaverant.* Imo si δαΐων prorsus idem esset quod πολεμίων, non tamen ideo cum Pauwio in δαΐοισιν mutare opus esset.

275. οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λέγω. Tmesin esse pro ἀπολέγω, vidit Stanleius. At constructio laborat. Ἀπολέγειν enim vulgo accusativum regit. Itaque nisi casus enallagen fingas, vel post Ἰσμηνοῦ vocabulum ποταμὸν subintelligi dicendum, vel tenenda est lectio Δίρκης τε πηγῆς, et repetendum ἐπισκόποις, quasi scriptum sit Δίρκης τε πηγῆς ἐπισκόποις, οὐδ' ἀπολέγω Ἰσμηνοῦ ἐπισκόποις. Si cui vero πηγαῖς præplaceat, ei auctor sim, ut rescribat, οὐδ' ἀπ' Ἰσμηνὸν λέγω.

279. Θήσειν τρόπαια. "Notatur Æschylus a Scholiaste, quasi tempus non recte observaverit, οὐδέπω γὰρ ἡ τῶν τροπαίων ὀνομασία κατὰ τὸν Ἐτεοκλέα. Certum sane est, vocem τρόπαιον Homeri temporibus multo posteriorem fuisse, a quo tamen, licet ipse nomen non noverit, veteres morem erigendi tropæa mutuati creduntur. Locus est, ubi Ulysses exuvias Doloni jamjam exspiranti detractas e vestigio Minervæ dedicat τῇ Ληΐτιδι.

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ Ληΐτιδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί.—

Si itaque in hoc erratum fuerit Æschylo, necesse est ut fateamur Euripidem pariter errasse Phœniss. v. 575. ubi Jocasta ait:

τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;

pariter et castigatissimum scriptorem Virgilium, apud quem Æneas quercui, ut Ulysses μυρίκῃ:

fulgentiaque induit arma
Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropæum
Bellipotens —

Multo magis errasse, dicendum erit, eos, qui gesta Herculis et Heraclidarum (cum illi ante bellum Thebanum vixerint) describentes, eandem vocem usurpant; inter hos tamen recensendus Euripides, qui in Heraclidis

Ὕλλος μὲν οὖν, inquit, ὅτ' ἐσθλὸς Ἰόλεως βρέτας
Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἵστασαν.

Jupiter τρόπαιος dictus, ut τροπαιοῦχος Dionysio, quod ei dedicarentur capta ab hostibus spolia in tropæi modum composita. Et Lycophron:

Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύστῃ τροπαίας μαστὸν εὔθηλον θεᾶς.

Quibus verbis innuit Herculem puerum ubera Junonis suxisse. Schol. Τροπαίας· τῆς Ἥρας· παρ' ὅσον καὶ αὐτὴ

Λάφυρα δαΐων δουρίπληχθ' ἁγνοῖς δόμοις.

280. δαΐων] Pauw. conj. δαίσων, *partiturum ædibus puris*; sed recte se habet vulgata. δουρίπληχθ'] δουρίπληθ' Ald. δουριπτῆτ' Rob. δουρύπληχθ' Turn. Victor. Post hunc versum in cod. Reg. B. sequitur hic a glossatore additus:

στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα.

οἱ νικῶντες, ὥσπερ τῷ Διῒ, τρόπαιον ἀνετίθεντο." Hactenus Stanleius, qui operosius forsan quam necesse erat, insulsam Scholiastæ reprehensionem diluit. Quid enim? Si poëtis scenicis in ipsis rebus et argumentis προλήψεις facile concedimus, quidni iis multo pronius hanc veniam demus, ut res antiquas recentibus nominibus appellent?

πολεμίων ἐσθήματα. "Mortuis spolia detrahere Græci σκυλᾷν proprie dicunt. Hom. Iliad. xiii.

Ἤ τινα σκυλέων νεκύων κατατεθνειώτων.

ἀντὶ τοῦ ἐκδύειν, κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius. Ita σκυλῶ, ἐκδύω. Et rursus σκυλᾷν, γυμνοῦν. Nec aliunde Latinis *Exuviæ*, quasi ab *exuendo* dictæ. Claudian. *hos onerat ramos exutus Ophion*, i. e. exuviæ Ophionis." *Stanl.*

280. ἁγνοῖς δόμοις. "Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in deorum templis suspendendi, observat Eustathius in Iliad. ν'. Τὰ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾷν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις, καὶ ὁ Κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι. Euripidis verba hæc sunt:

Καὶ σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε.

Atque etiam:

ὡς δὲ νενικήκαμεν μάχῃ,
Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
Οἱ δ' ἀσπίδας σκυλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
Σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero hæc in Equitibus:

Ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quæ verba Scholiastes: Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλεῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ἔθος γὰρ ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατίθεσθαι. Ἕως οὖν, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν. Nimirum notissima est ex Thucydide historia de Lacedæmoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone Atheniensi duce captis. Hunc Cleonem scutis Lacedæmoniorum dedicatis gloriantem Comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturaturum. Antiquitatem ejus moris Virgilius (Æneid. vii. 183. sqq. Sed ibi recte monuit Heynius, historiæ veritatem, cujus ἀκρίβεια in poëta non desideretur, saltem in omnibus v. c. quod rostra etiam memorentur, deposcendam non esse) quoque confirmat, templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describens:

Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Ægyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europæ, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum præda domum revertit. Diodor. lib. i. τὰ μὲν

Τοιαῦτ᾽ ἐπεύχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς
Μηδ᾽ ἐν ματαίοις κἀγρίοις ποιφύγμασιν.
Οὐ γάρ τι μᾶλλον μὴ φύγῃς τὸ μόρσιμον.
Ἐγὼ δ᾽ ἐπ᾽ ἄνδρας ἕξ, ἐμοὶ ξὺν ἑβδόμῳ
Ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον,
Εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους τάξω μολὼν
Πρὶν ἀγγέλους σπερχνούς τε, καὶ ταχυῤῥόθους
Λόγους ἱκέσθαι, καὶ φλέγειν χρείας ὕπο.

282. ποιφύγμασιν] πωφύγμασι Rob. πωφύγμασιν Mosq. 1. ποῖ φύγμασιν Mosq. 2. et supra schol. θρήνοις, βοαῖς. 283. οὐ γάρ τι] οὐ γάρ τοι Rob. Mosq. 2. φύγῃς] φύγοις Mosq. 2. 285. ἐχθροῖσι] ἐχθροῖσιν Turn. 286. ἑπτατειχεῖς] Huic lectioni in Mosq. 1. superscriptum: γρ. ἑπταστοιχεῖς. μολὼν] μολῶν Viteb. 287. ἀγγέλους] ἀγγέλου Mosq. 1. ex rasura. ταχυῤῥόθους] ταχυῤῥόφους Viteb.

ἱερὰ πάντα τὰ κατ᾽ Αἴγυπτον ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε." *Stanl.*

281. *μὴ φιλοστόνως, non*, ut paulo ante, *cum multis suspiriis et gemitibus.*

282. *μηδ᾽ ἐν ματαίοις κἀγρίοις ποιφύγμασιν, neque cum vanis et immitibus singultibus.* ἄγρια dicuntur ποιφύγματα, quia nimius in doloris aut metus significatione excessus morum quandam feritatem, animique barbariam declarat.

283. *οὐ γάρ—μόρσιμον. Non enim propterea magis fatum effugies.* Ut Horatius: *Mors et fugacem persequitur virum.*

284. sqq. ἐπ᾽ ἄνδρας ἕξ—τάξω, pro ἄνδρας ἕξ ἐπιτάξω, per tmesin. Itaque præter necessitatem Canterus pro ἐπ᾽ ἄνδρας emendabat ἐπάρχους.

285. *ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον, strenuos adversarios, hostibus magna vi resistentes.*

286. ἑπτατειχεῖς ἐξόδους, pro ἑπτὰ τειχέων ἐξόδους, *septem murorum portas*, ut adeo ἑπτατειχὴς significet *septenus in muro*, quam quidem compositionem nec Latinus sermo, nec lingua Teutonica imitari potest.

287. sq. πρὶν—χρείας ὕπο. *Priusquam crebri nuncii et rumores cito percrebrescentes adveniant, ac ipso rerum discrimine incendantur.* ἄγγελοι h. l. non sunt nuntii, qui res novas afferunt, *Boten*, sed nuntii, qui afferuntur. *Botschaften, Nachrichten.* Hoc enim aptius est sequenti verbo φλέγειν. φλέγειν dicitur *fama*, ornate pro *convalescere*; ut enim flamma venti vi, sic rumores mali, quo majus est periculum, eo vehementius accenduntur et inflammantur.

IN SCENAM V.

v. 289—370.

Postquam discessit Eteocles, Chorus jam solus in scena relictus, quamquam eorum quæ regi promiserat bene memor, muliebri tamen imbecillitate languescens, timorem ac sollicitudinem male pectore pressam iterum prodit; iterum deos precibus invocat; deinde urbis ab hostibus expugnatæ calamitates flebili oratione persequitur.

ΧΟΡΟΣ.

ΜΕΛΕΙ, φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ· στρ. α'.
Γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι
Ζωπυροῦσι τάρβος,
Τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν
Δράκοντα δ' ὥς τις τέκνων

289. ὑπνώσσει] ὑπνώσει Viteb. Ald. Sed futurum h. l. aptum non est. 290. μέριμναι] μέριμνα Rob. mendose. 291. ζωπυροῦσι] Post hoc verbum in Ald. et Rob. puncto distinguitur; vocabulo τάρβος ad sequentem versum relato. male. 292. ἀμφιτειχῆ] ἀμφὶ τειχῆ A. fortasse librarius aliquis scribere voluit ἀμφὶ τείχη. 293. δράκοντα δ'] Sic codd. MSS. et edd. omnes; nisi quod Brunckius Heathio obsecutus in textum recepit δράκοντά γ', cujus tamen facilitatis eum in notis pœnituit.

289. μέλει scil. μὲν, *non immemores quidem sumus præceptorum tuorum*, φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει, (Schol. β'. legit ὑπνώσει, futurum verbi ὑπνόω. Sed futurum tempus h. l. præsenti minus aptum esse, jam in V. L. observavimus. κέαρ, *at cor præ metu non requiescit.*

290. γείτονες—ζωπυροῦσι τάρβος, *curæque cordi propinquæ denuo accendunt timorem.* γείτονες καρδίας μέριμναι, *curæ animum obsidentes.* Bene dictum ζωπυροῦσι, quia ultima Eteoclis adhortatione metus paulisper sedatus et restinctus esse videbatur. Quia tamen cura animos non deseruerat, statim post regis discessum, metus haud secus ac ignis sub cinere gliscens, resuscitabatur.

291. ζωπυροῦσι τάρβος. In Cod. Galeano, teste Burtono, est ταρβῶ, et sic quoque in Commentario MS. Stanleium emendasse idem auctor est. Nimirum ita ζωπυροῦσι intransitive capiendum, et ταρβῶ cum sequentibus τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν construendum esset. Utraque vero ratio incommoda est. Ζωπυρεῖν enim non est *exardescere*, sed *accendere*, *resuscitare flammam.* Deinde si poëta scripsisset ταρβῶ, certe non omisisset particulam γὰρ, ut Prometh. v. 906.

292. τὸν ἀμφιτειχῆ λεών. Qui hæc verba cum τάρβος conjungunt, vel præpositionem διὰ omissam esse censent, vel accusativum a τάρβος regi, more poëtarum Græcorum, apud quos nomina verbalia sæpenumero cum eodem casu construuntur, quem verba, unde derivata sunt, adsciscunt. Nam quod pro varia lectione Burtonus affert, τῶν ἀμφὶ τείχη λεῶν, id etsi facillimam habet constructionem, tamen ipsa facilitate interpolationis arguitur. Qui vero post vocabulum τάρβος colo distinguunt, hi verba τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν hoc modo cum sequentibus conjungunt, ut universæ verborum comprehensioni istum ordinem tribuant: Μέλει (μέν μοι ταῦτα), κέαρ δ' οὐχ ὑπνώσσει φόβῳ· γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος· τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν δὲ (δέδοικα) ὥς τις πελειὰς δράκοντα τέκνων ὑπερδέδοικε. Et hanc quidem Is. Casauboni sententiam fuisse narrat Burtonus, quæ mihi quidem omnium maxime arridet. Sic enim difficultas constructionis vocabuli τάρβος cum sequentibus τὸν ἀμφιτειχῆ λεὼν, tollitur, et ipsa, quæ sequitur, comparatio clarius illuminatur.

293. sqq. δράκοντα—πελειάς. Πάντροφος esset columba, *quæ fœtus suos omnes alit*; quod tamen parum hic aptum est epitheton. Multo minus cum Stanleio πάντρυφος reponerem; quod is quidem vertit *delicata columba.* Attamen ipsum in scripto commentario

Ὑπερδέδοικε λεχέ-
ων δυσευνάτειρα
Πάντροφος πελειάς.

295. δυσευνάτειρα] δυσευνήτειρα Rob. δυσευνητείρας Schol. Victor. Sed hic accusativus pluralis plane non habet quo referatur. Attamen in eo latere vestigium veræ lectionis arbitror. Mihi enim sic potius Æschylus scripsisse videtur:

Δράκοντα δ' ὥς τις τέκνων
Ὑπερδέδοικε λεχέ-
ων δυσευνάτορα
Πάντρομος πελειάς.

Sic enim pullis suis timet draconem infaustum cubilium socium pavida columba. cf. Commentar. ad h. l. 296. πάντροφος] In Viteb. est δυσευνήτειρ' ἀπάντροφος. Steph. citat e cod. MS. lectionem Heathio quoque probatam, πάντρομος, quæ aptiorem h. l. sensum præbet, etsi vulgata non est ejusmodi, ut explicari non possit.

hanc conjecturam retractasse et vulgatam defendisse, testatur Burtonus. (Tzetzes ad Lycophr. v. 86. ubi explicat vocabulum τρήρωνος, ita scribit: Τρήρωνα δὲ αὐτὴν (τὴν Ἑλένην) διὰ τὸ λάγνον καλεῖ. καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῦται, καὶ νεοττεύει παισί. ὅθεν Αἰσχύλος φησί· Παντρόφου πελειάδος. Sed admodum incertum est, an Tzetzes ad hunc Æschyli locum respexerit, præsertim cum genitivum, non, qui h. l. scribitur, nominativum commemoret.) Quam vero Stephanus, nescio unde, in medium protulit lectionem, πάντρομος, *pavida columba, omnia adversa timens,* facile omnes huic loco optime convenire concedent. λεχέων δυσευνάτειρα quamquam verti potest *infelix cubilium* s. ut Stanl. int. *infeliciter cubans,* q. d. δύστηνος λεχέων, ut intelligatur matris miseria, cujus pulli necantur tamen, quoniam hic tantum de periculo pullorum, non de nece sermo injicitur, an satis consentanea sit imago, mihi quidem dubitare liceat, nisi si quis δυσευνάτειρα λεχέων interpretetur, *quæ* propter crebras noxiorum animalium insidias, *irrequietum ac semper sollicitum cubile habeat.* (Et hæc quidem optima ratio explicandi fuerit, si nihil hic in textu mutandum censeas. Fortasse Chorus hanc partem similitudinis ideo adjecit, quia paulo ante de se dixerat φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ.) Quicquid sit, Æschylum potius λεχέων δυσευνάτορα scripsisse arbitror. (Metrum correctione nostra nil turbatur; nam in versu antistrophico, qui est 312. vocabulo δυσευνάτορα respondet ὁ γαιάοχος, penultima item brevi.) Quia enim serpentes in columbaria arrepunt, et necatis pullis in nidis requiescunt, inde serpentem recte λεχέων δυσευνάτορα, *infaustum cubilium s. nidorum socium,* appellare tragicus poterat. (Nonnihil roboris huic opinioni nostræ accedere videtur ex v. 505. ubi Pallas dicitur hostes propulsatura νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον. Ceterum serpentes columbaria infestare, res nota vel ex rei rusticæ scriptoribus, v. c. Columell. viii. 3. 6. Geoponic. xiv. 5. p. 980. ed. Niclas.) Universum igitur locum hoc modo a nobis emendatum sic vertimus: *Meminimus quidem; at præ timore non requiescit animus; vicinæ vero præcordiis curæ metum denuo accendunt. Exercitum quippe urbem cingentem* timeo, *sicut pullis suis a dracone, infausto cubilium socio, timet pavida columba.*

Τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους
Πανδημεὶ, πανομιλεὶ
Στείχουσιν. τί γένωμαι;
Τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν
Ἰάπτουσι πολίταις
Χερμάδ' ὀκριόεσσαν.
Παντὶ τρόπῳ, διογενεῖς,
Θεοὶ, πόλιν καὶ στρατὸν
Καδμογενῆ ῥύεσθε.
Ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον ἀντ. α'.

299. τί γένωμαι] Codd. Regg. τις, quod recte improbat Brunck. Idem in notis scribendum censuit στείχουσιν, pro vulg. στείχουσι, recte, ut opinor. Est enim hic versus trimeter dactylicus, ut duo præcedentes. 301. ἰάπτουσι] ἰάπτουσιν Ald. Rob. 302. ὀκριόεσσαν] Sic Brunckius recte rescripsit auctoritate codd. Regg. (in quibus et glossa adjicitur τραχεῖαν ἢ στερεὰν) pro vulg. ὀκρυόεσσαν. Idem in Mosq. 1. Eidem Prometh. v. 281. debetur verior lectio ὀκριόεσσῃ. 303. διογενεῖς] Omnes ante Brunckium addunt ὦ, quod in Regg. et Mosq. 2. abest. Et vero omisso eo melius constituitur metrum. Hic enim versus: παντὶ τρόπῳ διογενεῖς est anapæsticus dimeter, æque ac antitheticus: καὶ πόλεως ῥυτῆρες. Versus autem 304. θεοὶ πόλιν καὶ στρατὸν cum antistrophico suo εὔεδροί τε στάθητ' est periodicus catalectus, ita ut in illo iambica syzygia præcedat, trochaica sequatur; in hoc autem trochaicam syzygiam iambica excipiat. Itaque non egemus synizesi in voce θεοὶ, quam Heathius admittebat versum 304. ita constituens: ὦ θεοὶ πόλιν καὶ στρατόν.

297. sqq. τοὶ μὲν γὰρ—τί γένωμαι; *Alii enim ad portas confertim densis agminibus ruunt. Quid me fiet?* In πανδημεὶ et πανομιλεὶ discernendis nolim quemquam argutari. Synonyma sunt propter affectum loquentium deinceps posita.

300. sqq. τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν—ὀκριόεσσαν. *Alii in cives undique petitos lapides asperos jaciunt.* χερμάδ' ὀκριόεσσαν singulari numero collective in pluralis locum adhibito. ἀμφιβόλοισιν πολίταις recte Heathius int. *qui undique lapidibus feriuntur,* sicut supra ἀκρόβολοι ἐπάλξεις propugnacula quorum pinnæ feriuntur.

303. sqq. παντὶ τρόπῳ—ῥύεσθε. *Omnibus modis, ô dii Jovigenæ, urbem et populum a Cadmo ortum,* vel hac ipsa Cadmi vobis carissimi memoria adducti, *tuemini.*

306. sqq. ποῖον δ' ἀμείψεσθε—παῖδες; *In quodnam vero terræ solum hac melius migrabitis, relicta hostibus fertili hac tellure, aquaque Dircæa, omnium, quas emittit Neptunus terræ cinctor, Tethyosque liberi, ad bibendum saluberrima.* Stanleius ποῖον δ' ἀμείψεσθε etc. perperam verterat: *Quale reddideritis terræ solum,* rectius vero in annotationibus: *Quodnam aliud petituri estis terræ solum?* item teste Burtono in Commentario inedito: *Quale admigrabitis terræ solum hoc melius?* Nam ἀμείβεσθαι h. l. non est *permutare,*

Τᾶσδ' ἄρειον, ἐχθροῖς ἀφέντες
Τὰν βαθύχθον' αἶαν
Ὕδωρ τε Διρκαῖον εὐ-
τραφέστατον πομάτων,
Ὅσων ἵησι Ποσει-
δᾶν ὁ γαιάοχος
Τηθύος τε παῖδες;
Πρὸς τάδ', ἰὼ πολιοῦχοι

307. τᾶσδ'—ἀφέντες] Quoniam hujus versiculi metrum strophici numeris non satis æquatur (est autem secundus strophæ versus γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι asynartetus ex penthemimeri trochaica et penthem. iambica,) Heathius conj. legendum: τᾶσδ' ἄρειον τοῖς δ'. Id necessarium non esse existimat Brunck., quia versu 290. καρδίας, facta synalœphe in ια, tanquam disyllabum pronuutiare liceat. Equidem, etsi hoc non displicet, facilius tamen esse arbitror pro ἄρειον hoc versu legere ἀρήϊον. 308. βαθύχθον'] βαθύχθονα Mosq. 1. 310. εὐτραφέστατον e codd. Regg. dedit Brunckius. Idem est in Mosqq. Priores edd. εὐτρεφέστατον. 312. Ποσειδᾶν] Ποσειδῶν Rob. Ποσειδὼν Turn. 314. ἰὼ πολιοῦχοι] ὦ πολισσοῦχοι Mosq. 2. ὦ πολλισσοῦχοι Rob. Reliqui ὦ πολιοῦχοι. Sed recte in notis observavit Brunckius, ne metrum claudicet scribendum esse ἰὼ πολιοῦχοι. Huic igitur paruimus. Atque sic versus oritur trimeter dactylic. æqualis strophico 297. τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους.

sed *transire, migrare.* βαθύχθων αἶα, *fertile, pingue solum;* i.q. apud Homerum ἐρίβωλος, et ἐριβῶλαξ. Valde enim celebris erat agri Thebani fertilitas, et salubritas atque amœnitas fontis Dircæi. Sic apud Euripidem agri circum Thebas dicuntur πεδία πυρόφορα. (v. 652. sqq. ed. Brunck.)

Καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε
Νότις ἐπέρχεται γύας
Δίρκας χλοηφόρους
Καὶ βαθυσπόρους.

Quia vero Neptunus, qui h. l. apte γαιάοχος, noto epitheto, *terram cingens, ambiens* appellatur, mari præsidet, e quo flumina non magis oriri quam in illud regredi credebantur, fontes autem et flumina Oceano et Tethye prognata esse fabulose narrabantur, (Hesiod. Theog. 336. sqq.) ideo Æschylus Dircen εὐτραφέστατον πομάτων appellat, ὅσων ἵησι Ποσειδᾶν Τηθύος τε παῖδες. Cum Neptunum nominat, simul ad fontes a Neptuno sæpe emissos respexisse potest.

314. sqq. πρὸς τάδ'—λιταῖσιν. *Proinde, ó dii urbis præsides, illis extra urbes,* sc. perstrepentibus hostibus, *perniciem immittite, quæ stragem inter ipsos edat, eosque arma abjicere cogat, atque hoc modo gloriam vobis parate; civibus vero et civitatis facite liberatores sitis, lugubribus precibus adducti, et firmis in sedibus immaneatis,* a civibus culti. ἄταν h. l. appellative, non de Ate, ut dea, capiendum existimo. Quia vero pernicies et clades hostium partim cæde, partim fuga ac deditione censetur, optime eam et ad sensum accommodatissime insignivit poëta vocabulis ἀνδρολέτειραν et ῥίψοπλον. Ac ῥίψοπλον quidem Stanleius recte fugam innuere admonuit; ut ῥίψασπις dicitur, qui clypeo abjecto e prælio fugit. Idem vero simul ad deditionem pertinere posse putavit; qui

Θεοὶ, τοῖσι μὲν ἔξω
Πύργων, ἀνδρολέτειραν
Καὶ τὰν ῥίψοπλον ἄταν
Ἐμβαλόντες, ἄροισθε
Κῦδος· τοῖς δὲ πολίταις
Καὶ πόλεως ῥυτῆρες
Εὔεδροί τε στάθητ᾽
Ὀξυγόοις λιταῖσιν.
Οἰκτρὸν γὰρ πόλιν τήνδ᾽ ὠγυγίαν στρ. β΄.

321. στάθητ᾽] Ita Brunckius e codd. Regg., vulgo στάθητε.

enim se dedebant, arma abjicere et tradere jubebantur. ἄροισθε κῦδος, optativo imperativi vices explente; quod Atticis præcipue in precibus solenne fuit. (Sic Apollinem invocans Clytæmnestra apud Sophoclem in Electr. v. 639.

Κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε,
Κεκρυμμένην μου βάξιν.

ubi veteres Critici: Κλύοις ἂν, ἐπάκουε. Ἐπὶ γὰρ μεγάλων προσώπων, ἐφ᾽ ὧν ἐδόκει βαρὺ τὸ φανερῶς προστάττειν, ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ εὐκτικῷ μετὰ τοῦ ἂν, ὡς ἐνταῦθα. *Burton.* Sed illud ἂν sæpe quoque in optandi formulis omitti constat.)

τοῖς δὲ πολίταις, relatum ad illa τοῖς μὲν ἔξω πύργων, dativo extulit, ut oppositio claresceret; ceterum idem est ac si dixisset, τῶν δὲ πολιτῶν καὶ πόλεως ῥυτῆρες. εὔεδροι vel sunt *bonas sedes, bona templa sortiti*, ut respiciatur ad v. 307. vel *firmiter sedibus inhærentes*, quod h. l. aptius videtur, cum paulo ante deprecatus sit Chorus, ne dii sedibus suis relictis urbem desererent. ὀξυγόοις λιταῖσιν Stanl. ita intellexit, ut sit dativus causæ, id quod optime convenit; *propter flebiles preces nostras.* Aliæ enim quæ in Scholiis leguntur interpretationes ipso hoc epitheto ὀξύγοος evertuntur. Imo quæ sequuntur, οἰκτρὸν γὰρ etc. satis produnt, Chorum deos rogare, ut se precibus ad misericordiam commoveri patiantur.

323. πόλιν τήνδ᾽ ὠγυγίαν. "Ὠγύγιον, παλαιὸν, ἀρχαῖον Hesychio. Ratio nominis inde est: Erat Ogyges rex perantiquus, quem alii Atticæ, alii Thebarum regem constituunt, in quibus πύλας Ὠγυγίας volunt ab illo sic dictas, ipsam urbem Ogygiam, unde Statius bellum hoc Ogygium vocat lib. vii. Propter vero regis illius antiquitatem, antiqua omnia vocabantur ὠγύγια. Quod etiam eo videtur probabilius, quia Καλυδναῖα interprete Hesychio significat ἀρχαῖον, παλαιόν. Nam Calydnus rex erat Thebarum antiquissimus. Unde καλυδναῖον et ὠγύγιον procul dubio ab utroque rege, propter vetustatem. Hinc fit, ut Thebas Ægyptiorum, quibus nihil cum Ogyge, Ogygias etiam alibi vocet. Potuit etiam utrobique reddi μέγα, ὑπερμέγεθες, ut monuit Hesychius et Suidas. Pindarus Nem. Od. 6.

—βοτάνα τέ νιν
ποθ᾽ ἁ λέοντος νικάσαντ᾽ ἔρεψ᾽ ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ᾽ ὠγυγίοις ὄρεσι.

ubi licet Interpres reddat *vetustis*, atque insuper Scholiastes ἀρχαίοις τοῖς Φλιοῦντος ὄρεσι, malim tamen reddi *immensis, sublimibus*, quia *vetustus* montis

Ἀΐδι προϊάψαι, δορὸς ἄγραν,
Δουλίαν ψαφαρᾷ σποδῷ,
Ὑπ' ἀνδρὸς Ἀχαιοῦ θεόθεν,
Περθομέναν ἀτίμως;
Τὰς δὲ κεχειρωμένας ἄγεσθαι
Ἒ, ἓ, ἓ, νέας τε καὶ παλαιὰς
Ἱππηδὸν πλοκάμων
Περιῤῥηγνυμένων φαρέων.
Βοᾷ δ' ἐκκενουμένα πόλις,
Λαΐδος ὀλλυμένας μιξοθρόου,

324. Ἀΐδι] Ἀΐδα Ald. Rob. 328. ἄγεσθαι] ἄγεσθε Ald. vitiose. 330, 331. πλοκάμων, περιῤῥηγνυμένων] πλοκάμων πέρι ῥηγνυμένων Ald. πλοκάμων, περὶ ἐῤῥηγμένων. Sed præferenda est, ut Brunckius vidit, lectio codd. Regg. περιῤῥηγνυμένων. Namque sic demum versus recte respondet antistrophico v. 345. 332. ἐκκενουμένα] ἐκκενουμένη Rob. 333. Λαΐδος] ληΐδος Ald. Turn. ὀλλυμένας] ὀλλυμένης Mosq. 1. κινουμένης Mosq. 2. Ceterum hunc versum cum præcedente ita forte rectius constituere liceat:

Βοᾷ δ' ἐκκενουμένα πόλις
Λαΐδος, ὀλλυμένα, μιξόθροος,

h. e. *clamat autem urbs opibus dum exinanitur, perdita, et confuso strepitu plena.*

epitheton satis est ineptum; (quod tamen Stanleii judicium recte improbavit Ernesti ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 14.) ut etiam pace interpretum in illo Callimachi hymn. 1.

ἀλλὰ ἑ Ῥείης
Ὠγύγιαι καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες."

Stanl.

324. Ἀΐδι προϊάψαι Homerica phrasis ad urbem translata, qua ille de heroibus in bello cæsis utitur. Itaque h. l. est *ad interitum dare, evertere.* δορὸς ἄγραν, *hastæ prædam*, i. e. armata manu expugnatam.

325. δουλίαν ψαφαρᾷ σποδῷ, *sordido pulveri ancillantem s. servientem*, graviter et ornate, pro *in cineres et pulverem redactam.*

326. ὑπ' ἀνδρὸς Ἀχαιοῦ, singulariter pluralis loco, pro: *ab Argivorum exercitu.* θεόθεν *divinitus immisso*, si ad Ἀχαιοῦ traxeris; sin ad περθομέναν, significat, *divino nutu ac numine.*

327. περθομέναν ἀτίμως, *inglorie expugnatam ac vastatam.*

328. sqq. τὰς δὲ—φαρέων. *Et captivas duci mulierculas, heu! heu! puellas ac vetulas, equorum ritu capillis tractas, vestibus ab infesto hoste circumcisis.*

ἱππηδὸν quia equi interdum juba trahuntur. ἀ. π. ὰ. πλοκάμων cum Grotio ut legamus, nihil opus est. ἀπὸ enim intelligi debet, non scribi. Sic Suppl. v. 440. ἀγομέναν ἱππηδὸν ἀμπύκων. (Plura exempla verbi ἄγειν cum genitivo sic constructi attulit Valckenaer ad Theocrit. Idyll. iv. 35.)

332. sq. βοᾷ δ' ἐκκενουμένα πόλις, Λαΐδος ὀλλυμένας μιξοθρόου, *clamat vero urbs dum exinanitur* (diripitur) *captivis passim inter promiscuum strepitum pereuntibus.* Sic interpretor hæc verba, ut quidem

Βαρείας τοι τύχας προταρβῶ.
Κλαυτὸν δ' ἀρτιτρόποις, ὠμοδρόπων ἀντ. β'.
Νομίμων προπάροιθεν, διαμεῖψαι
Δωμάτων στυγερὰν ὁδόν.

334. τοι abest Ald. Rob. Turn. προταρβῶ] malim προταρβεῖ, ut non ad Chorum pertineat, sed ad urbem, de qua paulo ante dictum erat βοᾷ—πόλις. Sic et sequentia melius cohærent. 335. κλαυτὸν] κλαυστὸν Rob. ὠμοδρόπων] ὠμοτρόπων Rob. male. 337. δωμάτων] δομάτων Ald. Rob. vitiose.

plane sic scripserit poëta. Tum enim Λάϊς pro captivo populo dixerit necesse est, sicut Hesych. Λάϊδας exponit αἰχμαλώτους. Haud absimile illud Homeri Odyss. κ. 122.

ὄφρα δὲ κακὸς κόναβος κατὰ νῆας ὀρώρει
Ἀνδρῶν ὀλλυμένων, νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμενάων.

De emendatione h. l. quam in V. L. tentavi, liberum esto lectoribus judicium. Non enim est ejusmodi, ut acriter eam defendere velim.

334. βαρείας τοι τύχας προταρβῶ. *Quæ cum ita sint, jam exhorreo graves illas ac tristes calamitates*, quæ nobis urbe nostra expugnata subeundæ forent. Aptius autem fortasse fuerit, ut in V. L. recensenda observavi, legere προταρβεῖ, hoc sensu: *clamat civitas scilicet graves calamitates* prospiciens *cohorrescit ac metuit*.

335. ἀρτίτροπος exponitur *virgo adulta*. Tale enim quid sensus certe poscit. Sed quomodo id e vocabuli compositione efficiatur, obscurum est. Equidem fateor me parum delectari illa Scholiastæ paraphrasi: ἄρτι ἀπὸ τῆς ἡλικίας παιδικῆς τρεπομένη πρὸς τελειοτέραν. Multo minus exspecto fore, ut cuiquam arrideat Pauwii explicatio, qui ἀρτιτρόπους esse fingit, "quarum mores vix sese prodant; in quibus sexus te indolis muliebris indicia certa vix appareant." Ingenue fateor, suspectum mihi hoc adjectivum esse, et spurium videri. Forte Æschylus scripserat:

Κλαυτὸν δ' ἀρτινύμφοις ὠμοδρόπων,

et librarii extremas syllabas sequentis vocabuli hic jam, ut sæpe accidit, mente et stilo anticiparunt. Fieri etiam potest, ut sic scripserit poëta:

Κλαυτὸν γάρ τι κόραις, ὠμοδρόπων etc.

Quicquid sit, ubi nunc est ἀρτιτρόποις, ibi aliud quiddam Æschylum scripsisse mihi persuadeo, nisi aliorum locorum auctoritate veritas ac sensus adjectivi ἀρτίτροπος confirmetur. Ut ἀρτίγαμοι appellantur νεόγαμοι, sic recte Æschylus ἀρτινύμφοις scribere potuit pro νεονύμφοις h. e. *nuper desponsatis*. ὠμόδροπα νόμιμα sunt solennia crudum virginitatis florem decerpentia, i. q. scriptor prosaicus *justas nuptias* diceret. πάροιθεν enim ὠμοδρόπων νομίμων significat ANTE *justas nuptias*; nec assentior Heathio, qui πάροιθεν non ad temporis, sed ad loci significationem traxit, et cum δωμάτων conjungi voluit, hoc ordine ac sensu verborum: κλαυτὸν δὲ ἐστιν ἀρτιτρόποις, διαμεῖψαι στυγερὰν ὁδὸν νομίμων ὠμοδρόπων, προπάροιθεν δωμάτων, *deplorandum vero est virginibus modo pubescentibus, detestabile iter peragere gaudiorum nuptialium vi a crudis adhuc decerptorum ante earum domum*, h. e. *deplorandum est, virgines teneras in publico stuprum pati*. Πάροιθεν cur ad tempus referri negaret, causa non erat, vid. lex. h. v., et νόμιμα de stupro violento dici posse, sane meo quidem judicio nemini persuadebit. Itaque sic potius interpretandus est locus: *Lacrymabile est virginibus nuper desponsatis, ante solennia nuptialia paternis ædibus relictis odiosum iter*, scil. in servitutem, *peragere*.

Τί; τὸν φθίμενον γὰρ προλέγω
Βέλτερα τῶνδε πράσσειν.
Πολλὰ γὰρ, εὖτ᾽ ἂν πόλις δαμασθῇ,
Ἒ, ἒ, ἒ, δυστυχῆ γε πράσσει.
Ἄλλος δ᾽ ἄλλον ἄγει,
Φονεύει, τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ.
Καπνῷ χραίνεται πόλισμ᾽ ἅπαν·
Μαινόμενος δ᾽ ἐπιπνεῖ λαοδάμας
Μιαίνων εὐσέβειαν Ἄρης.

338. τί; τὸν] τὶ τὸν Ald. Rob. 340. εὖτ᾽ ἂν] Ita codd. Regg. auctoritate emendavit Brunck. hac ratione et constructioni et metro consulens; adhuc εὖ τε edebatur in omnibus. 341. δυστυχῆ γε] Sic Turn. Brunck. δυστυχῆ τε πράσσειν Ald. δυστυχῆ τε πράσσει Vict. πράσσει] Hoc verbum hic e versiculi 339. clausula repetiisse videntur librarii, cum poëta scripsisset πάσχει. Saltem hoc verbum multo est h. l. aptius. 343. τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ] καὶ omissum Rob. 344. καπνῷ χραίνεται] καπνῷ δὲ χραίνεται edd. consensu. Brunckius autem recte expunxit particulam metro adversantem. 345. δ᾽ ἐπιπνεῖ] Revocavi lectionem Turn. Vict. quæ mihi ideo arridet, quod Martem sistit urbis incendium sufflantem. δ᾽ ἐπιπνεῖ Ald. Rob. δὲ πιτνεῖ Brunck. e codd. Regg. qui in Reg. B. præter istam etiam hanc δ᾽

338, 339. τί; τὸν φθίμενον γὰρ προλέγω βέλτερα τῶνδε πράσσειν. *Quid multa? feliciorem his, quibus talia accidunt, mortuum esse puto.* Hœlzlinus ad Apollon. l. 9. legendum existimabat: τὸν φθίμενον γὰρ πρὸ λέγω, ut sit tmesis pro προφθίμενον, quod sane non displicet; nam et Scholiastes interpr. τὸν προτεθνηκότα, et sententia exit elegans et gravis: *Quid multa? Longe beatiores his eos existimo, quibus, antequam talia viderent, contigit mortem oppetere.* Si vulgata servetur προλέγω, sic intelligendum est, ut Chorus ad suam ipsius fortunam, quam metuebat, respexerit, sicut antea βαρείας τοι τύχας προταρβῶ v. 337.

340, 341. πολλὰ γὰρ—δυστυχῆ γε, *multa et quidem infelicia.* δυστυχῆ πράσσειν dictum esse potest pro κακῶν πράσσειν. Veruntamen jam in notis ad V. L. professus sum, repetitionem hujus verbi mihi parum h. l. placere.

342. ἄλλος—πυρφορεῖ. *Alius alium rapit, cædit, hic ibi et incendium facit.* τάδε Heathius rescribendum, ac δεικτικῶς intelligendum esse arbitratur, quasi Chorus templa vicina significaverit. Non assentior.

344. sqq. καπνῷ—Ἄρης. *Fumo tota urbs inquinatur; furibundus autem populorum domitor polluens pietatem* buccis quasi *sufflat* incendium. Martis imago incensæ urbis flammam sufflantis apta est antecedentibus; neque vero nulla est inter χραίνεται et μιαίνων relatio. Supra metaphora paulo aliter informata dicebantur Ἄρεος πνοαὶ, in quo similitudo a ventorum mare irritantium impetu petebatur. Fortasse etiam ἐπιπνεῖν simpliciter positum pro *incitare,* ut bis apud Euripidem in Phœniss. v. 800. 805. ed. Brunck. (al. v. 806. 811.) Quocunque modo interpreteris, ἐπιπνεῖ præferenda videtur Brunckianæ πιτνεῖ, quæ, si vera esset, significaret *ruit.*

Κορκορυγαὶ δ' ἀν' ἄστυ, στρ. γ'.
Ποτὶ πτόλιν δ' ὀρκάνα πυργῶτις.
Πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀνὴρ δορὶ καίνεται·

ἐπίστω invenit. 347. ἀν' ἄστυ] ἀνὰ ἄστυ Ald. 348. πτόλιν] πόλιν Rob. ὀρκάνα] Sic Brunck. e codd. Regg. vulg. ὀρκάνη.

347, 348. κορκορυγαὶ—πυργῶτις. *Perstrepit urbs clamoribus; hæc autem hostium turribus quasi septo quodam includitur.* ὀρκάνα πυργῶτις, *septum turritum*, h. e. agger turribus instructus. Nimirum in oppugnationibus, cum urbem vallo cinxissent, turres etiam fiebant. Eæque vel propugnacula erant, turribus obsessorum civium opposita, in ipso vallo exstructa; vel machinæ subditis rotis mobiles, tabulatæ, adeoque proceræ, ut, Vitruvio teste, non solum urbis muros, sed etiam turres lapideas altitudine superarent. Hujus tamen turrium generis an Æschyli ætate jam usus fuerit, dubito. Verius igitur est, de vallo, cui turres inædificatæ essent, interpretari.

349—357. Sequitur luculenta facinorum hostilium in urbe expugnata descriptio. πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀνὴρ δορὶ καίνεται, *a viro vir hasta interficitur*; hoc ad militum in urbe expugnata superstitum cædem pertinet.

Βλαχαὶ δ' αἱματόεσσαι Τῶν ἐπιμαστιδίων 'Αρτιβρεφεῖς βρέμονται] Hi versiculi non uno incommodo laborant. Cum enim jam duriusculum sit, βλαχαὶ αἱματόεσσαι dicere pro *vagitu infantum e cruentis eorum vulneribus orto*, tum multo durius id ipsum cum ἀρτιβρεφεῖς conjungere, præsertim ubi adjunctum sit τῶν ἐπιμαστιδίων, quo cum eadem notio, quæ est in ἀρτιβρεφεῖς, designetur, alterutrum h. l. misere languere et abundare necesse est. Itaque quamquam vulgatam sic vertunt: *Balatus cruenti lactentium pueriles strepunt*; adduci tamen non possum, ut nihil hic interpolatum esse credam. Nimirum βλαχαὶ pro πλαγαὶ a librariis vocem dictantis male assequentibus repositum, et quod sequitur ἀρτιτρεφεῖς aut quod alii legunt ἀρτιβρεφεῖς vel ex glossa vocabuli ἐπιμαστιδίων, vel ex alio quodam adjectivo corruptum in textum immigrasse, genuinamque lectionem sede sua exturbasse, conjicio. Si itaque legamus:

Πλαγαὶ δ' αἱματόεσσαι
Τῶν ἐπιμαστιδίων
'Αρτιφερεῖς βρέμονται,

sensus erit: *Verbera vero s. vulnera cruenta puerorum lactentium nunc illis inflicta sonant, seu strepunt.* Πλαγαὶ cum βλαχαὶ facile permutari potuit. Et αἱματόεσσα πλαγὰ occurrit Choëph. v. 466. Ut autem dicitur πλαγὴν φέρειν, *plagam infligere*, sic πλαγαὶ ἀρτιφερεῖς bene dicuntur, *plagæ nunc inflictæ*, s. *quæ cum maxime infliguntur*. An alibi vocabulum ἀρτιφερὴς usurpatum sit, equidem nescio; compositio tamen et sensus non abhorret ab analogia Græcæ linguæ; ut enim ἀρτιγραφὴς est *recens scriptus*, ἀρτιτρεφὴς *recens nutritus*, sic ἀρτιφερὴς recte diceretur, *recens illatus, modo inflictus*. Non tamen huic epitheto sic inhæreo, ut de eo cum quoquam concertare velim. Per me enim licet, quodcunque aliud probabilius fuerit, substituere; modo mihi detur, neutram vulgatarum lectionum, ἀρτιτρεφεῖς, aut ἀρτιβρεφεῖς, commodum h. l. sensum præbere. Imagines vero infantum lactentium ab ipsis matrum mammis violenter abstractorum, verberibus aut vulneribus læsorum, imo sævis ab hostibus trucidatorum, sæpe obversantur poëtis urbis obsessæ expugnationem describentibus. Aptius quoque hæc inter se cohærent: πρὸς ἀνδρὸς δ' ἀνὴρ δορὶ καίνεται—π λ α γ α ὶ δ' αἱματόεσσαι βρέμονται—ἁ ρ π α γ α ὶ δ. δ. ὁμαίμονες; hac

Βλαχαὶ δ' αἱματόεσσαι
Τῶν ἐπιμαστιδίων
Ἀρτιβρεφεῖς βρέμονται."
Ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες·
Ξυμβολεῖ φέρων φέροντι,

350—352. Hi versus difficultate laborant. Nihil enim durius est, quam *balatus cruentos infantum pueriles* dicere, pro ejulatu infantum ex cruentis vulneribus orto. Quid, si legamus:

Πλαγαὶ δ' αἱματόεσσαι
Τῶν ἐπιμαστιδίων
Ἀρτιφρεφεῖς βρέμονται.

Tum sane sensus exiret facilior et commodior: *Cruenta vero vulnera*, seu *cruentæ vero plagæ infantibus jam nunc inflictæ sonant*. Sed plura de h. l. in Commentario disputavimus. 350. βλαχαὶ] βληχαὶ Ald. Rob. 352. ἀρτιβρεφεῖς] Hæc est lectio cod. Reg. B. quam Brunckius vulg. ἀρτιτρεφεῖς substituit. 353. ἁρπαγαὶ δὲ] ἁρπαγαὶ δὴ Ald. διαδρομᾶν] Puto legendum esse διαδρόμαν ab adjectivo διάδρομος, ut significet: *Rapinæ fiunt discurrentium incolarum æque cruentæ.* Διαδρομᾶν, pro quo in Mosq. 1. διαδρομῶν, a substantivo διαδρομὴ, h. l. non placet. 354. ξυμβολεῖ] ξυμβαλεῖ Ald. Rob. ξυμβαλεῖ superscripto ultimæ syllabæ ῃ Mosq. 1. ξυμβάλλει Mosq. 2.

enim consecutione triplex hostilium facinorum genus adumbratur: cædes virorum, vulneratio infantum, raptus mulierculárum.

353. ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες. Heathius hæc ita intelligit, *rapinæ fiunt discursitationum fratres*, quippe quæ mutuo se comitentur. Quæ ratio cum nimis obscura ac difficilis sit, nec satis antecedentibus respondeat, nec tamen ut nunc leguntur verba aliam fere explicationem admittant, levissima et facillima emendatione ita legendum esse suspicatus sum :

ἁρπαγαὶ δὲ διαδρόμαν ὁμαίμονες,

raptus vero discurrentium (scil. incolarum, mulierum præsertim) *æque cruenti ;* in quo vel εἰσὶ supplendum, vel ex antecedentibus repetendum est βρέμονται. Vulgatum διαδρομᾶν est a διαδρομή; sed adjectivo διάδρομος alibi quoque Æschylus utitur; ut supra διάδρομοι φυγαὶ v. 193. Atque ut hoc modo ἁρπαγαὶ ad πλαγαὶ, διαδρόμαν ad ἐπιμαστιδίων, sic etiam ὁμαίμονες ad αἱματόεσσαι commode refertur. Ὁμαίμονες autem non exponendum est *consanguineæ*, sed primo vocabuli significatu *æque cruentæ ;* sicut simplex adjectivum αἵμων *cruentum* notat. cf. v. 942. Jam comparet lector universi horum versiculorum contextus interpretationem vulgarem, cum ea, quam ex emendatione nostra effecimus. Vulgo enim sic Latine redduntur : *A viro autem vir hasta interficitur ; balatus autem cruenti lactentium infantum pueriles strepunt ; rapinæ discursationum consanguineæ s. discursibus affines fiunt.* Nos vero, paucis in textu mutatis, ita vertimus : *A viro vir hasta interficitur ; cruenta vulnera s. verbera lactentibus pueris inflicta sonant, raptusque discurrentium* (mulierum et virginum) *strepunt* vel *fiunt, æque cruenti.*

354—357. ξυμβολεῖ—λελιμμένοι. *Rapiens rapienti occursat, vacuusque vacuum advocat, partis prædarum cupidus ; omnes vero plura quam ceperunt appetentes.* κενὸς opponitur τῷ φέροντι; ii qui nondum partem de præda ceperunt, alios æque

Καὶ κενὸς κενὸν καλεῖ,
Ξύννομον θέλων ἔχειν,
Οὔτε μεῖον, οὔτ' ἴσον λελιμμένοι.
Τίν' ἐκ τῶνδ' εἰκάσαι λόγος πάρα;
Παντοδαπὸς δὲ καρπὸς ἀντ. γ'.
Χαμάδις πεσὼν ἀλγύνει κυρήσας·
Πικρὸν δ' ὄμμα τῶν θαλαμηπόλων·
Πολλὰ δ' ἀκριτόφυρτος

357. λελιμμένοι] λελιμμένος Ald. Rob. Turn. λελειμμένοι Vict. λελιμμένοι Brunck. reperit in codd. Regg. in quibus Glossa adjecta ἐπιθυμοῦντες λαβεῖν. Sic et Mosq. 2. In Mosq. 1. λελιμμένοι, secundæ autem syllabæ superscriptum η. 360. κυρήσας] Quamquam Brunckius hanc lectionem sollicitari non vult, mihi tamen Heathius Æschyli manum assecutus videtur, reponendum censens κυρούσας; ita enim hic sensus exit: *Omnigeni fructus in terram projecti mœrore afficiunt feminas, quæ in eos incidunt;* quæ quidem sententia sequenti versiculo magis declaratur. Si κυρήσας genuinum est, insolentiori structura usus est Æschylus, et cum κυρεῖν alias dicatur de hominibus, qui in res quasdam incidunt, id de rebus, quæ in hominum oculos incurrunt, usurpavit, suppresso etiam substantivo aut pronomine personali. Id quod hac glossa explicatur, quam Brunck. e. cod. Reg. protulit; κυρήσας· εὑρεθεὶς τινὶ ἀλγύνει ἐκεῖνον. Quicquid sit, Pauwii certe conjectura, τρεφούσας pro κυρήσας substituentis, nihil habet, quo se nobis commendet. 361. τῶν θαλαμηπόλων] τῶν ex Arnaldi emendatione cum Brunckio metri causa inseruimus. 362. πολλὰ] πολλὴ Rob.

vacuos advocant. ξύννομον θέλων ἔχειν vertit Stanl. *participem habere volens;* ego vero τὸ ξύννομον, non masculino, sed neutro genere, intelligo *justam portionem prædæ;* nisi forte potius fuerit rescribere: τοὔννομον, pro τὸ ἔννομον, *legitimam prædæ partem.* οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι circumscriptio est τῶν πλεονεκτούντων. Pluralis λελιμμένοι tam ad φέροντα quam ad κενὸν referendum.

358. τίν' ἐκ τῶνδ' εἰκάσαι λόγος πάρα; *Quid igitur ex his conjicere ratio est?* s. *Ex his igitur quamnam de nobis* scil. *conjecturam facere in promtu est? Was können wir nun daraus vernünftiger Weise für einen Schluss machen, wie es uns ergehen werde?*

359. sq. παντοδαπὸς — ἀλγύνει κυρήσας. *Fructus autem omnis generis humi disjecti molestia afficiunt occurrentes* scil. oculis civium, præcipue mulierum, bona ista misere disperdi indignantium.

361. πικρὸν δ' ὄμμα τῶν θαλαμηπόλων. Θαλαμηπόλοι h. l. non sunt *cubiculariæ, Kammerfrauen,* sed *cellariæ, penus procuratrices, Ausgeberinnen, Haushälterinnen,* qualis erat Euryclea in domo Ulyssis apud Homerum. Θάλαμος enim interdum *cellam promtuariam* significat. Harum igitur *tristis et acerbus vultus* esse dicitur, cum vident frumenta, vina, aliaque in genus penora per summam hostium nequitiam perdi ac profligari.

362. sqq. πολλὰ — φορεῖται. *Multaque terræ munera promiscue in fluvios abjecta, inutilibus undis, ubi nemini prodesse possunt, auferuntur.* οὐτιδανὰ ῥόθια

Γᾶς δόσις οὐτιδανοῖς
'Ἐν ῥοθίοις φορεῖται.
Δμωΐδες δὲ καινοπήμονες νέαι
Τλήμονες εὐνὰν αἰχμάλωτον
'Ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος. ὡς
Δυσμενοῦς ὑπερτέρου
'Ἐλπίς ἐστι νύκτερον τέλος μολεῖν
Παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίρροθον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ὅ τοι κατόπτης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, στρατοῦ

364. ῥοθίοις] Sic auctore Brunckio scribendum. Vulgatæ ῥοθίοισι metrum repugnat. 366. τλήμονες εὐνὰν αἰχμάλωτον] Heathius vel ex adjectivo τλήμονες transitivam vim verbi τλῆμι repetendam esse, ut τλήμονες subintellecto εἰσὶ sit i. q. τλᾶσι; vel rescribendum τλήμονες (scil. εἰσὶ) εὐνᾶν αἰχμαλωτᾶν. Neutrum tamen necessarium est; quia si τλήμονες interpreteris, *ærumnosæ* et *infelices*, accusativus ab omissa præpositione κατὰ regi potest. 367. εὐτυχοῦντος. ὡς δυσμενοῦς] Commate post δυσμενοῦς distinguitur Rob. Rectius auctore Heathio puncto post εὐτυχοῦντος posito, sequentia verba cum v. 369. conjunguntur. 370. παγκλαύτων] παγκλαύστων Ald. Rob.

sic dici videntur, quoniam iis res ad victum necessariæ corrumpuntur, et inutilia redduntur.

365. δμωΐδες δὲ—εὐτυχοῦντος. *Novæque ancillæ, nova mala*, quæ numquam antea acciderant, *passæ, miseræ sunt ob servile connubium beati viri* scil. victoris. Hoc modo si interpreteris, Heathii tricas effugias, qui τλήμονες suppleto εἰσὶ idem esse putabat ac τλᾶσι. εὐνὰ αἰχμάλωτος designat miseram liberæ virginis conditionem, quam victor captivam, invitamque turpi servitio tori concubinam tenet.

367. sqq. ὡς δυσμενοῦς ὑπερτέρου—ἐπίρροθον. Heathius vertit: *adeo ut, si hostis superior evaserit, spes sit nocturnum finem* (i. e. *mortem*) *adventurum miserrimarum calamitatum liberatorem.* Recte quidem, si verba δυσμενοῦς ὑπερτέρου ad Chorum pertinerent, quæ tamen concinnius ad illas δμωΐδας καινοπήμονας referuntur, de quibus modo universe locutus erat. Itaque sic potius interpretandum censeo: *Adeo ut his puellis sub immiti domino*, hoste scil. victore, *unica spes in æterna nocte relinquatur, quæ sola nimirum tristissimis ac multum defletis calamitatibus optatum aliquando sit finem impositura.*

371. Chorus ab altera parte speculatorem s. nuntium, ab altera Eteoclem advenire videt.

ὅ τοι κατόπτης—φέρει. At ecce, speculator ille, quantum nobis videtur, novum de exercitu hostili nuntium, ô amicæ, affert. στρατοῦ vel a κατόπτης, vel a πευθὼ regi potest. Prius tamen prætulerim. cf. Prometh. v. 949. νέαν πευθὼ, *eine neu eingezogene Nachricht.*

Πευθώ τιν' ἡμῖν, ὦ φίλαι, νέαν φέρει,
Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.
Ἡμ. Καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' αὐτὸς Οἰδίπου τόκος
Εἰσ' ἀρτίκολλον ἀγγέλου λόγον μαθεῖν·
Σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐκ ἀπαρτίζει πόδα.

375. ἀρτίκολλον] ἀρτίκωλον Mosq. 2.

373. σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν. Hanc locutionem, præsertim extra canticum, justo nimis turgidam et catachresticam esse non diffiteor; quamquam ea fortasse pro diverso linguarum ingenio mollius ad Græcorum quam ad nostrorum hominum aures accidit: certe ad verbum translata nobis quidem toleranda non videretur. διώκων h. l. est *urgens, ad celeritatem impellens*, ut nihil opus sit cum Stanleio legere διοικῶν, (διοικῶν pro V. L. affertur ex uno cod. Askewiano,) id quod sane affectatam dicendi difficultatem in hoc versiculo augeret potius, quam imminueret. Veritas autem audaciori metaphoræ non deest. Ut enim, qui celerius curru vehitur, facit ut rotæ celerius circum axes convertantur, ita qui se ad cursum dat, pedibus citatiorem motum imperat. πόμπιμοι χνόαι ποδῶν dicuntur, quia ut sessorem currus, sic pedes corpus hominis promovent, et quo tendit animus, eum *deducunt*.

374. sq. Altera pars Chori respondet: *Et vero ipse quoque rex, Œdipi filius, aggreditur, recentem nuntii sermonem auditurus.* In ἀρτίκολλον bene observat Heathius metaphoram ductam esse a novo quodam opificis opere, recens coagmentato et conglutinato. Usu tamen translatio h. v. Æschyli ætate jam trita fuisse videtur.

376. σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐκ ἀπαρτίζει πόδα. Sallierius (ad Mœrin p. 82. ed. Pierson) vertit: *Sed illius festinatio non sinit gradum absolvere;* (Pauwius verba οὐκ ἀπαρτίζει πόδα sic interpretatur: *facit ut pes sibi non sit æqualis;* quia in festinatione gressus pares non sint. At hæc interpretatio eodem incommodo premitur. Stanleiana autem versio: *Festinatio vero ejus non moratur gradum*, quomodo e Græcis effici possit, non intelligo.) quæ quidem versio, cum per se parum commoda est, tum particula καὶ, quam neglexit Sallierius, plane convincitur. Hæc enim significat idem h. l. de Eteocle dici, quod alter Semichorus de nuntio prædicaverat. Nempe nihil aliud sensus postulat, quam Eteoclem ipsum quoque festinare. Cui cum aperte contrarium sit οὐκ ἀπαρτίζει πόδα, certum mihi est, legendum esse

σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὖν ἀπαρτίζει πόδα,

(In Guelf. legitur: σπουδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐ καταρτίζει πόδα. Vulgata tamen in glossa marginali commemoratur.) *et hujus igitur pedem festinatio* audiendi studio commota *accelerat*. οὐκ et οὖν sæpe a librariis permutata sunt. ἀπαρτίζω, proprie *perficit, perfectum reddit*, h. l. ad pedes translatum, est *accelerat, celerius movet*.

IN SCENAM VI.

v. 377—678.

Sequitur longissima dramatis scena, quæ maximam quidem partem in narratione ac descriptione versatur, non tamen omnino motu et actione caret; siquidem singulis nuntii relationibus

ΑΓΓΕΛΟΣ. ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Ἀγ. ΛΕΓΟΙΜ' ἂν, εἰδὼς εὖ, τὰ τῶν ἐναντίων,
Ὥς τ' ἐν πύλαις ἕκαστος εἴληχεν πάλον.
Τυδεὺς μὲν ἤδη πρὸς πύλαισι Προιτίσι
Βρέμει· πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν
Ὁ μάντις. Οὐ γὰρ σφάγια γίνεται καλά.
Τυδεὺς δὲ μαργῶν, καὶ μάχης λελιμμένος,

378. εἴληχεν πάλον] εἴληχε κλῆρον Ald. quod glossam sapit. εἴληχε πάλον Mosq. 1. εἴληχε πάλῳ Mosq. 2. et supra gl. ἐκληρώθη κλήρῳ.

Eteocles commovetur, ut septenis hostium ducibus septenos portarum propugnatores designet. A notatione morum vero et sententiarum gravitate magnopere laudanda est hæc pars fabulæ, etiamsi longiusculæ insignium, quibus hostium duces in clypeis uterentur, descriptiones magis ad illius, quam ad nostræ ætatis sensum revocentur necesse sit, siquidem eas excusare, aut adeo probare lectoribus velis. Ad nostrum enim populum certe frigerent.

377. sq. λέγοιμ' ἂν—πάλον. (πάλον etiam est in Ask. C. πάλῳ in Guelf.) *Re diligenter explorata narrare possum, quæ sit hostilis exercitus constitutio, et quam quisque ducum portam sortitus sit.* In hac portarum designatione non omnino cum Æschylo consentiunt Euripides in Phœnissis, et Apollodorus in Bibliotheca, quorum dissensum post suo loco notabimus.

379. Τυδεύς. Euripides Tydeum Homoloïdi, (Phœniss. v. 1130.) Apollodorus Crenidi (Bibl. lib. iii. p. 154.) portæ admovet; Prœtidi autem uterque Amphiaraum. Sed nimirum in ipsis portarum Thebanarum nominibus auctores dissentiunt. Æschylus enim portas nominat 1. Prœtidas, 2. Electras, 3. Neïtas, 4. Oncæas, 5. Borrheas, 6. Homoloidas, 7. Hebdomas s. septimas. Euripides vero, quamquam alio ordine, 1. Prœtidas, 2. Electras, 3. Neïtas, 4. Crenæas, 5. Ogygias, 6. Homoloidas, 7. Hebdomas appellat. Pausaniæ vero memorantur 1. Prœtides, 2. Electræ s. Electrides, 3. Neïtæ s. Neïtides, 4. Crenææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloïdes, 7. Hypsistæ. Statius eas his nominibus recenset: 1. Prœtides, 2. Electræ, 3. Neïtæ, 4. Dircææ, 5. Ogygiæ, 6. Homoloides, 7. Hypsistæ. At in alia omnia abit Hyginus. (Mythol. c. 69.) qui portas Thebarum ab Amphione septem filiarum nomine distinctas fuisse perhibet, quarum nomina fuerint Thera, Cleodoxe, Astynome, Asticratia, Chias, Ogygia, Chloris.

379—381. Τυδεὺς—καλά. *Tydeus quidem jam fremens ad Prœtidem portam tendit? non tamen eum vates* (Amphiaraus) *Ismeni vada transire sinit, quia scilicet hostiæ non favent.*

382. sq. Τυδεὺς δὲ μαργῶν—βοᾷ. *Tydeus autem furens et pugnæ cupidus, sicut draco meridianis caloribus excitus, clamat.* Nimirum genus est serpentum, quod æstivis potissimum caloribus, et maxime quidem circa meridiem, sævit. Luculentus est Virgilii locus, qui hanc Æschyli comparationem præclare illustrat, Georg. iii. 425.

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis.

Μεσημβριναῖς κλαγγαῖσιν ὡς δράκων, βοᾷ.
Θένει δ' ὀνείδει μάντιν Ὀϊκλείδην σοφὸν,

384. θένει] σθένει Ald. θείνει Rob. Mosqq. ὀνείδει] ὀνειδίζει Mosq. 2.

Squamea convolvens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus alvum:
Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum
Vere madent udo terræ et pluvialibus Austris,
Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.
Postquam exusta palus, terræque ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum, et flammantia lumina torquens
Sævit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.

ubi recte monet doctissimus Heynius, *exterritum* idem esse ac *furentem*, *insanum* (μαργῶντα). Idem apte laudat Nicandr. Theriac. v. 371. Lucem quoque Æschyli loco, in quo versamur, ista Statii descriptio affundit (Thebaid. v. 505. sqq.):

Interea campis, nemoris sacer horror Achæi,
Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto
Immanem sese vehit, ne post terga relinquit.
Livida fax oculis: tumidi stat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, et auratæ crudelis gloria frontis
Prominet. Inachio sanctum dixere tonanti
Agricolæ, cui cura loci, et silvestribus aris
Pauper honos. Nunc ille dei circumdare templa
Orbe vago labens, miseræ nunc robora silvæ
Atterit, et vastas tenuat amplexibus ornos.
Sæpe super fluvios geminæ jacet aggere ripæ
Continuus, squamisque incisus adæstuat amnis.
Sed nunc Ogygii jussis quando omnis anhelat
Terra dei, trepidæque latent in pulvere Nymphæ,
Sævior anfractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo, *siccique nocens furit igne veneni.*
Stagna per arentesque lacus fontesque repressos
Volvitur, et vacuis fluviorum in vallibus errat;
Incertusque sui liquidum nunc aëra lambit,
Ore supinato, nunc arva gementia radens,
Pronus adhæret humo, si quid viridantia sudent
Gramina; percussæ calidis afflatibus herbæ
Quæ tulit ora cadunt, moriturque *ad sibila* campus.

His igitur collatis clarius patet Æschylum furorem Tydei cum serpentis sævitia, illius clamorem cum hujus sibilo, illius pugnæ aviditatem cum hujus siti comparare, quamquam diserte sibilum tantummodo serpentis cum clamore viri contulit.

384. sq. θένει—ἀψυχίᾳ. *Pungit autem vatem sapientem Oiclei filium hoc probro*, criminans scil. *cum tantum ignaviæ causa mortem et pugnam devitare.* σαίνειν, quod proprie adulantium canum est) qui sæpe verbera a domino sibi inten-

Σαίνειν μόρον τε καὶ μάχην ἀψυχίᾳ·
Τοιαῦτ᾽ ἀΰτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους
Σείει, κράνους χαίτωμ᾽, ὑπ᾽ ἀσπίδος δὲ τῷ
Χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον·
Ἔχει δ᾽ ὑπέρφρον σῆμ᾽ ἐπ᾽ ἀσπίδος τόδε,
Φλέγονθ᾽ ὑπ᾽ ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον·
Λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσῳ σάκει,
Πρέσβιστον ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμὸς, πρέπει.
Τοιαῦτ᾽ ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σαγαῖς,
Βοᾷ παρ᾽ ὄχθαις ποταμίαις· μάχης δ᾽ ἐρῶν

386. ἀΰτῶν] αὐτῶν vitiose Ald. 390. φλέγονθ᾽] φέγγονθ᾽ emendat Pauwius, infeliciter. 392. πρέσβιστον] πρέσβυστον Ald. 393. τοιαῦτ᾽] Brunckius commate distinxit post τοιαῦτ᾽, quod rectius aberat in prioribus. Melius enim cum ἀλύων, quam cum βοᾷ construitur. Sensus : *Hoc modo se efferens superbo ornatu armorum.* 394. μάχης δ᾽ ἐρῶν ἵππος χαλινῶν ὡς] Vulgo sic legebatur : μάχης ἐρῶν· ἵππος χαλινῶν δ᾽ ὡς. Recte autem Brunckius suffragante Cod. Reg. A. distinctionem mutavit, et particulam δὲ in locum suum reposuit.

tata blanditiis evitare student, h. l. pulchre transfertur ad eos, qui callido quodam prætextu prœlii aut mortis periculum effugere cupiunt. Cf. v. 706. et Agam. v. 1674.

386. sq. τοιαῦτ᾽ ἀΰτῶν—χαίτωμ᾽. *Talia vociferans tres umbrosas cristas, galeæ jubam, quatit.* Stanleius comparavit Virgilianum illud :

> Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram
> Sustinet.

387. ὑπ᾽ ἀσπίδος δὲ τῷ (notabilis est lectio cod. Med. ὑπ᾽ ἀσπίδος δ᾽ ἔσω ; quæ sic intelligi possit, sub clypeo intus appensa fuisse (nempe e manubrio) tintinnabula) — κλάζουσι κώδωνες (e cod. non nominato apud Burtonum affertur lectio κώδωνες ἤχουσιν) φόβον. *Sub clypeo vero illi ærea tintinnabula terrorem clangunt ;* i. e. *clangore terrorem incutiunt, terribiliter sonant.* " Heroicis enim temporibus clypeorum manubriis tintinnabula appendi solita fuisse discimus ex Euripidis Rheso v. 383.

> Κλύε καὶ κόμπους κωδωνοκρότους
> Παρὰ πορπάκων τοὺς κελαδοῦντας."

Heath.

389. sqq. ἔχει δ᾽—πρέπει. *Superbum vero hocce in clypeo insigne gerit fabricatum cœlum astris resplendens ; in medio autem scuto, plena luna, astrorum decus, noctis oculus, eminet.* Similiter Pindarus, a Stanleio laudatus, Olymp. iii.

> διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
> Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα.

393. sq. τοιαῦτ᾽ ἀλύων—ποταμίαις. *Hoc modo igitur se efferens superbo armorum ornatu vociferatur circum fluvii* (Ismeni) *ripam ;* ut antea v. 386. τοιαῦτ᾽ ἀΰτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους σείει, sic nunc figura epanastrophes, τοιαῦτ᾽ ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σαγαῖς, βοᾷ ; quæ quidem interpunctio aptior nobis et elegantior videtur, quam si τοιαῦτα cum βοᾷ conjungatur. σαγαὶ hic de universa πανοπλίᾳ ; præcipue tamen fastus in clypei ornatu respicitur.

394. sqq.

> μάχης δ᾽ ἐρῶν
> Ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, μένει,

Ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, μένει,
Ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει μένων.

395. κατασθμαίνων μένει] al. κατασθμαίνει μένων. Ego vero lectionem μένων et μένει librariis deberi arbitror, qui oculis ad clausulam sequentis versiculi aberraverint; atque Æschylum aliud verbum v. c. βρέμει vel simile hic scripsisse suspicor, quod nobis Tydeum impatientia moræ *frementem* aut *trepidantem* sisteret, adeoque bene imagini equi κατασθμαίνοντος χαλινῶν responderet. Μένει certe h. l. parum ap tum est, quia hic vertendum esset *manet*: cum sensus ac veritas potius requirat verbum, quod notet hominem qui præ ardore pugnandi stare loco nesciat. Secus est versu sequenti; ibi enim μένει non significat i. q. *permanet*, *consistit*, sed potius *expectat*, et cum accusativo βοὴν construitur. 396. ὁρμαίνει μένων] ὁρμαίνων μένει Mosq. 1. adjecto scholio σφαδάζων ἐκδέχεται.

Ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει μένων.
Jam in V. L. professus sum, illud μένει post κατασθμαίνων corruptum mihi videri, antea v. 380. de eodem Tydeo dicebatur βρέμει, quod satis et h. l. aptum tantisper teneo, donec aliquis aliud et melius forte repererit. Interea vero Æschylum h. l. sic scripsisse conjicio:

Ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, βρέμει,

ille autem avidus pugnæ sicut equus adversus fræna sæviens, fremit, qui tubæ sonitum expectans stare loco nescit, sed impetu fertur ad cursum. Facile lectores, ut Stanleius, recordabuntur nobile Virgilii carmen:

tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Æschylus igitur h. l. Tydeum pugnæ moram ægre ferentem, bellicoque ardore impatientem sistit. Illustrabit hanc imaginem comparatio Statii Theb. vi. 389. sqq. ubi in descriptione certaminis equestris, impatientiam equitum pariter ac equorum, signo nondum dato, post carceres expectantium sic depingit:

Et jam sortitus Prothous versarat ahena
Casside, jamque locus cuique est, et liminis ordo.
Terrarum decora ampla viri, decora ampla jugales,
Divûm utrumque genus, stant uno margine clausi,
Spesque audaxque una metus et fiducia pallens;
Nil fixum cordi, pugnant exire paventque.
Concurrit summos animosum frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor equis. Face lumina surgunt,
Ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes
Claustraque, compressæ transfumat anhelitus iræ.
Stare adeo miserum est! pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque gravis ferit ungula campum.

Idem lib. viii. 382. equites equosque prælio intentos hoc modo describit:

Stat melius campis etiamnum cuspide sicca
Bellipotens, jamque hos clypeum jam vertit ad illos
Arma ciens, aboletque domos, connubia, natos,
Pellitur et patriæ, et qui mente novissimus exit,
Lucis amor; tenet in capulis, hastisque paratas

Τίν' ἀντιτάξεις τῷδε; τίς Προίτου πυλῶν,
Κλείθρων λυθέντων, προστατεῖν φερέγγυος;
'Ετ. Κόσμον μὲν ἀνδρὸς οὔ τιν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ·
Οὐδ' ἑλκοποιὰ γίνεται τὰ σήματα,
Λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός.
Καὶ νύκτα ταύτην, ἣν λέγεις ἐπ' ἀσπίδος
Ἄστροισι μαρμαίρουσαν οὐρανοῦ κυρεῖν,
Τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ ῎νοιά τινι.

401. κώδων τ'] τε omissum Rob. δάκνουσ'] δάκνουσιν Rob. 404. ἡ ῎νοια] ἡ ἄνοια Ald. Rob. Turn. Vict.

Ira manus, animusque ultra thoracas anhelus
Conatur, galeæque tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem
Cornipedes, niveoque rigant sola putria nimbo.
Corpora ceu mixti dominis, irasque sedentum
Induerint, sic fræna terunt, sic prœlia poscunt
Hinnitu, tolluntque armos, equitemque supinant.

Ceterum etsi vulgata lectio μένει significare potest *exspectat*, *præstolatur*, tamen ipse ille tot ὁμοιοτελεύτων concursus, auribus gravis, (in καταcθμαίνων—μένει—θερμαίνει—μένων) correctionem verbi μένει postulare videtur.

397. sq. τίν' ἀντιτάξεις—φερέγγυος; *Quem* igitur *huic oppones; quis Prætiden portam, solutis claustris, se propugnaturum esse spondebit?* Προίτου πυλῶν, nempe a Prœto quodam Thebano, qui ab Acrisio ejectus ante portam illam habitasse fertur, (Pausan. lib. ix. c. 12.) nominatarum. φερέγγυος προστατεῖν, qui non tantum promittit se defensurum, sed propter virtutem certus quoque est sponsor atque idoneus, cui fidere possis ac debeas. Sic apud Thucydidem lib. viii. c. 68. πολὺ δὲ πρὸς τὰ δεινὰ ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. Vide nostrum v. 451. 472.

399. sqq. In Eteoclis responsione fas est admirari generosam imperatoris fortitudinem, et hostilis superbiæ despicientiam.

Κόσμον—δορός. *Ornatum quidem ego in viris nullum exhorreo; nec vulnera infligunt insignia; cristæ vero ac tintinnabulo sine hasta neminem mordent.*

402. sqq. καὶ νύκτα ταύτην accusativi absoluti sunt, id quod Pauwius quoque vidit, commode hic positi, quod sequitur articulus postpositivus cum verbo accusativum regente. Sensus: *Et quod ad noctem istam attinet, quam dicis, cœli sideribus illustrem in clypeo effictam esse;* τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ ῎νοιά (lectio ἡ ῎ννοια pro ἡ ἔννοια, quæ ex uno codice in ed. Burtoniana citatur, frigidiorem præbet sensum, quam ut eam editor probare debuerit. In Guelf. est ἡ ἄνοια, et in glossa marginali affertur lectio ἀνοίᾳ,) τινι; *cito forte fieri possit ut ominosa sit nonnemini stultitia; so könnte es leicht kommen, dass diese Thorheit einem gewissen Manne, den ich nicht nennen will, nichts gutes bedeutete.* Clarius hæc in sequentibus explicat. ἄνοια est stulta superbia in delectu insignis clypeo illigati.

Εἰ γὰρ θανόντι νὺξ ἐπ' ὀφθαλμοῖς πέσοι,
Τῷ τοι φέροντι σῆμ' ὑπέρκομπον τόδε
Γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον,
Καὐτὸς καθ' αὑτοῦ τὴν ὕβριν μαντεύσεται.
Ἐγὼ δὲ Τυδεῖ κεδνὸν Ἀστακοῦ τόκον

406. ὑπέρκομπον] ὑπέρκοπον Mosq. 2. et supra schol. σοβαρόν, ἐπηρμένον. 407. ὀρθῶς] ὀρθῶς γ' Turn.

405. sqq. εἰ γὰρ θανόντι—ἐπώνυμον. Brunckius commate post πέσοι sublato, sequenti versiculo post τόδε distinxit. Verius autem arbitror propter particulam τοι in verbis τῷ τοι φέροντι, versum 405. a sequentibus ita sejungi, ut eo solo protasis contineatur, versus 406. et 407. vero apodosin faciant. Sic θανόντι refertur ad præcedens τινί. Sensus: *Etenim si* (ei) *morienti* (æterna) *nox oculos operuerit, tum igitur ei, qui superbum illud insigne gerit, vere et juste ominosum fieret.* ὀρθῶς quia haud falsum esset omen, ἐνδίκως quia Tydeus superbia sua dignus esset, cui interitus vere portenderetur.

408. καὐτὸς—μαντεύσεται. *Adeoque ipse adversus se ipsum contumeliam vaticinaturus esset;* (*und so würde er sich selbst mit diesem stolzen Sinnbilde seine eigne Schande geweissagt haben.*) Vulgata igitur lectio si defendatur, ὕβρις h. l. de insolentia et fastu Tydei, quem in superbo clypei ornamento demonstraverat, intelligi posset; quod tamen fieri non potest, nisi quid in textu corruptum esse statuamus. Fortasse sic scripserat Æschylus:

Καὐτὴ κατ' αὐτοῦ δῆτ' ὕβρις μαντεύσεται,

(in Guelf. legitur καὐτὸ κατ' αὐτοῦ,) *adeoque ipsa scilicet adversus eum insolentia sua vaticinabitur;* quæ sententia mutatis verbis eadem fere esset, quam paulo ante sic enuntiaverat: τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ 'νοιά τινι. Fieri etiam potest, ut antiqua lectio hæc fuerit:

Καὐτὸς καθ' αὑτοῦ τῇδ' ὕβρις μαντεύσεται,

atque hoc modo ipse adversus se ipsum insolens vaticinabitur, sic ut αὐτὸς ὕβρις idem esset quod αὐτὸς ὑβριστής, quemadmodum Hesiodus ὕβριν ἀνέρα dixit pro ὑβριστήν. (Hesiod. Opp. et Dier. v. 189.) Certe utram harum conjecturarum veram esse putes, melius verba alterutro modo constituta quam in vulgata lectione, et antecedentibus et consequentibus respondebunt. Ut enim non urgeam, ὕβριν de clade et interitu viri fortis haud satis commode usurpari, primum, si ὕβρις de insolentia et fastu impudenti diceretur, aptius conveniret verbis quæ præcedunt, ἄνοια, et σῆμ' ὑπέρκομπον, aut ὑπέρφρον σῆμα v. 389. (cujus generis insignia Euripides, Phœniss. v. 1129. (1123. ed. Brunck.) ὑβρισμένα σημεῖα appellavit); deinde oppositio, quæ sequitur, clarius enitesceret; insolentiæ enim et ὕβρει Tydei sic opponeretur Melanippus ὁ τὸν Αἰσχύνης θρόνον τιμῶν, ut aptius nihil fieri posset. Denique eodem sensu et in eadem causa ὕβρις recurrit v. 504.

409. sqq. ἐγὼ—λόγους. *Ego vero Tydeo probum Astaci filium,* Melanippum, *opponam portæ* Prœtidos *defensorem, hominem valde nobilem, quique Pudoris thronum reveretur, insolentesque sermones odit.* πυλωμάτων, pluralis pro singulari. εὐγενὴς de nobili et generosa animi indole. Αἰσχύνη est dea pudoris; perperam enim de contumelia Schol. β'. cepisse videtur. Αἰσχύ-

Τόνδ' ἀντιτάξω προστάτην πυλωμάτων,
Μάλ' εὐγενῆ τε, καὶ τὸν Αἰσχύνης θρόνον
Τιμῶντα, καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους.
Αἰσχρῶν γὰρ ἀργὸς, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ.
Σπαρτῶν δ' ἀπ' ἀνδρῶν, ὧν Ἄρης ἐφείσατο,
Ῥίζωμ' ἀνεῖται, κάρτα δ' ἔστ' ἐγχώριος,
Μελάνιππος· ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ.

414. ἐφείσατο] ἐφύσατο et supra Schol. ἐγέννησεν Mosq. 2.

νης θρόνον τιμᾶν ornate dictum pro *verecundiam et pudorem colere, ab impudentia abhorrere.*

413. *αἰσχρῶν γὰρ ἀργὸς, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ, nam ad turpia quidem lentus, non tamen ideo ignavus esse solet.* Egregiæ hujus laudis vim Stanleius in versione obscuravit, cum *κακὸς* Latine reddidit *iniquus*. Rex enim nihil aliud significat, quam Melanippum verecundum quidem esse, et cum omnem turpitudinem, tum inprimis insolentiam et fastum, inanemque gloriationem odisse, nihilo secius tamen eundem, ubi res ad prœlium deducta fuerit, fortem ac strenuum esse.

414. sqq. *σπαρτῶν δ' ἀπ' ἀνδρῶν— Μελάνιππος. Est autem Melanippus hominum illorum terra satorum, quibus Mars pepercit, stirpe genitus, adeoque verissimus indigena.* Cadmus cum de Europa sorore, quæ scilicet a Jove rapta nusquam reperiebatur, Apollinem consulturus Delphos venisset, Deus ei de Europa curiose non esse quærendum respondit, sed eum bucula quadam viæ duce iter persequi, ubique ea cursu fessa procubuisset, ibi urbem condere jussit. Quæ cum eum in Bœotiam deduxisset, ibique, ubi postea Thebæ conditæ fuerunt, procubuisset, Cadmus, antequam urbem conderet, Palladi eam sacrificaturus, misit e sociis quendam, qui aquam e vicino Martio fonte quæreret. Sed aquaturos, unum post alterum, draco Marte satus, fontis custos absumsit. Quare indignatus Cadmus draconem interemit; ac Minervæ consilio dentes ejus serit; quibus satis armati e terra viri exorti sunt, Σπαρτοὶ ab origine nominati, h. e. terra sati; iique postea in pugnam congressi sunt, ita ut plerique mutuis vulneribus conciderent, et ex omnibus quinque tantum, Echion, Udæus, Chthonius, Hypotrenor, et Pelor incolumes discederent. Hæc altius tironum causa repetenda duximus, propterea quod Stephanum hominem longe doctissimum verus verborum ὧν Ἄρης ἐφείσατο sensus fugit, qui si hanc partem fabulæ de quinque tantum Spartis ex mutuo prœlio servatis opportune recordatus esset, non sane ἐφείσατο in ἐφύσατο mutandum esse statuisset. Est enim ὧν Ἄρης ἐφείσατο, *quibus Mars pepercit,* poëtice dictum, atque i. q. *qui ex prœlio isto superfuerunt.* ῥίζωμα radix h. l. de progenie dicitur, nempe quia cum semine, e quo propullulat, comparatur. Nos dicimus *der Zweig eines Stammes,* adeoque posteros cum surculis aut ramis, parentes vero cum stirpe aut radice comparamus. Græci vero sæpe progeniem cum radice, generis auctorem cum semine comparant; translatione altius petita, sed æque idonea; cum eadem ratione, qua surculus ad stirpem, radix ad semen referatur. Sic infra v. 757. Œdipus dicitur arvum, quo ipse genitus erat, incestuose consevisse, indeque ῥίζαν

Δίκη δ' ὁμαίμων κάρτα νιν προστέλλεται
Εἴργειν τεκούσῃ μητρὶ πολέμιον δόρυ.

417. δίκη δ' ὁμαίμων] Verissimam hanc lectionem Brunckius e cod. Reg. eruit, quam sic exponit Glossa MS. τὸ τῆς συγγενείας δίκαιον στέλλει αὐτὸν εἰς μάχην. Uterque tamen cod. Reg. in contextu habet hanc lectionem δίκη δ' ὁ δαίμων, cum glossa δικαίως δ' ὁ Ἄρης. Editiones autem δίκη δ' ὁ δαίμων consensu.

αἱματόεσσαν tulisse, h. e. filios Eteoclem et Polynicem, qui jam in eo erant, ut mutuis se vulneribus cæderent. κάρτα ἐγχώριος autem, non simpliciter ἐγχώριος, quoniam alii indigenæ quidem erant, non tamen ut Melanippus e terræ filiis progeniti; adeo ut hic præ ceteris κατ' ἐξοχὴν *indigena*, s. αὐτόχθων appellandus esset.

416. ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. *Pugnæ vero eventum Mars tesseris sortietur*, ut omnino vita hominum et fortuna, sic inprimis bellica cum alea et tesserarum lusu comparatur. Stanleius adduxit Euripideos illos ex Rheso senarios :

χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν
Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.

Notandum vero, Eteoclem ista non sini boni ominis captatione adjicere; submonetur enim auditor, ut, quandoquidem Melanippus ex uno illorum virorum e draconis Martii dentibus terra satis ortorum, quos ipse Mars superstites esse voluerit, generis primordia ducat, Mars autem instantis prœlii solus arbiter sit, bene ideo de Melanippi fortuna speret, præsertim quod et strenuus ipse bellator, et patriæ telluris, quacum arctiori quam plerique cives necessitudine conjunctum esse constabat, amantissimus esset.

417. sq. δίκη δ' ὁμαίμων κάρτα νιν προστέλλεται—πολέμιον δόρυ. *Jus vero cognationis eum potissimum, s. vehementius quam alios, impellit, ut a matre, quæ eum peperit, hostium tela propulset.* δίκη ὁμαίμων, pro *jure consanguinitatis* s. *cognationis* dictum, significat pietate in patriam obligari Melanippum, ut pro ea prœlii periculum suscipiat, idque belli genus justissimum esse. Atque hujus quidem lectionis (hoc loco corrigere liceat errorem in recensenda varietate lectionis admissum, ubi ad h. l. omnes editiones præter Brunckianam consensu exhibere lectionem δίκη δ' ὁ δαίμων, falso pronuntiavi. In Ald. igitur et Rob. est δίκη δ' ὁ δαίμων, quod etiam legitur in MS. Guelf. At in Turn. δίκη δ' ὁ δαίμων, quod etiam in utroque cod. Reg. Brunckius invenit. Lectionem vero δίκη δ' ὁμαίμων, quam et Schol. α'. agnoscit, Victoriana primum, deinde et reliquæ editiones exhibuerunt. Neque vero eam se eruisse e codd. Brunckius professus est, sed judicio tantum comprobavit) veritas (quamquam δίκη δ' ὁ δαίμων explicari potest *Mars eum jure in bellum mittit*) hoc potissimum momento confirmatur, quod eadem particula κάρτα hic repetitur, quæ paulo ante in verbis κάρτα δ' ἐστ' ἐγχώριος singularem illam Melanippi solique Thebani cognationem designaverat.

προστέλλεται, *mittit*, i. e. *incitat*, *impellit*.

418. εἴργειν, pro εἰς τὸ εἴργειν, s. ὥστ' εἴργειν.

Melanippum ante Prœti portam cum Tydeo congressum memorant Apollodorus, Pausanius et Statius. Et Apollodorus quidem narrat Tydeum a Melanippo in ventre percussum esse; qui cum semianimis jaceret, Palladem medicamentum precibus a Jove impetratum attulisse, quo illum faceret immortalem; Amphiaraum vero ejus o-

Χο. Τὸν ἁμὸν νυν ἀντίπαλον εὐτυχεῖν στρ. α'.
Θεοὶ δοῖεν, ὡς δικαίως πόλεως
Πρόμαχος ὄρνυται· τρέμω δ' αἱματη-
φόρους μόρους ὑπὲρ φίλων
Ὀλομένων ἰδέσθαι.
Ἀγ. Τούτῳ μὲν οὕτως εὐτυχεῖν δοῖεν θεοί.

424. δοῖεν θεοί] Ita scribendo Brunckius metro consulit, quod vulgata lectione θεοὶ

dio commotum, ut eum immortalitatis dono privaret, celeriter Melanippi caput a se abscissum ei præbuisse; quod Tydeum, vindictæ cupiditate incensum, effregisse cerebrumque exsorbuisse. Qua immanitate narrat ab eo Minervam abalienatam, beneficio, quod ei constituisset, indignum judicasse. Pausanias refert, a Prœtide porta, ubi Chalcidem iter sit, ad viam publicam ostendi Melanippi sepulcrum, quem bellica virtute præstantissimum nominat, eumque, postquam Tydeum et Mecisteum Adrasti fratrem occidisset, ipsum quoque ab Amphiarao interfectum esse scribit. Aliter Statius hanc narrationem informavit. Etenim secundum eum Melanippus Tydeum graviter vulnerat; Tydeus vero vicissim, ægre viribus quæ superessent collectis, telo Melanippum transfigit. Tydeo jam moribundo, ac nihil aliud optanti nisi ut sibi quis Melanippi caput apportet, Capaneus obsequitur, humerisque allatum spectandi vulnerati hostis copiam Tydeo facit. Tum is caput Melanippi abscissum porrigi sibi jubet.

Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
Lumina torva videns, et adhuc dubitantia figi.
Infelix contentus erat. Plus exigit ultrix
Tisiphone; jamque inflexo Tritonia patre
Venerat, et misero decus immortale ferebat,
Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Aspicit, et vivo scelerantem sanguine fauces.
Nec comites auferre valent. Stetit aspera Gorgo
Crinibus emissis, rectique ante ora cerastæ
Velavere deam; fugit aversata jacentem,
Nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons
Ilissus multa purgavit lumina lympha.

419. sqq. ἀντίπαλος h. l. is qui adversariis obsistit, adeoque *propugnator.* ὡς est *nam* s. *quoniam.* Justitia nimirum causæ facit, ut eam fidenter Chorus diis commendet. αἱματηφόρους μόρους ὑπὲρ φίλων ὀλομένων, *cruentas mortes pro amicis*, pro civibus, *pereuntium* s. *occumbentium.* Sic Eurip. Phœniss. 1064. Chorus, ubi nobile Menœcei facinus sponte se pro patria morti devoventis, admiratur:

ἀγάμεθ', ἀγάμεθ'
ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας.

Sensus igitur totius carminis hic est: *Hunc igitur propugnatorem meum dii felicem ac fortunatum esse et bene rem gerere jubeant; etenim ad justam hujus urbis defensionem prodit; exhorresco autem cruentas mortes virorum pro caris civibus pereuntium;* Germani melius vim horum verborum assequuntur: *ich zittere den blutigen Tod der für ihre Freunde sterbenden Streiter zu sehn.*

424. τούτῳ—θεοί. *Et hunc quidem ita ut dicis felicem esse dii jubeant.*

Καπανεὺς δ' ἐπ' Ἠλέκτραισιν εἴληχεν πύλαις,
Γίγας ὅδ', ἄλλου τοῦ πάρος λελεγμένου
Μείζων, ὁ κόμπος δ' οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ·
Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεῖν', ἃ μὴ κραίνοι τύχη.

δεῖν corrumpebatur. Veram lectionem præbent Codd. Regg. 425. εἴληχεν] εἴληχε Rob. Turn. 426. ὅδ', ἄλλου] Ita pro vulg. ὅδ' ἄλλος, legendum conjecerat Markland ad Eurip. Suppl. v. 872. Eandem postea lectionem Brunck. in cod. Reg. A. inventam recepit. Quamquam vulgata non omnino inepta est, Brunckio tamen obsecutus sum. 427. κόμπος δ'] Abest δὲ Turn. 428. κραίνοι] κράνοι Edd. ante Brunckium consensu. Hic vero, etsi quid in Cod. Reg. A. scriptum sit, non liquebat, quia evanuerant fere minutissimi litterarum ductus, tamen quia et v. 551. ubi item vulgatur κράνοι, uterque cod. Reg. præstat κραίνοι, et h. l. ita scribere maluit.

425. **Καπανεὺς δ' ἐπ' Ἠλέκτραισιν εἴληχεν πύλαις.** Eidem portæ Capaneum admovet Euripides, Phœniss. v. 1146. (1140. ed. Brunck.) et Pausanias (lib. ix. c. 8.) cum ante hanc portam fulmine ictum corruisse memorat.

426. **Γίγας ὅδ', ἄλλου τοῦ πάρος λελεγμένου μείζων.** Hoc loco iterum perpenso pœnitet me sere obsequii, quo Marklandum et Brunckium, quamvis egregios antesignanos, temere, ut nunc opinor, secutus, vulgatam lectionem,

Γίγας ὅδ' ἄλλος, τοῦ πάρος λελεγμένου
Μείζων,

mutavi. Nam etsi sensus in utraque fere idem est, tamen vehementius ferit animum ista structura, Γίγας ὅδ' ἄλλος, τοῦ πάρος λελεγμένου μείζων, *hic autem alius est Gigas, illo paulo ante dicto major*. Marklandi ratio, quam Brunckius Cod. Reg. auctoritate firmavit, hanc versionem postulat: *Gigas hicce, altero paulo ante nominato major*. (Sunt qui illud μείζων ad corporis staturam trahant, cum Tydeum reliquis ducibus breviorem fuisse constat, h. l. tamen rectius arbitror, γίγας μείζων sic intelligere, ut μείζων ad majorem ferociam pertineat.) Observandum vero est, gigantem h. l. appellative dici militem superbum, ferocem et impotentem. Egregie hanc imaginem illustrat locus Euripidis in Phœnissis, ubi Antigone de Hippomedonte ait:

ἒ, ἒ, ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς
εἰσιδεῖν, γίγαντι
γηγενέτᾳ προσόμοιος.

Videsne Antigonem eum non aliam ob causam cum Gigante comparare, quam quia erat terribilis adspectu, et vultu truci? Quia igitur uterque Tydëus et Capaneus acerrimi bellatores erant, iidemque superbissimi et atrocissimi, sic tamen ut in his omnibus Tydeum Capaneus vinceret, ideo hic *major illo gigas* appellatur. Euripides (Phœniss. v. 1134.) Capaneum ipso Marte negat inferiorem esse:

Ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος εἰς μάχην
φρονῶν
Καπανεὺς —

Idem (ibid. v. 1138.) in Capanei clypeo gigantis effigiem inclusam fuisse narrat, qui humeris totam urbem vectibus evulsam sustineret.

427. **ὁ κόμπος—φρονεῖ.** *Superba vero jactantia elatus ultra hominem spirat*; s. *jactantia ejus humanæ modum naturæ excedit.*

428. **πύργοις—τύχη.** *Turribusque nostris* h. e. urbi nostræ *summa pericula*, s. *terribilia minatur, quæ utinam ne fortuna perficiat.*

Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος, ἐκπέρσειν πόλιν,
Καὶ μὴ θέλοντός, φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐκποδὼν σχέθειν.
Τὰς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς
Μεσημβρινοῖσι θάλπεσι προσήκασεν.
Ἔχει δὲ σῆμα, γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον,
Φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη·
Χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασι· ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ.

433. προσήκασιν] Atticam formam et alibi ab Æschylo servatam cum Brunckio revocavimus. Vulg. προσείκασιν. 436. φωνεῖ] φωνεῖν Ald. πρήσω] πρίσω Rob.

429—431. θεοῦ—ἐκποδὼν (ἐμποδὼν Seld.) σχέθειν. *Deo enim sive volente sive nolente se expugnaturum urbem denuntiat, neque ipsam Jovis iram terram percutientem quo minus id faciat impedituram.* ἔρις πέδῳ σκήψασα nobilis est periphrasis cadūci fulminis s. σκηπτοῦ. Nostris dicere liceret: *Jupiters zur Erde niederschmetternder Zorn.* Similia de Capaneo leguntur apud Euripidem (Phœniss. v. 1183.):

Καπανεὺς δὲ, πῶς εἴποιμ' ἂν ὡς ἐμαίνετο;
Μακραύχενος γὰρ κλίμακος προσαμβάσεις
Ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε,
Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς
Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.

Cf. Stat. Theb. lib. x. 821. fin.

432. sq. τὰς δ' ἀστραπάς—προσήκασιν. *Fulgura vero et fulminum jactus meridianis caloribus assimilabat;* nihilo plus nocere, quam æstum solis meridianum.

434. sqq. ἔχει δὲ σῆμα—ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ. *Insigne autem in clypeo gerit nudum virum igniferum; cujus in manibus fax vibrata lucet; aureis autem litteris clamat INCENDAM URBEM.* Optime Stanleius monuit γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον Prometheum esse, qui et in titulo tragœdiæ Æschyleæ Προμηθεὺς πυρφόρος et a Sophocle (Œd. Col. v. 55.) ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεὺς appellatur. Accedit quod apud Euripidem (Phœniss.) in clypeo Tydei eadem imago fuisse fingitur, quam h. l. Capanei scuto Æschylus adsignat.

Ὁμολωΐσιν δὲ τάξιν εἶχε πρὸς πύλαις
Τυδεὺς, λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος
Χαίτῃ πεφρικός· δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν.

Tydeus igitur in clypeo duplex insigne gerebat, primum *pellem leoninam* (nisi forte legendum sit λέοντος τέρας, h. e. *immanem leonem juba horridum*), deinde *Prometheum facem dextra gerentem, quasi urbem incensurus esset.* Sed Brunckius V. D. interpunctione h. l. sic mutata:

δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὥς, πρήσων πόλιν,

alium verborum sensum efficit, quo Tydeus ipse urbem incensurus facem dextra gessisse diceretur, ac propterea cum Prometheo ignifero compararetur. Nobis tamen illa ratio verior videtur, qua quidem Euripides Æschyli locum, in quo versamur, prorsus expressisse dicendus esset. Utram vero eligas Euripideæ descriptionis interpretationem, ad id quod volumus efficiendum nihil interest. Utraque enim Æschylum h. l. Prometheum significasse confirmatur. ὡπλισμένη non est proprie *armata*, sed

Τοιῷδε φωτὶ πέμπε. Τίς ξυστήσεται;
Τίς ἄνδρα κομπάζοντα μὴ τρέσας μενεῖ;
'Ετ. Καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται.
Τῶν τοι ματαίων ἀνδράσι φρονημάτων
Ἡ γλῶσσ' ἀληθὴς γίνεται κατήγορος.
Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ, δρᾷν παρεσκευασμένος,

437. φωτὶ πέμπε. τίς] φωτὶ, πέμπε τις Ald. φωτὶ πεμπατὶς Rob. 441. κατήγορος] In Mosq. 1. notatur: γρ. διδάσκαλος.

instructa, parata, infesta; simulque ad gestum facem vibrantis respici potest. χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασι breviter et ornate, pro: *habet etiam hanc inscriptionem aureis litteris cælatam.*

437. τοιῷδε φωτὶ πέμπε. τίς ξυστήσεται; Apsiopesin quærunt interpretes in vocabulo πέμπε, quasi dicturus fuerit: τοιῷδε φωτὶ πέμπε τὸν φρένγγυον· ἀλλὰ τίς ξυστήσεται; Ego vero potius Æschylum sic scripsisse conjicio:

τοιῷδε φωτὶ δ', ε ἰ π έ, τίς ξυστήσεται;

Non enim, si in πέμπε oratio abrupta fuisset, particula ἀλλὰ ante quæstionem τις ξυστήσεται videtur abesse potuisse. Si vero correctionem nostram probaveris, consecutio verborum facilis erit. *Tali autem viro, dic quæso, quis congredietur? quis jactantem virum sine trepidatione s. absque horrore sustinebit?*

439. καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται. *Et huic lucro aliud lucrum paratur*; h. e. quamvis Argivorum res multum augeri videantur, qui tam superbo et feroci bellatore utantur, habeamus tamen, quo illud eorum πλεονέκτημα compensare possimus. Nam non deest vir fortis, quem Capaneo opponamus. Haud scio tamen an sensus verborum verius ita explicetur: *Et ex hoc lucro* Capanei superbia deorumque contemtu *aliud lucrum* h. e. interitus ejus *nascetur. Sicut enim Tydei superbum insigne cladem ei portendit, sic etiam Capanei πυρφόρος ἀνὴρ, quo scutum insignivit, mali ominis insigne est; spero enim fore ut in eum igniferum fulmen incidat,*

ἐπίσημα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον ἥξειν κεραυνόν.

adeoque in verbis καὶ τῷδε κέρδει κέρδος vel utrumque κέρδει et κέρδος ad Thebanos refertur, quibus primum jactantia et impietas Capanei, deinde etiam clades ejus, quæ ex illa consequebatur, lucrosa erat; vel κέρδει an Capaneum, κέρδος ad Thebanos respicit; q. d. et ex hoc Argivorum lucro, siquidem lucrum est immanis hominis superbia, aliud nobis lucrum nascitur; quod fere conveniret cum proverbiali Germanorum sententia: *Es ist keine Sache so böse, sie ist doch zu etwas gut.*

440. sqq. τῶν τοι—κατήγορος. *Vanam nimirum hominum nimis magnifice de se sentientium superbiam ipsa eorum lingua verissime redarguit.* Nempe Capaneus certiori argumento inanem animi arrogantium prodere non potuisset, quam ferocibus istis tumidisque minis, quas cum ipsa deorum contumelia effundebat.

422. sq. Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ, δρᾷν παρεσκευασμένος, θεοὺς ἀτίζων. Quocumque modo ista δρᾷν παρεσκευασμένος vertas, aut languent aut sensum parum idoneum præbent. Si sic exponas: *Capaneus minatur, quasi jam paratus sit ad agendum*; languida est hæc sententia, nec satis tamen Græcis verbis accommodata. Necesse enim foret, ut δρᾷν παρεσκευασμένος dictum sit pro δρᾷν ἤδη παρεσκευασμένος, vel pro ὡς δρᾷν παρεσκευασμένος. Si cum Stanleio vertas: *Capaneus minatur se expeditum exsequi*, æque friget sensus, nec Græca

Θεοὺς ἀτίζων, κἀπογυμνάζων στόμα
Χαρᾷ ματαίᾳ θνητὸς ὢν ἐς οὐρανὸν
Πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη.

445. πέμπει γεγωνὰ] Vulgo πέμπει, γεγωνῷ: qua in lectione acute Brunckius desiderat casum, quem verbum πέμπει regat; præterquam quod Græcum non sit γεγωνέω. Itaque verissime rescripsit πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη. i. e. *jacit æstuantia verba quæ Jupiter audire possit*, apte comparans Prometh. v. 312. In Mosq. 2. legitur γεγωνεῖ.

verborum constructio redditur, sed alia callide substituta. Si denique sic interpreteris: *Capaneus minatur ad agendum* h. e. ad exsequendas minas *promtus atque paratus, idemque satis instructus*, recte quidem hæc interpretatio e Græcis elicitur, sed tamen illa ipsa toti verborum perpetuitati, eorumque universæ sententiæ repugnare videtur. Etenim si Capaneus satis ad exsequendas minas paratus atque instructus fuisset, fieri certe non potuisset, ut Eteocles ejus minas vanas atque inanes, nec eventum ullum habituras diceret. Itaque levi mutatione, at egregium ni fallor sensum præbente, rescribendum existimo:

Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ, δρᾶν παρεσκευασμένους
θεοὺς ἀτίζων,

ita ut illa verba cum iis quæ sequuntur hanc vim habeant: *Capaneus autem minatur, deos ad agendum promtos contemnens, linguamque vanis minis exercens inani lætitia elatus, homo mortalis in cœlum eructat æstuantia verba, quæ sane Jovis aures non effugient.* Sic omnia inter se aptissimo nexu cohærent, totusque verborum circuitus, sublata vulgatæ lectionis frigiditate, magnifica sane sententia augetur. Καπανεὺς ἀπειλεῖ, δρᾶν παρεσκευασμένους θεοὺς ἀτίζων; hic opponuntur minæ Capanei, nihil prorsus efficientes, deorum perenni virtuti, semper actuosæ, et ad ea quæ voluerit peragenda, sine verborum strepitu, semper promtæ atque paratæ, semper idoneis viribus instructæ. Egregie vero emendationem nostram confirmant, quæ infra v. 556. de Actore prædicantur:

ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον.

Quemadmodum enim ille *alienus quidem ab ostentatione, et vana, quæ in verbis tantum consistat, jactatione, idem vero etiam manu fortis, et ad agendum promtissimus* dicitur, Parthenopæi vero, cui is opponebatur, tumidæ minæ appellantur γλῶσσα ἐργμάτων ἄτερ ῥέουσα, sic h. l. Capaneus inaniter se jactans et ostentans turpi linguæ abusu stultitiæ se ipsum convincit, cum eo procedat insaniæ, ut deos contemnat convitiisque lædat, quos tamen semper ad agendum promtos, inprimisque ad vindicandam hominum superbiam alacres esse, haud ignorare debebat. ἀπογυμνάζειν στόμα ante de eo dicitur, qui vires non habet idoneas ad magna illa, quæ minatur aut promittit, perficienda, sed linguam tantum vana verborum jactatione exercet. Scholiastes tamen in participio ἀπογυμνάζων aliam, turpitudinis nempe, notionem quæsivisse videtur; cum sic interpretatur: ἀναιδῶς ἀποκαλύπτων καὶ διανοίγων; quod sane non ineptum esset, si modo aliis exemplis constaret, ἀπογυμνάζειν idem aliquando denotasse, quod ἀπογυμνοῦν, *denudare.* Interea, donec illi verbo hæc potestas certius asseratur, acquiescamus in vulgari interpretatione, quæ profecto cum reliquorum verborum sententia pulcherrime conspirat. Ceterum emendationem nostram illa quoque oppositio, quæ inter θνητὸς ὢν et ἐς οὐρανὸν πέμπει intercedit, confirmare videtur. Egregie vero Brunckius aliud mendum in hac verborum serie latens detexit, mutata lectione γεγωνῷ in γεγωνά. Nam γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη sunt

Πέποιθα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον
Ἥξειν κεραυνὸν, οὐδὲν ἐξῃκασμένον
Μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν τοῖς ἡλίου.
Ἀνὴρ δ' ἐπ' αὐτῷ, κεἰ στόμαργός ἐστ' ἄγαν,
Αἴθων τέτακται λῆμα, Πολυφόντου βία,
Φερέγγυον φρούρημα, προστατηρίας

448. θάλπεσιν] θάλπεσι edd. ante Brunck. 450. Πολυφόντου] Πολυφόντα Ald. et βία] βίᾳ Rob. utrumque vitiosum.

æstuantia verba, quæ Jupiter audire possit. Idem optime comparavit Prom. 312.

εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
ῥίψεις, τάχ' ἄν σου, καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
θακῶν, κλύοι Ζεὺς —

nec minus apte Hesychium ad partes vocavit, qui γεγωνὸν interpretatur, τὸ ἐξάκουστον, μεγαλόφωνον.

446. sqq. πέποιθα δ'—ἡλίου. *Certe autem spero fore, ut pro merito ejus in illum irruat igniferum fulmen, sane non dignum quod cum meridianis solis caloribus comparetur.* cf. Prometh. 358.—361. et Eurip. Phœniss. 1197. sqq. (1192. sqq. ed. Brunck.)

449, 450. ἀνὴρ — Πολυφόντου βία. Vulgo in his versibus adjectivum στόμαργος omnes interpretantur *garrulus*, et ad Capaneum trahunt, hoc sensu: *Sed adversus eum, quamvis nimium sit garrulus*, h. e. *ostentator, mittitur vir animi fervidus, fortis Polyphontes.* Neque vero est, quod hanc explicationem contemnamus. Fieri tamen possit, ut h. l. poëta στόμαργον rariori vocabuli significatu posuerit pro eo qui *segnis sit ad loquendum*, ac de Polyphonte id intelligi voluerit; sicut γλωσσαργία, quæ vulgo est *loquacitas, garrulitas*, apud Lucianum tamen in Lexiphane reperitur pro *linguæ ignavia* positum. (p. 835. ed. Græv. ὃς—καὶ κατὰ τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιον σιωπὴν καὶ γλωσσαργίαν ἡμῖν ἐπιβάλλει.) Tum autem ordo verborum esset: Ἀνὴρ δ' ἐπ' αὐτῷ τέτακται, αἴθων λῆμα, κεἰ στόμαργός ἐστ' ἄγαν, Πολυφόντου βία· h. e. *adversus eum autem ordinatur vir animi fervidus, quamvis a loquacitate vehementer abhorrens, fortis Polyphontes. (Gegen ihn aber wird der wakere Polyphontes gestellt, ein Manu feurig in seinen Unternemungen, wenn er gleich nicht veil Worte macht, kein geschwäziger Praler ist.)* Sic v. 409. sqq.

ἐγὼ δὲ Τυδεῖ κεδνὸν Ἀστακοῦ τόκον
τόνδ' ἀντιτάξω προστάτην πυλωμάτων,
μαλ' εὐγενῆ τε καὶ τὸν Αἰσχύνης θρόνον
τιμῶντα, καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους,
αἰσχρῶν γὰρ ἀργὸς, μὴ κακὸς δ' εἶναι φιλεῖ.

Ut igitur illo loco Melanippus glorioso Tydeo oppositus dicitur superbos sermones odisse, ob eamque causam αἰσχρῶν ἀργὸς μὴ κακὸς δὲ vocatur; h. e. *ad turpia* quidem (quod præcipue pertinet ad loquacitatem) *segnis, nequaquam tamen ad præclara facinora ignavus* vocatur, sic h. l. Polyphontes dicatur στόμαργος quidem, *ad loquendum segnis*, idem tamen αἴθων λῆμα, (altera lectio αἶθλον λῆμα, quam citat Schol. α'. præferenda non videtur,) *ad agendum fervidus et promtus*. cf. etiam v. 556.

451. φερέγγυον φρούρημα i. q. φερέγγυον φρουρὸν, *propugnatorem s. defensorem certum et idoneum.* προστατηρίας Ἀρτέμιδος εὐνοίαισι, σύν τ' ἄλλοις θεοῖς, *tutelaris Dianæ benevolentia, ceterisque diis faventibus.* Hæc adjicit Eteocles ad

'Αρτέμιδος εὐνοίαισι, σὺν τ' ἄλλοις θεοῖς.
Λέγ' ἄλλον ἄλλαις ἐν πύλαις εἰληχότα.
Χο. Ὄλοιθ' ὃς πόλει μεγάλ' ἐπεύχεται, ἀντιστ. α'.
Κεραυνοῦ δέ νιν βέλος ἐπισχέθοι,
Πρὶν ἐμὸν ἐσθορεῖν δόμον, πωλικῶν θ'
Ἑδωλίων ὑπερκόπῳ
Δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.
Ἀγ. Καὶ μὴν τὸν ἐντεῦθεν λαχόντα πρὸς πύλαις
Λέξω. Τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος
Ἐξ ὑπτίου 'πήδησεν εὐχάλκου κράνους,
Πύλαισι Νηΐτησι προσβαλεῖν λόχον.

454. ὄλοιθ'] ὄλλοιθ' Ald. Rob. 455. νιν] μὶν Ald. Rob. Turn. 457. ὑπερκόπῳ] Recte sic edidit Brunck. ex metri præscripto: pro vulg. ὑπερκόμπῳ. 462. Νηΐτησι] Edd. ante Brunckium Νηΐτησι, quod Heathius metro aptum non est primus intellexit. Νηΐτισι enim penultimam corripere necesse est. Nec vero hæ portæ Νηΐτιδες sed Νηΐται appellabantur. Itaque Heathius reponendum censebat Νηΐταισι; hactenus recte; nisi quod formæ communi Atticam cum Brunckio substituere præstat; quam etiam præbet Mosq. 1.

amoliendam impietatis invidiam, ne solam Polyphontis fortitudinem vel absque deorum numine et favore propulsandis hostibus idoneam existimare videatur.

454, 455. ὄλοιθ'—ἐπισχέθοι. *Pereat, qui magna mala urbi minatur, eumque fulminis jactus arceat.* μεγάλα ἐπεύχεσθαι idem est quod v. 428. δεινὰ ἀπειλεῖν, et apud Euripidem δεινὰ τῇ πόλει ἐφυβρίζειν, Phœniss. 183. Fulmine vero Capaneum a Jove tactum occidisse notum est. (" Sic enim Euripides in Phœniss.

ἤδη ὑπερβαίνοντα γεῖσσα τειχέων
Βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν.

et Quint. Calab.

δμηθέντα Διὸς φονόεντι κεραυνῷ.

Vide Pausan. in Bœot. et Philostrat. Imagg. in Antigone. At Vegetius lib. 4. *Qui scalis in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primum scalarum propugnatio perhibetur inventa, qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus.*" *Stanl.*) Hunc locum imitatus est Euripides Phœniss. v. 186. sqq.

ἰὼ Νέμεσι καὶ Διὸς
βαρύβρομοι βρονταί,
κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν,
σύ τοι μεγαλαγορίαν
ὑπεράνορα κοιμίζεις.

456. sqq. πρὶν—ἐκλαπάξαι. *Priusquam in ædes meas irruat, atque insolenti hasta nos e virgineis sedibus exturbet.* πωλικὰ ἑδώλια virginum conclavia, παρθένων· notum enim est, interdum πῶλον dici virginem, sicut Horatius juvenes *juvencos* appellavit.

460. sqq. τρίτῳ—λόχον. *Tertio enim Eteoclo tertia sors ex supina ærea galea exsiliit, ut Neitæ portæ cohortem admoveat.* (Apud Euripidem Phœniss. 1115. Parthenopæus hanc portam oppugnat.) "Homerus Iliad. γ'.

Ἵππους δ' ἐπ' ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμωμένας
Δινεῖ, θελούσας πρὸς πύλαις πεπτωκέναι.
Φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόπον,
Μυκτηροκόμποις πνεύμασι πληρούμενοι.
Ἐσχημάτισται δ' ἀσπὶς οὐ σμικρὸν τρόπον·
Ἀνὴρ δ' ὁπλίτης κλίμακος προσαμβάσεις

463. ἐπ' ἀμπυκτῆρσιν] ἐν ἀμπυκτῆρσιν Ald. γ' ἐν ἀμπυκτῆρσιν Rob. 468. προσαμβάσεις] Conjunctim cum Brunckio scribere maluimus hoc nomen subintellecto κατά. Vulg. πρὸς ἀμβάσεις.

Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες·
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

cujus ad exemplum Virgilius:

dejectaque ærea sortem
Accepit galea.

Sic et Statius Theb. iii.

Et jam sortitus Protheus versarat ahena
Casside.—" *Stanl.*

463. sq. Ἵππους—πεπτωκέναι. Et *equos jam ad portam irruere cupientes, adversus frena ferocientes gyrat s. circumagit.* Hac imagine illustratur comparatio supra v. 395. ab equo ferociente ducta. ἐπ' ἀμπυκτῆρσιν ἐμβριμᾶσθαι h. l. ita dicitur ut supra χαλινῶν κατασθμαίνειν. Etsi enim alias ἀμπυκτῆρες aut ἄμπυκες funiculi sunt, quibus equorum capilli ad frontem religantur, (*das Kopfstück des Vordergeschirrs*) h. l. tamen universe de *freno* usurpatur. δινεῖ, quia ferocientes equi frenis obnitentes, et ab ea via quam ingredi cupiunt identidem retracti, in gyrum ire coguntur.

465. φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόπον. Quia statim v. 467. in fine versiculi recurrit τρόπον, arbitror Æschylum h. l. scripsisse βάρβαρον βρόμον, h. e. *cami autem strident fero strepitu;* vel, si mavis, φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόμον, i. e. *frena autem barbarorum ritu fabricata stridore suo tremorem s. timorem incutiunt.* Priori conjecturæ favere videtur schol. α'. qui exponit ἀπηνῆ ἦχον. Posteriorem præter schol. β'. illustrat similis imago v. 388. χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον. cf. etiam v. 151. sqq. v. 205. sqq. Mihi tamen βάρβαρον βρόμον maxime placet, etiam hanc ob causam, quia post Eteocles ad hæc nuntii verba respiciens dicit:

ὃς οὔτι μάργων ἱππικῶν φρυαγμάτων
βρόμον φοβηθεὶς ἐκ πυλῶν χωρήσεται.

Si vero vulgatam teneas, saltem βάρβαρον τρόπον cum φίμοι potius omisso participio, v. c. τετυγμένοι vel simili, quam cum συρίζουσι construas necesse est. Nam frena quidem barbarico ritu fabricata esse possunt; barbarico autem ritu strepere perquam incommode diceretur. μυκτηροκόμποις πνεύμασι πληρούμενοι, *vom Schaume des schnaubenden Dampfs der Nasen bedeckt.* (Casaubonus teste Burgessio in Codice suo adscripserat μυκτηρόκομπος.) μυκτηρόκομπα πνεύματα pro *ferocientium equorum spumante anhelitu.*

467. Ἐσχημάτισται—τρόπον. *Clypeus autem ejus haud vulgari modo pictus aut exornatus est.*

468. κλίμακος προσαμβάσεις, *die Sprossen der Leiter, scalarum gradus.* προσαμβάσεις cum στείχει construendum, omisso κατά.

Στείχει πρὸς ἐχθρῶν πύργον, ἐκπέρσαι θέλων,
Βοᾷ δέ χ' οὗτος γραμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς,
Ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων.
Καὶ τῷδε φωτὶ πέμπε τὸν φερέγγυον
Πόλεως ἀπείργειν τῆσδε δούλειον ζυγόν.
Ἐτ. Πέμποιμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ·
Καὶ δὴ πέπεμπτ', οὐ κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων,
Μεγαρεὺς Κρέοντος σπέρμα, τοῦ σπαρτῶν γένους,

472. τῷδε φωτὶ] τῷδε τῷ φωτὶ Ald. 475. καὶ δὴ πέπεμπτ', οὐ] κ. δ. πέμπετ' οὐ Cod. Reg. A. Ald. Rob. καὶ πέμπεται δ' οὐ Victor etc. Lectio recepta Brunckio debetur, qui eam e cod. Reg. B. eruit. καὶ δὴ πέμπετ' οὐ Mosq. 1. καὶ δῆτα πέμπετ' οὐ Mosq. 2. καὶ δὴ πέμπει οὐ Viteb. 476. τοῦ σπαρτῶν] Sic Viteb. et Brunck. Vulg. τῶν σπαρτῶν.

470. βοᾷ—γραμμάτων ἐν ξυλλαβαῖς. Ut v. 436. χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν.

471. ὡς οὐδ' ἂν—πυργωμάτων. Inscriptio igitur clypei, quæ hic obliqua phrasi narratur, hæc erat:

ΟΥΔ' ΑΡΗΣ Μ' ΕΚΒΑΛΕΙ ΠΥΡΓΩΜΑΤΩΝ.

474. τόνδε. Malim τῷδε, ut ad Eteoclem referatur, et nuntii verbis καὶ τῷδε φωτὶ v. 472. respondeat.

σὺν τύχῃ δέ τῳ. "Id est τινί. Male hæc vulgo accepta. του, τῳ indefinita omnis sunt generis, nec eo significatu τῆς, τῇ adhibentur. Soph. Aj. 290. ὅτε του κλύων σάλπιγγος. Philoct. 39. ῥάκη βαρείας του νοσηλείας πλέα. 771. μήτε τῳ τέχνῃ κείνοις μεθεῖναι ταῦτα. Antig. 249. Ubivis exempla obvia. Perinde est in του, τῳ interrogantibus. Quin plurali etiam serviunt numero. Eurip. Suppl. 135.

τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν;

Plane ut nos: *à qui avez-vous marié vos filles?* Nescio quid argutatur ad hunc locum Marklandus, cui absurda immerito videtur illa lectio." *Brunck.* Recte vir elegantissimus, et σὺν τύχῃ δέ τῳ est i. q. *non sine fausta quodam omine, s. ac feliciter quidem.* Stanl. qui lectionem τῷ expressit, sic int. *Mittam jam hunc, feliciter quidem, in eum.* Ne vero frigidum putes πέμποιμ' ἄν, cum deinde sequatur καὶ δὴ πέπεμπται, (in Guelf. est καὶ δῆτα πέμπετ',) notandum est πέμποιμ' ἂν ita dici, ut nos diceremus: *Ei ich werde ja dem wol schon auch einen schiken, und das, wie ich hoffe, mit gutem Glük.* Latine sententiam hoc modo efferas: *Quidni mittam, et bona quidem cum fortuna mittam? Imo vero jam missus est* etc. (Anonymus apud Burgessium emendandum censet

σὺν τύχῃ δέ τοι.

haud male, ut opinor. Sed pro τόνδε etiam τῷδε præstare videtur; ut totum versiculum ita legamus:

πέμποιμ' ἂν ἤδη τῷδε,
σὺν τύχῃ δέ τοι.

Quod autem e marg. Morell. in eadem ed. affertur σὺν τάχει, pro σὺν τύχῃ, id nihili est.)

475. οὐ κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων breviter et acute dictum, pro οὐ κομπάζων, ἀλλὰ τὸ δράσιμον ἐν χεροῖν ἔχων. Itaque nihil aliud hac locutione significari puto, quam quod alibi planius dicit χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται. Scholiastæ enim β'. paraphrasis, οὐκ ἀσπίδα κομπασμάτων πλήρη φέρων, nescio quomodo non placet.

Ὅς οὔτι μάργων ἱππικῶν φρυαγμάτων
Βρόμον φοβηθεὶς ἐκ πυλῶν χωρήσεται·
Ἀλλ' ἢ θανὼν τροφεῖα πληρώσει χθονί,
Ἢ καὶ δύ' ἄνδρε, καὶ πόλισμ' ἐπ' ἀσπίδος
Ἑλὼν, λαφύροις δῶμα κοσμήσει πατρός.
Κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδ' ἐμοὶ φθόνει λέγων.
Χο. Ἐπεύχομαι δὴ τάδε μὲν εὐτυχεῖν, στρ. β'.
Ἰὼ, πρόμαχ' ἐμῶν δόμων, τοῖσι δὲ δυστυχεῖν.
Ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει

482. μηδ' ἐμοὶ φθόνει] μηδὲ φθόνει Rob. 483. ἐπεύχομαι δὴ τάδε] ἐπεύχομαι τάδε Ald. ἐπεύχομαι τῷδε μὲν εὐτυχεῖν, τοῖσι δὲ δυστυχεῖν Rob. Brunckio lectio debetur, quam in contextu posuimus, qui eam ex utroque Cod. Reg. adscivit. In Cod. Reg. A. contextus quidem exhibet τῷδε sed superscripta est emendatio τάδε, et addita glossa κατά. Ceterum hic est iambicus trimeter brachycatal. 484. ἰὼ] Hæc interjectio extra versus numerum ponitur, quod etiam in φεῦ, ἢὲ et ἐὰ sæpe fieri solet. πρόμαχ' ἐμῶν] προμ' ἐμῶν Mosq. 2. et supra schol. βοηθὲ τῶν. 485. ὑπέραυχα

477. sqq. ὅς οὔτι μάργων—χωρήσεται. *Qui nequaquam insanæ equorum ferociæ strepitum exhorrens porta egredietur.* Quamquam μάργων facile defendi potest, tamen si in codicibus legeretur μάργον, id potius præferrem; concinnius enim esset, et, si modo verum, emendationem nostram, qua v. 465. βάρβαρον βρόμον legendum censebamus, egregie confirmaret. φρυάγματα non solum sunt hinnitus equorum, sed omnia horum ferociæ signa, cum fremunt, exsultant, capita jactant, frenorum strepitum excitant.

479. τροφεῖα proprie sunt dona a filiis vel pupillis parentibus vel tutoribus ac nutritoribus gratiarum causa tributa. Ea h. l. pulchre transferuntur ad mortem hominis pro patria occumbentis. Sensus: *sed vel morte sua debitam patriæ telluri gratiam reddet.*

480. ἢ καὶ δύ' ἄνδρε (ἢ καὶ δὴ ἄνδρα Grot. quod non placet. ἢ καὶ δύ' ἄνδρας Guelf.) argute et cum irrisione dictum; *vel duo viros*, h. e. et Eteoclem, et eum quem in clypeo gerit ὁπλίτην ἄνδρα, *una cum urbe in eodem cælata capiet.*

481. λαφύροις—πατρός. *Adeoque patriam domum spoliis ornabit.*

482. κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ. Hoc non sine festiva quadam cavillatione dicitur; ἄλλου τινὸς κόμπον λέγε. Nam etsi nuntius non id agebat, ut ipse hostium robur aut ferociam jactaret aut exaggeraret, tamen ejus narratio sensim sic incalescebat, ut ipse quasi in societatem ostentationis venire videretur. Ita qui in sole ambulant, etiamsi id non agant, tamen vel inviti colorantur; et qui de magnarum rerum altitudine dicunt, ipsi inter loquendum cæco impetu attollunt sese, et in digitos eriguntur.

μηδ' ἐμοὶ φθόνει λέγων ironice idem est, ac: *noli auribus meis parcere, exaggera quantum potes istorum, qui reliqui sunt, ferociam.*

483. τάδε μὲν (τάδε μὲν etiam in Guelf. legitur) universe dicitur de Megarei partibus. *Ac tuis quidem, ô defensor domorum nostrarum, partibus fortuna ut adsit precor.*

485. sqq. ὡς δ'—κοταίνων. *Et quemadmodum furentibus animis insolenter ad-*

Μαινομένᾳ φρενί, τούς νιν Ζεὺς νεμέ-
τωρ ἐπίδοι κοταίνων.

Αγ. Τέταρτος ἄλλος, γείτονας πύλας ἔχων
Ὄγκας Ἀθάνας, ξὺν βοῇ παρίσταται,
Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος·
Ἅλω δὲ πολλὴν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,

βάζουσιν ἐπὶ πτόλει] Ita se jamdudum emendasse profitetur Brunck, antequam eandem istam scripturam ne mutata quidem littera in cod. Reg. A. reperisset. Nec aliter scribi debere ex versu antithetico intelligitur. *ὑπέρας χαλάζουσ'* mendose Ald. *ὑπέραυχα βάζεσ'* Rob. Turn. Vict. etc. *ἐπὶ πτόλει*] *ἐπὶ πόλει* Ald. Vict. *ἐπὶ πόλιν* Rob. 486. *μαινομένᾳ*] Sic Codd. Regg. *μαινομένη* edd. Brunckio antiquiores consensu. 487. *νεμέτωρ*] *νέμετω* Mosq. 2. et supra schol. *διεξαγέτω*. 489. *ὄγκας*] *ὄγγας* Mosq. 2. et supra gl. *τῆς μεγαλόφρονος*. 490. *Ἱππομέδοντος*] Perperam, Brunckius inquit, meo judicio Turnebus edidit *Ἱππωμέδοντος*. Codicum et Aldinæ ed. scripturam revocavi. Nec illa metro adversatur. Litterarum, quas liquidas vocant, ea vis est et proprietas, ut quia earum sonus facile nec ingrate geminatur, brevem vocalem sæpe producant. Veram hanc observationem exemplis confirmat V. D. inter quæ est ex hac tragœdia v. 549. *Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς*, quod ibi pronuntiandum *Παρθεννοπαῖος Ἀρκάς*. *τύπος*] *κτύπος* Mosq. 1. 491. *ἄλω*] *ἄλλω* vitiose Ald. *πολλὴν*] *πολὺς* male Rob.

versus urbem vociferantur, ita Jupiter eos vindex iratus respiciat. *ἐπιδεῖν* h. l. in malam partem sumitur, de animadversione.

488. sq. *τέταρτος—Ὄγκας Ἀθάνας.* (*Ἀθήνας* Bar. 4. et Hesych. v. *Ὄγκας*, ubi hunc locum spectat; quod verius esse arbitror.) Apud Euripidem Ogygia porta nominatur Phœniss. v. 1124.

490. *Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος.* Notum periphraseos genus, ut *Πολυνείκους βία*, *Ἕκτορος μένος*, Homer. Il. ξ. 418. *σχῆμα* et *τύπος* ad corporis figuram et staturam pertinet. Sic *μορφῆς τύπωμα* apud Euripidem. v. 163.

491. *ἄλως* cum et *aream*, et *halonem*, (*den Hof um die Sonne oder den Mond*) quem Latini *coronam* s. *circulum* dicunt, significet, alii comparationem cum clypeo ab illo priori, alii ab hoc significatu derivandam censuerunt. Jam etsi clypeus ob rotunditatem et magnitudinem, cum areis, in quibus frumenta triturabant, quas eo tempore rotundas fuisse constat, conferri quodammodo potest, nemo tamen hoc genus comparationis suave aut commodum dixerit. Stapleius quidem ad partes vocavit Ammianum Marcellinum: qui (lib. 24.) *arcis*, inquit, (sic et Varro i. 51. *aream esse oportet—modicam pro magnitudine segetis, potissimum* rotundam, *et* mediam paulo extumidam, *ut si pluerit non consistat aqua* etc.) *medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat.* Sed aliud est, scriptorem historicum, explicandæ rei causa, figuram arearum cum figura clypei, aliud poëtam exaggerandi studio clypeum cum area comparare. Quis enim ferat: *Er schwang eine Tenne, ich meine seinen Schild* etc.? Itaque mihi quidem Æschylus non ad *aream*, sed ad *halonem* respexisse videtur, eum eoque clypeum non tantum ob magnitudinem et rotunditatem, sed etiam ob fulgorem comparasse. A splendore clypeos apud poëtas sæpenumero laudari notum est. Sic Virgil.

Ἔφριξα δυνήσαντος· οὐκ ἄλλως ἐρῶ.

Æn. 734. Sic de Martis πανοπλίᾳ Statius (Theb. iii. 222.):

> Ardentes clypeos, atque æra micantia certo.
> Fulmine cristatum galeæ jubar armaque in auro
> Tristia, terrificis monstrorum animata figuris
> Incutiens; tonat axe polus clypeique cruenta
> *Lux rubet*, et solem longe ferit *æmulus orbis*.

h. e. clypei radii ab ejus orbe solis æmulo usque ad solem resplendebat; nisi *solem* cum *ferit* potius construendum, ac transitive *solem ferire* pro *solem reddere* dixit Statius: hoc sensu: *und das spiegelnde Rund des Schildes wirft das Bild der Sonne zurük.* Si certe imaginem suam in clypeo Achilles vidisse dicitur ab eodem (Achill. ii. 190.):

> Ut vero accessit propius, *luxque æmula* vultum
> Reddidit, et similem tandem se vidit in auro,
> Horruit, erubuitque simul.

In splendore quoque clypeorum terroris materiam quæsitam esse, testatur militis gloriosi (Achill. i. 1. 1.) apud Plautum jactatio:

> Curate ut splendor meo sit clypeo clarior,
> Quam Solis radii esse olim cum sudum est solent,
> Ut ubi usus veniat, contra conserta manu
> Oculorum præstringat aciem in acie hostibus.

Plurimum vero id quod efficere volumus illustrat Homeri locus Iliad. ε′. 4. sqq. ubi Minerva Tydei galeam et clypeum insigni fulgore circumdedisse dicitur:

> Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ,
> Ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα
> Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο.

Sicut igitur Homerus illius clypei fulgorem cum stellæ luce comparat, sic Æschylus clypeum *magnum, rotundum, fulgentem* cum sole præsertim corona cincto, ubi multo major ejus facies quam alias apparere solet, clara sine dubio, ornataque, similitudine comparare potuit. Et quamquam nostri forte poëtæ clypeum magnum et fulgentem potius cum ipso sole simpliciter, quam cum sole corona cincto compararent, observandum tamen est, Æschyli ætate ejus generis meteora, multo vehementius quam nostra, hominum animos feriisse, novitate spectaculi oculos terrente; accedente etiam quæ spectandi curiositatem augeret, superstitione. Et si quis forte nobis objiceret, splendorem clypeo cælato non bene tribui, ut in quo ipsa cælaminum asperitas fulgorem minuat, eum Homeri vincerem exemplo, qui Achillis clypeo, quamvis multa in eo signa Vulcanus cælasset, eximium tamen splendorem tribuit, Iliad. τ′.

> Ὡς δ' ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείῃ
> Καιομένοιο πυρὸς, τὸ δὲ καίεται ὑψόθ' ὄρεσφι
> Σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ — —
> Ὡς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανε
> Καλοῦ, δαιδαλέου· —

Quæ cum ita sint, equidem Virgilium quoque, ubi de Polyphemi oculo loquitur,

> et telo lumen terebramus acuto
> Ingens, quod torva solum sub fronte latebat
> Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar,

ibi igitur eum non magnitudinem tantum, sed etiam splendorem clypei ac solis in comparando spectasse crediderim, quasi dixerit: *sein groses Auge, das einsam unter seiner Stirne, unter den zottigen Augenbranen hervor schimmerte, gros und glänzend wie ein Argolisches Schild, oder die Fakel des Phöbus.* Certe id similis, quem Virgilii interpretes haud neglexere, Callimachi locus postulare

Ὁ σηματουργὸς δ' οὔ τις εὐτελὴς ἄρ' ἦν,
Ὅς τις τόδ' ἔργον ὤπασε πρὸς ἀσπίδι,
Τυφῶν' ἱέντα πυρπνόον διὰ στόμα
Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κάσιν·
Ὄφεων δὲ πλεκτάναισι περίδρομον κύτος

495. διὰ στόμα] διὰ στόματος Rob.

videtur, hymn. in Dian. v. 53. ubi idem de Cyclopibus :

τοῖσι δ' ὑπ' ὀφρῦν
Φάεα μουνόγληνα, σάκει ἶσα τετραβοείῳ
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα.

Hactenus vocabulum ἅλω in hac metaphora non arcum, sed meteori genus, quod Græci ἅλω, Latini circulum s. coronam appellant, solem vel lunam corona cinctam significare lectoribus persuasimus; voluimus quidem certe. In verbis autem conjunctis

ἅλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,
ἔφριξα δινήσαντος· οὐκ ἄλλως ἐρῶ,

(Salmasius ad Solin. p. 277. ed. Traject. ita distinguendum censebat :

ἅλω δὲ πολλὴν ἀσπίδος, κύκλον λέγω.

qua correctione nihil ad sensum proficitur, concinnitas tollitur.) non satis placet πολλὴν adjectum, non quo πολὺς pro *magno, amplo, spatioso* dici nequeat, (nam de hoc adjectivi usu ex Homero aliisque liquido constat,) sed quod magnitudo imaginis eo adjecto minuitur potius, quam augetur. Etenim si Æschylus clypeum cum area contulisset, nihil opus erat hyperbolen per se satis audacem, hoc additamento ad vitium usque intendere; si vero, ut nobis videtur, similitudinem ab halone duxit, ne aptum quidem satis esset epitheton, propterea quod in hoc meteoro nulla est magnitudinis varietas. Non enim nunc minori, nunc majori ambitu spectatur. Itaque haud scio an Æschylus ita scripserit :

Ἅλω δ' ἔπαλλεν, ἀσπίδος κύκλον λέγω·
Ἔφριξα δινήσαντος, οὐκ ἄλλως ἐρῶ.

Halonem vero vibrabat, clypei orbem dico: Horrui eo illum rotante; haud mentior. Er schwang ein Schild, so gros und so glänzend als das Sonnenbild, wenn es ein leuchtender Hof oder Ring umgiebt; ich entsezte mich, da er es so schwenkte, ungelogen zu sagen. πάλλειν, quemadmodum de hastis et gladiis, sic et de clypeis motis vel gestatis bene dici, vel ex epitheto Homerico σακέσπαλος intelligitur.—οὐκ ἄλλως ἐρῶ (in Guelf. οὐκ ἄλλως λέγω. Nempe librarius incidit in clausulam versus antecedentis, ubi similiter est λέγω) i. q. οὐ μάταια λέγω, *ich vergrössere nichts.*

493. ὁ σηματουργὸς δ' οὔ τις εὐτελὴς ἄρ' ἦν. Pro ἄρ' ἦν in cod. Seld. (item Ask. A. C. Colb. 2.) legitur ἀνήρ, quod sane non erat cur a Burgessio vulgato præferretur. Ordo enim est: ὁ σηματουργὸς δὲ ἄρα οὐκ εὐτελής τις ἦν, *anaglyphorum vero faber sane haud vulgaris aliquis fuit;* et particula ἄρα asseverandi causa additur.

495. sq. Τυφῶν' ἱέντα—αἰόλην πυρὸς κάσιν. (Burgessius ita potius interpungendum esse existimat :

Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην, πυρὸς κάσιν.

Sed salva est vulgata distinctio. cf. Agam. v. 503.) *Typhonem ex ignivomo ore atrum fumum emittentem, volucrem s. velocem ignis fratrem.* Phrasi pæne ultra dialogi tragici fastigium assurgente eloquitur, id quod simplicius dixisset: *ignem et fumum emovit.*

497. κύτος est ipsa convexitas s. cavitas clypei, h. e. area cava quam ἡ ἄντυξ, quæ et ἴτυς dicitur, æreus circulus ambit. Quod κύτος περίδρομον cum dicitur, idem est ac στρογγύλον, *area rotunda.* κοιλογάστωρ κύκλος, *extrema clypei circumferentia magnam aream cingens.* προσηδάφισται h. l. nihil

Προσηδάφισται κοιλογάστορος κύκλου.
Αὐτὸς δ' ἐπηλάλαξεν, ἔνθεος δ' Ἄρει

499. Ἄρει] ἄρειν Ald. mendose. Ἄρην Victor. Ἄρει dedit Brunck. e cod. Reg. A. Recte.

aliud significare potest, nisi *stratum est*. Quamquam enim alias προσεδαφίζειν est *solo allidere*, s. *solo æquare*; tamen ut simplex ἐδαφίζειν interdum est *pavire*, *pavimentare*, *pavimento sternere*, ita eadem composito quoque vis subjicitur; omissa deinde pavimenti notione, simpliciter *sternere*, *insternere* significat. Sensus igitur est: *Serpentum spiris* h. e. serpentibus mirum in modum implexis *rotunda area cupacis* s. spatiosi *circuli clypeum ambientis instrata est*. Germ. *die runde Fläche der holbäuchigen Einfassung ist mit gewundenen Schlangen bedekt, und gleichsam gepflastert*. Quæ quamquam ejusmodi non sunt, ut defendi non possint, suspicor tamen levi mutatione sic rescribendum esse:

ὄφεων δὲ πλεκτάναισι περίδρομος κύτους
προσηδάφισται κοιλογάστορος κύκλος.

unde saltem sensus exsistit et verbis aptior, et clypei descriptioni magis conveniens. In ipsa enim area clypei Typhonis imago cælata erat; circum ambitum vero clypei, qui et ἴτυς, et ἄντυξ, et κύκλος Græce appellatur, serpentes effecti erant, multiplicibus spiris inter se impliciti. *Serpentum vero spiris ambiens circulus cavæ areæ stratus, seu cinctus erat*; Germ. *der einfassende Ring*, (*oder die ringförmige Einfassung*) *der holbäuchigen Schildfläche war mit vielfach gewundenen Schlangen bedekt*. (Stanleïus in versione plane sic reddidit verba, ac si emendationi nostræ favisset: *ubi serpentum gyris concavi scuti circularis ambitus stratus est*. At in adnotationibus, cur ita verterit, ne verbo quidem exposuit.) Certe epitheton περίδρομος melius τῷ κύκλῳ et κοιλογάστωρ aptius τῷ κύτει convenit, quam vice versa. Et in clypeis non solum aream, sed etiam manubrium (τελαμῶνα) et orbem æreum s. circumferentiam clypei, (ἴτυν s. ἄντυγα) cælatis signis ornata fuisse notum est. Τελαμῶνος exemplum Homerus habet, qui in Agamemnonis clypeo aream repræsentasse narrat Gorgonem, Terrorem ac Fugam; argenteum vero manubrium cæruleum draconem ambiisse:

Τῆσδ' ἐξ ἀργύρεος τελαμὼν ἦν· αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Κυάνεος ἐλέλικτο δράκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν
Τρεῖς ἀμφιστρεφέες, ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι.

In circulo vero clypeum ambiente Achillis quidem apud Homerum, et Herculis apud Hesiodum Oceani flumen effictum erat. Vulgata lectio, præter ea quæ jam dicta sunt, hoc etiam incommodo premitur, quod, si reliqua pars areæ, quam Typhonis figura non occuparet, undique anguibus oppleta fuisset, ipsa Typhonis imago nimis obruta et obscurata esset. Accedit quod Æschylus singulis clypeorum areis singulas tantum, non binas, nedum plures imagines tribuat. Ita in Tydei clypeo cœlum stellatum cum plenilunio, in Capanei vir nudus facem gerens, in Eteocli miles ad hostium turrem scala escendens, in Hyperbii Jupiter fulgurator, in Parthenopæi Sphinx, in Polynicis Justitia militem reducens. Non igitur in uno Hippomedontis scuto ab hac ratione discessisse videtur. Quæ cum ita sint, in ipsa clypei area unam Typhonis imaginem inclusam, circulum vero extremam ejus oram ambientem serpentum spiris ornatum et quasi circumvolutum fuisse existimo.

499. sq. αὐτὸς—βλέπων. (Quod Ano-

Βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, Θυιὰς ὣς, φόβον βλέπων.
Τοιοῦδε φωτὸς πεῖραν εὖ φυλακτέον.
Φόβον γὰρ ἤδη πρὸς πύλαις κομπάζεται.
Ἐτ. Πρῶτον μὲν Ὄγκα Παλλὰς, ἥτ' ἀγχίπτολις,
Πύλαισι γείτων, ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν,

500. Θυιὰς] Sinceram hanc scripturam pro vulg. Θυὰς Brunck. e codd. Regg. restituit. Vulgo scribebatur Θυάς. cf. v. 838. In sequentibus cum Cantero malim: φόνον βλέπων, quod cum per se aptius est, tum quia sic vitatur molesta ejusdem verbi repetitio v. 502. nobis arridet. 502. φόβον] Accusativum auctoritate Codd. Regg. vulgato φόβος cum Brunckio prætulimus. 503. πρῶτον] πρῶτα Ald.

nymus Anglus in edd. Burton. tentavit, ut sic distingueret:

ἔνθεος δ' Ἄρῃ
Βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, Θυιὰς ὣς φόβον,
βλέπων,

ut βλέπων ad Ἄρῃ referatur, intricatiorem reddit verborum collocationem, quam ut placere possit.) *Ipse vero cum magno clamore, Martis numine afflatus, bacchatur ad pugnam Thyados instar, torvus visu.* ἔνθεος Ἄρει est Martis plenus, sicut Horatius se Bacchi plenum dicit, *vom Kriegsgott begeistert.* Θυιὰς ὣς cum βακχᾷ conjungendum. Ita Virgilius de Didone: (Æn. iv. 300. sqq.)

Sævit inops animi, totamque incensa
per urbem
Bacchatur. Qualis commotis excita
sacris
Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore
Cithæron.

φόβον βλέπων si verum est, nihil aliud notat, nisi *eum, qui adspectu suo alios terret, vultu torvum, truculentum adspectu.* Sed quia mox recurrit φόβον, h. l. malim φόνον βλέπων, *der lauter Mord aus den Augen blitzt; immitibus oculis mortem minans.* Sic συρίζων φόνον Prom. 355. de Typhoëo. Sic serpentem, qui ipso obtutu necare videtur, Euripides, Ion. 1264. appellat

πυρὸς
Δράκοντ' ἀναβλέποντα φονίαν φλόγα.

501. sq. τοιοῦδε—κομπάζεται. *Hujus igitur viri conatus bene observandi cavendique sunt; nam nunc quidem jam ante portas jactationibus et minis terrorem excitat;* hoc enim est φόβον κομπάζεσθαι. (Lectionem φόβον κομπάζεται confirmat etiam Ask. A. et Guelf. Vulgatam φόβος concinnitate ab ea superari, facile omnes sentiant.)

503. sqq. πρῶτον μὲν—δύσχιμον. *Primum quidem Minerva Onca, suburbana, portis vicina, hujus viri insolentiam exosa* (pro ἐχθαίρουσ' in Bar. 4. est ἐχθραίνουσ') *eum a pullis suis, sicut infaustum et exitialem draconem arcebit.* Verba ἀγχίπτολις, (pro ἥτ' ἀγχίπτολις Stanleius, teste Burtono, emendandum censuit ἥδ' ἀγχίπτολις, quod valde placet,) πύλαισι γείτων, gratam habent e gradatione collocationem. Bonum omen erat, quod Minervæ templum haud procul ab urbe abesset; melius vero et majus, quod eidem portæ, quam oppugnaturus erat Hippomedon, vicinum esset. νοσσῶν suavi appellatione, pro *civibus,* quos tamquam gallina matrix pullos fovet ac tuetur. δύσχιμος vocem paragogam esse sicut μελάγχιμος, plane nobis persuasit eruditissimus Brunckius, (ad Pers. 299.) neque adeo vel pro δυσχείμερος aut δύσχειμος positum, vel cum Hœlzlino δύσχειμος rescribendum esse concesserim.

Εἴρξει νεοσσῶν ὡς δράκοντα δύσχιμον·
Ὑπέρβιος δὲ, κεδνὸς Οἴνοπος τόκος
Ἀνὴρ κατ' ἄνδρα τοῦτον ᾑρέθη, θέλων
Ἐξιστορῆσαι μοῖραν ἐν χρείᾳ τύχης·
Οὔτ' εἶδος, οὔτε θυμὸν, οὐδ' ὅπλων σχέσιν
Μωμητός· Ἑρμῆς δ' εὐλόγως ξυνήγαγεν.
Ἐχθρὸς γὰρ ἀνὴρ ἀνδρὶ τῷ ξυστήσεται·
Ξυνοίσετον δὲ πολεμίους ἐπ' ἀσπίδων
Θεούς. Ὁ μὲν γὰρ πυρπνόον Τυφῶν' ἔχει·
Ὑπερβίῳ δὲ Ζεὺς πατὴρ ἐπ' ἀσπίδος
Σταδαῖος ἧσται, διὰ χερὸς βέλος φλέγων·
Κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά που νικώμενον.

505. δύσχιμον] δύσχειμον Rob. 506. τόκος] τίκος Viteb. 509. οὐδ'] Ita Brunck. e Reg. B. Vulg. οὐθ'. 510. ξυνήγαγεν] συνήγαγεν Victor. 513. πυρπνόον] πυρπνόων Ald. 515. σταδαῖος] σταδαίως Rob. χερὸς] χειρὸς Ald. φλέγων] φέρων Ald. e glossa.

506. sqq. Ὑπέρβιος δὲ — Μωμητός. *Hyperbius vero, fortis Œnopis filius, adversarius isti constitutus est, qui in hoc fortunæ discrimine suum ipsius fatum explorare cupit, nec ad formam corporis nec ad animi virtutem, nec ad armorum apparatum culpandus.* ἐξιστορῆσαι μοῖραν θέλει, h. e. experiri vult, utrum vincere sibi fatis decretum sit, an honestam pro patria mortem oppetere. Certe nihil aliud ei propositum est, nisi aut vincere aut mori. οὔτ' εἶδος, οὔτε θυμὸν, οὐδ' ὅπλων σχέσιν μωμητός· quia enim nuncius Hippomedontem et ab ingenti corporis statura, et ab animi ferocia, et ab armorum ornatu laudaverat, Eteocles Hyperbium nulla ex parte isto inferiorem esse pronuntiat.

510. Ἑρμῆς δ' εὐλόγως ξυνήγαγεν. Opportune Stanleius monuit, quicquid boni fortuito accidisset, id Mercurio auctori adscriptum fuisse. Nostri hoc ita enuntiarent: *der Zufall hätte sie nicht schicklicher zusammenbringen können.* Stanleius vertit: *Mercurius convenienter ea contulit.* Rectius fuerat, ita transtulisse: *Mercurius alterum cum altero,* Hippomedontem cum Hyperbio *apte et convenienter composuit.*

511. Jam duplicem εὐλογίας causam reddit. *Primum enim hic inimicus inimico opponitur; deinde* cum ad pugnam venerint, *hostilia numina in clypeis conferent.*

513. sqq. ὁ μὲν γὰρ — δαιμόνων. *Ille enim ignivomum Typhoëa gerit; Hyperbio vero Jupiter pater erectus in clypeo sedet, ignitum fulminis telum manu jaciens; atqui nemo unquam Jovem victum vidit. Ac talis quidem istorum numinum amicitia est.* βέλος φλέγων graviter et concise dictum, pro βέλος φλογερὸν βάλλων.

516. κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά που νικώμενον parenthesi quasi includendus. Nempe victoriæ spe abreptus Eteocles vix cito satis monere posse sibi videtur, Jovem semper invictum esse. Itaque cum, si logicum sententiarum ordinem sequi voluisset, sic potius collocandi fuissent versiculi:

Τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων.
Πρὸς τῶν κρατούντων δ' ἐσμὲν, οἱ δ' ἡσσημένων,
Εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ.
Εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας
Ὑπερβίῳ τε, πρὸς λόγον τοῦ σήματος,
Σωτὴρ γένοιτ' ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών.

Χο. Πέποιθα τὸν Διὸς ἀντίτυπον ἔχοντ' ἀντ. β'.

519, 520. Hoc versus vulgo transpositos et perperam scriptos feliciter ordini suo veræque scripturæ ex codd. Regg. restituit doctissimus Brunck. In Ald. etc. sic leguntur:

Εἰκὸς δὲ πράξειν ἄνδρας ὧδ' ἀντιστάτας.
Εἰ Ζεύς τε Τυφῶ καρτερώτατος μάχῃ.

520. ἀντιστάτας] ἀντηρέτας Mosq. 1. 521. Ὑπερβίῳ τε] Ὑπερβίῳ γε Victor. τε Viteb. 523. πέποιθα] πέποιθα δὴ Rob.

τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων·
κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά που νικώμενον
(qua ratione ille quidem versiculus cum v. 512—515., hic autem cum sequentibus aptius conjunctus fuisset) tamen inversam harum sententiarum consecutionem animi fervor et confidentia dictavit; quam ab ipso poëta, non a librarii errore profectam esse existimo.

517. *τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων.* Hæc parum assecutus est Pauwius, qui de amicitia, qua dii suos tueantur, accepit. Nam *προσφίλεια* respicit id quod v. 512. dixerat, deos, quos ambo illi adversarii inclypeis gererent, inimicitias inter se exereere; ironice igitur addit: *Talis igitur est utriusque horum deorum inter ipsos amicitia.* Germanice verterim: *Nicht genug, dass heir Feind gegen Feind zu stehen kömmt; auch die Götter, die sie im Gefecht auf ihren Schildern gegen einander führen werden, sind unter sich Feinde. Denn jener führet den flammenhauchenden Typhon, Hyperbius aber den Vater Zeus auf seinem Schilde; in erhabner Stellung sitzt er da, und schleudert aus der Rechten einen feurigen Pfeil; (und dass Zeus je sei besiegt worden, hat noch niemand erlebt.) So gute Freunde sind also die Gottheiten (auf beider Schildern) unter einander.*

Notanda vero est relatio inter particulas *μέντοι* v. 517. et *δὲ* post *κρατούντων.* Illud enim indicat, absolutam esse priorem sententiam, de inimicitia inter deos, quorum imagines in clypeis erant; hoc vero *δὲ* innuit, jam novum inchoari enuntiatum, de superiore Thebanorum fortuna, ex Jovis signo, quod Hyperbii clypeo insculptum erat, ominanda.

518. sq. *πρὸς τῶν—μάχῃ.* *Nos vero a victoribus stamus, illi a victis siquidem Jupiter Typhoëo in pugna superior est.*

520. sqq. *εἰκὸς δὲ—τυχών.* *Et hæc igitur modo illos adversarios utrinque rem gesturos credibile est; et Hyperbio, ad rationem insignis, servator ut spero Jupiter erit in clypeo effictus.*

523. Chorus inchoatam ab Eteocle sententiam persequitur. Is enim cum de Hyperbii fortuna dixisset, supererat ut etiam quid de Hippomedonte futurum esset, auguraretur. Hoc igitur Chorus hac Antistrophe supplet.

πέποιθα—ἰάψειν. *Certo confidimus fore, ut is, qui in clypeo Jovi adversarium, et invisum terra obruti dei corpus gerit, invisam imaginem mortalibus, immortali-*

Ἄφιλον ἐν σάκει τοῦ χθονίου δέμας
Δαίμονος, ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς τε καὶ
Δαροβίοισι θεοῖσι, πρόσθε πυ-
λᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

Ἀγ. Οὕτως γένοιτο. Τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω
Πέμπταισι προσταχθέντα Βοῤῥείαις πύλαις
Τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος.
Ὄμνυσι δ' αἰχμὴν, ἣν ἔχει, μᾶλλον θεοῦ

525. δαίμονος] Ex emendatione Brunckii certissima. Vulg. δαίμοσιν. 526. πρόσθε] πρόσθεν Rob. 529. προσταχθέντα] προσταγέντα Rob. προσταθέντα Vit. Βοῤῥείαις] Βορέαις Ald. Βορέαισιν Victor. Βοῤῥέαις Vit.

busque diis, ante portas caput confringat. In πέπαυθα τὸν articulus τὸν cum ἔχοντα construendus; et ἀντίτυπον ἄφιλον asyndeti figura pro ἀντίτυπον ἄφιλόν τε. ἀντίτυπον, *adversarium*, apte de Typhoëo propter bellum adversus Jovem gestum; ideoque Jovi ἄφιλον, *invisum*, *exosum*. Pro δαίμοσιν certissime Brunckius emendavit δαίμονος; et quia felicem hanc conjecturam vir doctissimus hac una ratione defendit, quod absque ea tautologia oriatur, (quam tamen effugiunt ii, qui δαίμοσιν exponunt ἥρωσιν, ut Schol. β'.) age firmioribus eam argumentis adstruamus. Primum τοῦ χθονίου absque substantivo parum commode poneretur. Deinde oppositionis elegantia, quæ est inter βροτοῖς τε καὶ δαροβίοισι θεοῖσι periret. Tum suavior e lectione δαίμονος exsistit concinnitas verborum. Præstat enim, vocabulo ἐχθρὸν, in quo præcipua vis sententiæ ponitur, novum comma inchoari. Denique, quo minus δαίμοσιν hac ratione defendamus, ut sit i. q. *semideis*, *heroibus*, hanc ob causam impedimur, quod, etiamsi hæc vocabuli vis, de quo dubitari potest, Æschyli ætate jam invaluerit, hoc loco tamen id universe nos accipere jubet v. 517. ubi vocabulo δαιμόνων Jupiter ac Typhoëus comprehendebantur.

525. sq. ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς τε καὶ δαροβίοισι θεοῖσι. Periphrasi pro *imagine omnino omnibus invisa*, ut Latini dicunt, *diis hominibusque approbantibus*, pro *nemine non approbante*.

529. Βοῤῥείαις πύλαις. Apud Euripidem Phœniss. 1115. sqq. Parthenopæus Neïten portam oppugnat.

530. De communi Zethi et Amphionis monumento cf. Pausan. ix. 17.

διογενοῦς Ἀμφίονος. Amphion enim et Zethus ex Jove et Antiope nati. Apollodor. lib. 1.

531. Ὄμνυσι δ' αἰχμήν. "Justinus Epit. Trogi Pomp. lib. 43. *Per ea adhuc tempora Reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere; nam et ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere; ob cujus religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastæ adduntur.* Hæc Justinus, quæ Nostro miram lucem afferunt. *Hasta*, inquit Festus, *olim summum armorum imperium significabat; neque vero tantum imperium militare, sed et summam etiam in civilibus auctoritatem hasta communiter designavit.* Hinc patet hastam et σκῆπτρον idem olim fuisse. (Non assentior Stanleio. Namque jam apud Homerum σκῆπτρον et δόρυ distinguuntur. Neque vero ex Euripidis loco id colligi potest.) Unde Euripides de Polymestore in Hecuba:

Σέβειν πεποιθὼς, ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον,
Ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων, βίᾳ
Διός. Τόδ' αὐδᾷ μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου
Βλάστημα καλλίπρωρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ.
Στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων

532. ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον] ὀμμάτων ὑπέρτερα Rob. 533. βίᾳ Διὸς] βίᾳ δορὸς Rob. 534. μητρὸς] ματρὸς Rob.

Ὅς τὴν ἀρίστην χεῤῥονησίαν πλάκα
Σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.

Sceptrum jurare apud antiquos Regibus solenne fuit; quod ex Homero liquet.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον —

Euripides ὅρκιον ξίφος. Plaut. Curcul. 4, 4.

At ita me machæra et clypeus bene
juvent.—" *Stanl.*

531. μᾶλλον θεοῦ σέβειν πεποιθώς. "Mezentius apud Virgil. Æn. x. 773.

Dextra, mihi deus, et telum, quod
missile libro,
Nunc adsint.

Capaneus apud Statium:

. virtus mihi numen et ensis
Quem teneo." *Stanl.*

Adde ejusd. lib. ix. 547. ubi idem Capaneus telum immane lacerto librans hortatur:

ades ô mihi, dextera, tantum
Tu præsens bellis, et inevitabile numen,
Te voco, te solam superûm contemtor adoro.

"Hinc quoque lineamenta sumsisse videtur, quibus Idæ ferocem expressit indolem Apollonius Argon. i. 466.

Ἴστω νῦν δόρυ θοῦρον, ὅτῳ περιώσιον ἄλλων
Κῦδος ἐνὶ πτολέμοισιν ἀείρομαι, οὐδέ μ' ὀφέλλει
Ζεὺς τόσον, ὁσσάτιόν περ ἐμὸν δόρυ, μή νύ τι πῆμα
Λοίγιον ἔσσεσθαι, μηδ' ἀκράαντον ἄεθλον,
Ἴδεω ἑσπομένοιο, καὶ εἰ θεὸς ἀντιόῳτο."
Brunck.

534. μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου. "Schol. α'. Antiopam vocat. Sed Euripidi Ἀταλάντης γόνος dicitur, (Phœniss. 149. 1117.) ut et Ovidio. cf. et Apollodor. lib. iii. Servius ad vi. Æneid. alios nominat parentes." *Stanl.*

535. βλάστημα καλλίπρωρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ. "De pulcritudine Parthenopæi Statius Theb. iv. 251.

Pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
Vultus, et egregiæ tanta indulgentia formæ.
Nec desunt animi, veniat modo fortior ætas."

536, 537. στείχει—θρίξ. ὥρας φυούσης vel ab ἴουλος regitur, vel a ταρφὺς ἀντέλλουσα θρὶξ, quam rationem secutus est in versione Stanleius: *Huic commodum inserpit per malas lanugo, creber nascentis pubis exurgens pilus*; vel denique, quod optimum videtur, ὥρας φυούσης genitivi sunt absoluti, et commata cum Brunckio post παρηΐδων et φυούσης ponenda. Sensus: *Et jam ei genas lanugo opacat, crescente pubertate* (Abreschius ὥρας φιούσης ita explicat, ut intelligatur αὐτὸν, *ætate ipsum* (ἴουλον) *gignente*. cf. lexic. Æschyl. in φύω), *creber pilus exoriens.* Comparavit Stanl. Hom. Odyss.

— πρὶν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθεῖ
λάχνῃ.

et Pindar. Olymp. i.

῞Ωρας φυούσης, ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ.
Ὁ δ᾽ ὠμὸν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον
Φρόνημα, γοργὸν δ᾽ ὄμμ᾽ ἔχων προσίσταται.
Οὐ μὴν ἀκόμπαστός γ᾽ ἐφίσταται πύλαις.
Τὸ γὰρ πόλεως ὄνειδος ἐν χαλκηλάτῳ
Σάκει, κυκλωτῷ σώματος προβλήματι,
Σφίγγ᾽ ὠμόσιτον προσμεμηχανευμένην
Γόμφοις ἐνώμα, λαμπρὸν ἔκκρουστον δέμας·
Φέρει δ᾽ ὑφ᾽ αὐτῇ φῶτα Καδμείων ἕνα,
Ὡς πλεῖστ᾽ ἐπ᾽ ἀνδρὶ τῷδ᾽ ἰάπτεσθαι βέλη.

539. γοργὸν δ᾽] καὶ γοργὸν δ᾽ Ald. 540. οὐ μὴν] οὐ μὴν δ᾽ Viteb. ἀκόμπαστός γ᾽] ἀκομπαστός γε Ald. 543. προσμεμηχανευμένην] προσμεμηχανευμένη Ald. προσμεμηχανημένην Rob. Mosq. 1.

πρὸς εὐάνθεμον δ᾽ ἔτι φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔτρεφον.

538. οὔτι παρθένων ἐπώνυμον. Allusio ad nomen Parthenopæi, quod deinde diserte enuntiat. *Er hat einen rauhen keinesweges jüngferlichen Sinn, oder Muth.* ὠμὸς h. l. de ferocia et fortitudine, ut *sævus* apud Virgilium.

539. γοργὸν δ᾽ ὄμμ᾽ ἔχων. Sic Eurip. Phœniss. v. 145. de eodem: ὄμμασι γοργὸς, εἰσιδεῖν νεανίας.

540. οὐ μὴν ἀκόμπαστός γ᾽ ἐφίσταται πύλαις. *Neque vero ipse sine jactatione accedit ad portam.* ἀκόμπαστος ad superbum clypei insigne pertinet.

541. πόλεως ὄνειδος appellatur Sphinx, quia Thebis fœdam calamitatem inferebat. Hic igitur ὄνειδος malo sensu ponitur. At bono contra apud Euripidem Phœniss. 1748. Σφιγγὸς ὄνειδος, cum respectu ad Œdipum, cui victoria de Sphinge reportata magnam gloriam attulerat.

543. Σφίγγ᾽ ὠμόσιτον. Comparetur Euripidea Sphingis descriptio, Phœniss. 1030.

ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα
νερτέρου τ᾽ Ἐχίδνας
Καδμείων ἁρπαγᾷ
πολύφθορος, πολύστονος
μιξοπάρθενος, δάϊον τέρας
φοιτάσι πτεροῖς, χαλαῖσί τ᾽ ὠμοσίτοις.

543. sq. προσμεμηχανευμένην γόμφοις. *Clavis affixam.* Nimirum Sphingis emblema clavulis vel cuneolis ad fundum clypei affixum erat. λαμπρὸν de fulgore aeris, ex quo Sphingis simulacrum fabricatum erat. ἔκκρουστον ob horribilem figuram. Nam ἔκκρουστον quoque ad splendorem cum Abreschio trahere non placet.

545. φέρει δ᾽ ὑφ᾽ αὐτῇ φῶτα Καδμείων ἕνα. *Ea vero Sphinx unum Thebanum civem fert, pedibus subjectum.* Ita scilicet adornatum erat Sphingis signum, ut ore arreptum pedem vel aliud membrum hominis mordicus teneret, reliquo ejus corpore pedibus subjecto.

546. ὡς πλεῖστ᾽ ἐπ᾽ ἀνδρὶ τῷδ᾽ ἰάπτεσθαι βέλη. *Ita ut in hunc virum* (scil. Thebani civis in clypeo imaginem) *multa tela conjiciantur.* Germ. *so dass dieser gute Thebaner* eben weil er auf dem Schilde steht) *von vielen Pfeilen beschossen wird.* Hac sententia mihi

Ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,

aliud significatur, quam Parthenopæum, utpote bellicosum virum et in prælio acrem, nullum tempus intermittere, quin corpus periculis et clypeum hostium telis objiciat; indeque in civis Thebani effigiem multa tela conjici. Hæc sane facillima est et simplicissima verborum interpretatio, in qua quidem acquiescendum puto, nisi hoc simul innui velis, consulto Parthenopæum Cadmei civis etiam imaginem clypeo addidisse, ut significaret, quemadmodum hoc simulacrum multis hostium telis petatur, sic se ipsum quoque multos Thebanos occisurum. Sed reconditus hic est verborum sensus, quo facile carere possumus. Etenim, si cogites, nuntium continuo sequenti versu ad fortitudinem Parthenopæi describendam transire:

ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,

nihil aliud indicare videtur ista, quæ præcedit, observatio,

ὡς πλεῖστ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσθαι βέλη,

quam multa in clypeum Parthenopæi, adeoque in ipsam Cadmei civis effigiem tela conjici, quod fieri non posset, nisi Parthenopæus fortiter pugnaret, clypeumque perpetuo hostibus obverteret. (Itaque et Homerus Il. λ'. 570. sqq. ubi Ajacis fortitudinem prædicat, multa hostium jacula partim in ejus clypeo, partim circa eum in terra defixa esse narrat.) Sic si hodie miles aliquis legionarius diceret: *In dieser Schlacht ist der Adler in der Fahne unsers Regiments brav durchlöchert worden;* id utique honoris causa, et virtutem legionis jactaturus diceret. Jam aliorum interpretum commenta breviter percenseamus. Scholiastes uterque verba sic intellexit: *civem Thebanum in clypeo tam misere a Sphinge laceratum esse, quasi multis hostium telis laceratus fuisset.* Id autem nullo pacto e verborum structura effici potest. Pauwius ὡς πλεῖστ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσθαι βέλη sic vertit: *Quam plurima in virum hunc conjiciuntur tela;* quasi nuntius moneat, ut virum hunc, si possent, urbi propter ipsum insigne maxime invisum cito de medio tollerent. Verum, si quid video, ista versio prorsus a grammatica ratione abhorret; quis enim unquam audivit, ὡς cum infinitivo constructum, imperativi vim secum ferre? Neque vero τῷδε ἀνδρὶ commode potest ad ipsum Parthenopæum referri, cum his verbis eundem indicari clarum sit, quem versu antecedente ἕνα Καδμείων φῶτα tragicus appellaverat. Heathius denique sic cepit: Thebanos in propugnaculis stantes et Parthenopæi insigne in eorum contumeliam ostentari ratos iracundia furentes, jam eum quamquam ex longinquo jaculis petiise. Quod quamquam reliquis commentis melius et verbis aptius est, non tamen, quomodo Thebani e longinquo clypei insigne oculis comprehendere potuerint intelligo.

547. ἐλθὼν δ' ἔοικεν. Hoc loco veram particulæ δὲ potestatem negligi nolim. Nam non solum ea quæ sequuntur cum versu antecedente vincit, sed hujus etiam sententiam illustrat et confirmat. Latine verteris: ET SANE *huc venisse non videtur bellum cauponaturus.* Id igitur proxime cum iis cohæret, quæ versu antecedente dixerat, multis telis clypeum peti. καπηλεύειν μάχην primum est *bellum lucri causa gerere; ex bello lucrum quærere.* Sic Ennius apud Cic. de Off. i. 12. *cauponari bellum* dixit. Pyrrhus enim, cum de captivis redimendis ageretur, præclare sic respondet:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus utrique.

itaque *cauponantes bellum* est i. q. *ex bello quæstum facientes.* Verum ab hoc Æschyli loco lucri notio prorsus abhorret. Itaque sicut idem teste Etymol. M. auctore (v. Κάπηλος. Item

Μακρᾶς κελεύθου δ' οὐ καταισχύνειν πόρον
Παρθενοπαῖος Ἀρκάς· ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ,
Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς,
Πύργοις ἀπειλεῖ τοῖσδ', ἃ μὴ κραίνοι θεός.
Ετ. Εἰ γὰρ τύχοιεν, ὧν φρονοῦσι, πρὸς θεῶν
Αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν,

549. Ἀρκάς· ὁ δὲ] Ἀρκὰς ὃ δὲ Rob. 551. τοῖσδ'] δεῖν' R. Sed id ex versu hic male repetitum. 553. κομπάσμασιν] Ob sequentem vocalem Brunckius e codd. Regg. adjecit ν ἐφελκυστικὸν, vulgo cum scriberetur κομπάσμασι.

Suid. ead. v.) πάντα τὰ δόλια κάπηλα appellavit, sic h. l. καπηλεύειν μάχην nihil aliud est, nisi bellum haud serio, sed dolose tractare, h. e. quærere, qua arte, quove dolo pugnæ discrimen effugere possis. Germ. *Und in Wahrheit, er hat gar nicht das Ansehn, als ob er hergekommen wäre, sich hinter dem Treffen listig wegzuschleichen.*

548. μακρᾶς — πόρον. *Nec videtur longæ viæ iter*, ignavia scilicet, et socordia, aut prælii detrectatione, *dedecoraturus*. ("Plerumque πόρος dicitur de trajectu fluminis breviori; nonnunquam tamen de itinere et transitu quovis etiam longinquo et spatioso. Vid. Herodot. vii. 183. Partheu. Erotic. c. 27. et quæ hanc in rem dicta sunt ad Xenoph. Ephes. lib. i. p. 19." *Abresch.*)

550. μέτοικος, non civis Argolidis, sed colonus inter Argivos, et inter eos educatus.

Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς. *Et Argis pulcra educationis ac nutritionis præmia retributurus.*

551. πύργοις ἀπειλεῖ τοῖσδ' (scil. δεινὰ) ἃ μὴ κραίνοι θεός. *Turribus hisce atrocia minatur, quæ utinam ne deus rata habeat.*

552. sqq. εἰ γὰρ τύχοιεν — ὄλοιντο. Hæc verba Pauwius ita interpretatur: *Utinam evenirent illis, quæ spirant ipsis illis improbis jactationibus, profecto omnes perirent funditus.* Sed primum particula γὰρ, ut sæpe, includit tacitam ejus, in qua alter loquentium proxime finierat, affirmationem; deinde τύχοιεν πρὸς θεῶν de eadem re dicatur necesse est, de qua versu antecedente pronuntiatum erat ἃ μὴ κραίνοι θεός. Verus igitur proculdubio sensus hic est: (*Non nego gravia et atrocia esse quæ iste turribus nostris minatur.*) *Etenim si isti ea quæ cogitant a diis obtinere impia ista jactatione possent, certe* (turres nostræ) *funditus et pessime perirent*. Ita πανώλεις ad πύργοις v. 551. non ad oppugnatores refertur. ἀνοσίοις κομπάσμασιν epitheto aptissime delecto. Tantum enim abesse significat, ut insolenti istà jactatione quidquam proficiant, ut eadem potius propter impietatem deorum iram et vindictam sibi contrahant. Respicit autem Eteocles id quod Parthenopæus v. 531. haud sine deorum contumelia dixisse ferebatur. Vernacula igitur v. 552—555. sic reddiderim: *Ja wenn sie freylich durch jene gottlosen Grossprechereyen die Götter vermögen könnten, ihnen ihre stolzen Absichten zu gewähren, so würden sie* (unsre Thürme) *freylich von Grund aus erbärmlich zerstöret werden. So aber wird dieser Arkadier auch an dem Actor seinen Mann finden* etc. Sed Pauwii rationem si quis forte prætulerit, eam e versu 568, 569. adstruere possit.

Ἦ τ' ἂν πανώλεις παγκακῶς τ' ὀλοίατο.
Ἔστιν δὲ καὶ τῷδ', ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα,
Ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον,
Ἄκτωρ, ἀδελφὸς τοῦ πάρος λελεγμένου
Ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ
Ἔσω πυλῶν ῥέουσαν, ἀλδαίνειν κακὰ,

555. ἔστιν] ἔστι Rob.

556. ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον. Si vera est lectio, quam quidem Scholiaste utroque et Ttzetze (is enim notante Abreschio Chiliad. iv. v. 994. hunc in modum interpolat:

Νοῦ μὲν ἀκόμπαστος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον.)

antiquiorem esse oportet, ὁρᾷ satis audaci καταχρήσει positum sit necesse est, pro οἶδε, *novit, scit; seine Hand aber kennet Thätigkeit*. Si quis autem hac metaphora non delectetur, ei auctor sim, ut rescribat:

Ἀνὴρ ἄκομπος, χεῖρα δ' ὁρύ τε δράσιμος.

Sæpe enim arma et manus, ubi de fortitudine agitur, deinceps ponuntur. (Sic Stat. Theb. ii. 622.

Heu socii, nullæne manus, nulla arma valebunt?)

χεῖρα δράσιμος esset *manu fortis*; δορὺ δράσιμος, *acer et arduus hasta*, ut Virgilius loquitur Æn. xii. 789.

557. ἀδελφὸς τοῦ πάρος λελεγμένου. Hyperbii scilicet.

558. sq. ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ ἔσω πυλῶν ῥέουσαν ἀλδαίνειν κακά. Hoc loco ambiguitas oritur e vocabulo ἐργμάτων, cum ἔργμα et *septum*, i. q. ἕρκος, et *facinus*, *opus*, i. q. ἔργον, denotare possit. Stanleius posteriorem notionem amplexus vertit: *qui non sinet linguam sine operibus intra portas irruentem augere mala*. Multo autem nobilius Æschyloque dignius videtur ἐργμάτων de *aggere* accipere, qualis exundantibus fluminibus opponi solet. Orationis autem, ni fallor, structura hæc est: ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ ῥέουσαν ἔσω πυλῶν ἀλδαίνειν κακὰ, *qui sane linguam* Parthenopæi immodice jactabundam, *non sinet* (torrentis ritu ultra ripas exundantis) *absque aggere* (quem potius sat cito ei opponet,) *fluentem, intra portas*, h. e. in urbe *mala augere*, terrorem nimirum civibus incutiendo. (Germ. *der nicht seumen wird dem Strome seiner Zunge einen Damm entgegenzusetzen, damit er nicht in der Stadt noch Uebel ärger mache.*) Verbo ῥέειν proprie utitur Homerus de fluminibus, a quibus, cum exundant, pontes disjiciuntur, et perrumpuntur aggeres; v. c. Il. ε'. 87. ubi de Diomede:

Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς,
Χειμάῤῥῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.
Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,
Οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων.

et Il. ρ'. 746. ubi Ajaces dicuntur Trojanos repressisse:

— — ὥστε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ
Ὑλήεις, πεδίοιο διαπρύσιον τετυχηκώς·
Ὅστε καὶ ἰφθίμων ποταμῶν ἀλεγεινὰ ῥέεθρα
Ἴσχει, ἄφαρ δέ τε πᾶσι ῥόον πεδίονδε τίθησι
Πλάζων, οὐδέ τί μιν σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες.

Quemadmodum igitur supra, comparatione ab incendio sumta, de dissipa-

Οὐδ' εἰσαμεῖψαι θηρὸς, ἐχθίστου δάκους,

560. ἐχθίστου] ἀδίκου Rob.

tione rumorum dixit poëta ταχυῤῥόθους λόγους ἱεῖσθαι καὶ φλέγειν χρείας ὕπο, sic h. l. similitudine ab exundante fluvio petita superbiloquentiam Parthenopæi magno cum strepitu minas effutientis, quæ cives terrere potuissent, appellat γλῶσσαν ῥέουσαν. Quod autem ἀλδαίνειν κακὰ ad timorem civium, quem ex auditis Parthenopæi minis concipere possent, pertineat, cum per se satis manifestum est, cum aliis etiam locis comparatis clarius apparet. Ita v. 502. φόβον γὰρ ἤδη πρὸς πύλαις κομπάζεται, nihil aliud significabat, quam Hippomedontem jam ante portam fugam ac timorem jactatione sua minisque atrocibus ciere. Et v. 195. Eteocles Chorum nolebat propter metum τὰ τῶν θύραθεν ἄριστ' ὀφέλλειν, quod idem est ac ἔσω πυλῶν κακὰ ἀλδαίνειν. Ceterum Burgessius pro ῥέουσαν emendabat θ ρ έ ο υ σ α ν, hac interpretatione usus: *qui non sinet linguam quæ frustra intra septum ejus in ore tumultuatur, mala augere, et exsequi*, quæ minatus sit. ἔσω πυλῶν nimirum post Bern. Martinum V. L. i. 9. sic intelligit, ut Homerus ἕρκος ὀδόντων (Il. δ'. 350. et sæpius) et Euripides στόματος πύλας (Hippol. 882.) dixit. Verum si hoc innuisset Æschylus, ei potius, ut opinor, ἔξω πυλῶν, quam ἔσω πυλῶν scribendum fuisset.

560. οὐδ' εἰσαμεῖψαι θηρὸς, ἐχθίστου δάκους, εἰκὼ φέροντα πολεμίας ἐπ' ἀσπίδος. Stanl. int. *neque intrare eum sinet, qui bestiæ inimicissimi morsus imaginem fert in hostili clypeo.* Is igitur ἐχθίστου δάκους non appositum esse vocabulo θηρὸς, sed potius ab eo regi existimavit. At, ut alia hujus versionis incommoda prætercam, δάκος *morsum* significare non memini. Est potius bellua, vel bestia seu dentibus, seu veneno nocens. De Sphinge dentibus et unguibus Thebanos lacerante nihil aptius. Sed si δάκος h. l. beluam significat, duplex est, quam inire liceat, ratio et via constructionis. Vel enim genitivus θηρὸς ab alio genitivo ἐχθίστου δάκους regitur, sicut Euripides ἄφθογγα δάκη θηρίων dixit Hippol. v. 646. quod tamen ob ambiguitatem structuræ, et genitivorum, alius ab alio recti, coacervationem non placet; vel ἐχθίστου δάκους est ἐπεξήγησις vocabuli θηρὸς, et utrumque appositione jungitur: hoc sensu: *neque sinet eum intrare, qui in hostili clypeo gerit imaginem* FERÆ, INIMICISSIMÆ BELUÆ. Quæ ratio, quamquam inter eas, quas exposui, longe optima est, nondum tamen ita mihi satisfacit, ut in ea prorsus acquiescam. Etenim si esset θηρὸς ἐκείνου, vel θηρὸς τούτου, plane non offenderer hac appositione ἐχθίστου δάκους. Nec magis eam sollicitandam putarem, si θὴρ de Sphinge κατ' ἐξοχὴν, olim usurpatum fuisset. Nunc cum θὴρ universe quamcunque beluam aut feram notet, nec h. l. pronomine quodam demonstrativo ad propriam Sphingis naturam traductum sit, θηρὸς, ἐχθίστου δάκους εἰκὼ haud secus ad aures accidit, ac si Latine diceres: *bestiæ, immanis beluæ imago;* ubi statim succurrit quærere: *cujusnam tandem bestiæ, aut beluæ?* Certe parum definite Æschylus cogitatà elocutus fuisset; quod genus vitii ab hoc scriptore alienissimum est. Suspicor itaque poëtam scripsisse:

οὐδ' εἰσαμεῖψαι Σ φ ι γ γ ὸ ς, ἐχθίστου δάκους
εἰκὼ φέροντα etc.

h. e. *Neque sinet eum qui Sphingis, immanissimæ bestiæ, imaginem in clypeo gerit, intrare.* Nec difficile est conjicere, quo pacto θηρὸς pro Σφιγγὸς in textum venerit. Forte in glossa interlineari vocabulis ἐχθίστου δάκους superscripserat aliquis θηρὸς, quo nimirum δάκους

Εἰκὼ φέροντα πολεμίας ἐπ' ἀσπίδος.
Ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται,
Πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν.
Θεῶν θελόντων δῆτ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ.
Χο. Ἱκνεῖται λόγος διὰ στηθέων στρ. γ'.
Τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται,

563. κροτησμοῦ] Recte Brunckius hoc restituit, antea conjectura, post etiam in Codd. Regg. repertum. Vulg. κροτισμοῦ, quod barbarum esse recte idem Brunckius pronuntiat. 564. δῆτ' ἂν] Ita versus explendi causa rescripsit Brunck. Θεῶν θελόντων δ' ἂν ἀλ. ἐγὼ Ald. Rob. Sic et cod. Reg. B. In Reg. A. omittitur δ'. Pauw. conj. θ. θ. δ' ἄρ' ἀλ. ἐγώ. Sed particula potentialis ἂν hic abesse nequit.

explicaret; deinde id, ut sæpe, in textum receptum verum vocabulum exturbare potuit. Certe in Guelf. superscriptum legitur: τοῦ μεμισημένου θηρίου. Nec repugnat Scholion ejusdem cod. margini adscriptum: ὅστις οὐκ ἐάσει τὴν γλῶσσαν τοῦ Παρθενοπαίου τὴν χωρὶς ἔργων ῥέουσαν ἤτοι πολλὰ λέγουσαν αὐξάνειν τὰ κακά, ἃ λέγει, ἐλθοῦσαν εἴσω τῶν πυλῶν, ἤτοι αὐτὸν τὸν Παρθενοπαῖον φέροντα ἐπὶ τῆς πολεμίας ἡμῖν εἰκόνα τοῦ μεμισημένου θηρίου τῆς Σφιγγὸς οὐκ ἐάσει εἰσκομίσαι ἤτοι εἰσελθεῖν.—Quod reliquum est, vulgatam, nisi codicum auctoritas accesserit, damnare non ausim; eamque defendendi mollissimam rationem arbitror hanc, ut θηρὸς pro θηρὸς ἐκείνου positum esse dicamus.—

561. εἰκώ. "Sic in utroque cod. Reg. scriptum. Recte. Diversæ formæ sunt, εἰκὼν, εἰκόνος, et εἰκὼ, εἰκοῦς, acc. εἰκώ. Eurip. Hel. 73.

—— ἐχθίστην ἐμῶ
Γυναικὸς εἰκὼ φόνιον, ἥ μ' ἀπώλεσεν

et Med. 1162." *Brunck.*

562. Ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται, Πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν. Sensus facilem habet explicationem; *Sphinx illa in clypeo efficta, extrinsecus introrsum,* nempe ad Parthenopæum, illum clypeum ferentem, *conversa graviter conquereretur, ob crebros ictus* telorum et hastarum, *quos ante urbem accipiet.* Sed v. 562. desideratur copula; non enim Æschylus abruptum ejusmodi orationis genus amat. Itaque vel sic legendum:

ἢ Ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται,

vel secundum Cod. Barocc. 4. scripturam:

Ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι δὲ μέμψεται.

(In Cod. Guelf. est ἔξωθεν δ' εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται. Sed eum locum per metri leges particula δὲ occupare nequit.)

564. Θεῶν—ἐγώ. *Vera igitur dixerim diis bene volentibus.*

565. In tertia Chori antistrophe, quamquam verba per se spectata timoris indicium habere videntur, tamen ob Eteoclis orationem proxime præcedentem, confirmandis animis metuique abstergendo maxime idoneam, præstat ea de summo horrore intelligere, quem Chorus ex impietate Parthenopæi, deorumque contemtu perceperit.

ἱκνεῖται λόγος διὰ στηθέων. *Pectus penetrat sermo.* λόγος nimirum de universo argumento colloquii de Parthenopæi insolentia inter Eteoclem et nuntium habiti capiendum.

566. τρίχος—ἵσταται. *Et arrecti præ horrore stant capilli.* τριχὸς πλόκαμος h. l. periphrastice pro θρίξ.

Μεγάλα μεγαληγόρων κλύων ἀνο-
σίων ἀνδρῶν. Εἴθε γὰρ θεοὶ
Τούσδ' ὀλέσειαν ἐν γᾷ.
Ἀγ. Ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστερον
Ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν.
Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
Κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν
Τὸν ἀνδροφόντην, τὸν πόλεως ταράκτορα,

568. εἴθε γὰρ θεοὶ] Sic optime Brunck. ex utroque cod. Reg. Eandem lectionem præbet Mosq. 1. Vulgo cum pessimo hiatu εἴθε οἱ θεοί. 570. σωφρονέστερον] Hæc lectio, quam ex Ald. Rob. Mosq. 2. revocavi, aptior est huic loco, quam superlativus σωφρονεστάτον, quem Brunckius edidit. 572, 573. Male in Aldina omissi. 573. βάζει] βιάζει Rob. 574. ταράκτορα] σπαράκτορα Cod. Reg. A.

567. *μεγάλα—ἀνοσίων ἀνδρῶν. Auditis magnis* scil. conviciis *superbiloquentium impiorum virorum*. Ellipsis substantivi post μεγάλα indignationem loquentium decet. Fieri tamen potest ut μεγάλα eodem modo dictum sit, quo v. 485. ὑπέραυχα, ac simpliciter ῥήματα, non autem λοιδορήματα aut gravius ejus generis verbum subintelligatur.

568. εἴθε γάρ. Cavendum est, ne omittatur h. l. vis elliptica particulæ γάρ; quæ sæpe respicit brevem aliquam sententiam, omissam illam quidem, sed facile supplendam. Sensus est: *Utinam eos dii perdant; merentur* ENIM.

569. ἐν γᾷ scil. τῇδε, ne incolumes in patriam revertantur.

570. Post insolentium aliquod virorum inauditam superbiam, ferociamque immanem et cum ipso deorum numinis contemtu conjunctam, suaviter animum spectatoris reficit Amphiarai, hominis modesti ac sobrii, nec tamen ideo minus ad agendum promti, pulcherrima sane imago, et a poëta quidem nostro sic efficta, ut in alienæ personæ moribus ipse animi sui magnitudinem signis haud obscuris expresserit.

σωφρονέστερον ἀλκήν τ' ἄριστον. Modestiorem quidem quam illos, *eundem tamen et fortissimum.*

572. Ὁμολωΐσιν. Prœtidem portam, Amphiarao assignat Euripides Phœniss. v. 1120.

573. *κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν. Tydeum vehementer probris incessit, multisque cum conviciis alloquitur.* "Pari modo Hesiod. Ἐργ. v. 186. Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσι, s. prout Henr. Steph. in Th. L. Gr. legit βάζοντες ἔπεσσι." *Abresch.*

574. ἀνδροφόντην. Tydeum cædis perpetratæ causa exulem Argos confugisse, consensu narratur a scriptoribus. Quemnam vero occiderit, ambiguum est. Diodorus Siculus Lycopeum et Alcathoum, ejus patrueles, nominat. Apollodoro autem teste, fuerunt, qui solum Alcathoum Œnei fratrem, alii, velut Alcmæonidis scriptor, qui eum Melanis filios Œneo insidiantes, nempe Phineum, Euryalum, Hyperlaum, Antiochen, Eumedem, Sternopem, Xanthippum ac Sthenelum; alii, ut Pherecydes, qui ipsum Olenium fratrem suum occidisse traderent. Rursus apud Hyginum fratrem Menalippum in venatione occidisse dicitur. Eustathius vero docet, affines, Lycopeum et Alcathoum, seu ob insidias Œneo structas, a Tydeo

Μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον,
Ἐριννύος κλητῆρα, πρόσπολον φόνου
Κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτήριον·
Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἀδελφεὸν

interemtos esse, simulque eum quamvis invitum et imprudentem Melanem patruelem occidisse.

τὸν πόλεως ταράκτορα. *Civitatis* Argorum *turbatorem.*

575. μέγιστον—διδάσκαλον. *Maximum* Argivis *malorum magistrum.* Utroque igitur convicio Amphiaraus belli adversus Thebanos suscepti præcipuum auctorem fuisse Tydeum querebatur.

576. Ἐριννύος κλητῆρα. *Furiæ vocatorem s. præconem.* Quia Œdipus filios suos his diris devoverat, ut ipsi mutuis cædibus se invicem conficerent, aptissime patris scil. furiam provocasse dicitur Tydeus, quoniam bello isto conflato occasionem patris diras perficiendi ipse arcessiverat. πρόσπολον φόνου, *ministrum cædis;* φόνος omnino ad stragem in hoc bello edendam pertinere videtur.

577. κακῶν—βουλευτήριον. *Et omnium horum malorum Adrasto suasorem.*

Omnino tota hæc narrationis pars de probris ab Amphiarao in Tydeum conjectis insignibus ornatur artis tragicæ notis. Primum enim perturbatio quædam verborum inest, narrantis affectum significans. Nam post τὸν ἀνδροφόντην omissum est, καλῶν αὐτὸν, ut nuntius ipse, accelerans orationis cursum, jacta in Tydeum convicia sua quoque sententia comprobare videatur. Deinde, ut mos est iratorum hominum, eadem probra aliis verbis enuntiata hic repetuntur. Versus enim 575. et 577. eandem fere vim habent, nec Ἐριννύος κλητῆρα et πρόσπολον φόνου multum inter se differunt. Denique in ipsis his conviciis admirabiliter et vatis dignitas, et orationis tragicæ decor servatus est.

578. sqq. Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἀδελφεὸν
Ἐξυπτιάζων ὄνομα, Πολυνείκους βίαν,
Δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος
Καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα.

Incredibile est, quas ad ineptias abierint Scholiastæ, ut se ex h. l. difficultate expedirent. Primum enim ἐξυπτιάζων ὄνομα interpretantur ἀναπτύσσων, ἐτυμολογεῖν. Nihil vidi magis ineptum. Quomodo enim huic verbo, cui *resupinandi* notio inest, ea vis tribuatur, ad quam ne audacissima quidem translatione unquam detorqueri potuisset? Deinde δὶς τοὔνομ' ἐνδατούμενος reddunt *bifariam nomen dividens.* Allusionem ad Polynicis nomen h. l. tangi certum est. Nimirum Amphiaraus eum πολλῶν νεικέων ἐπώνυμον nominaverat. At quis unquam ab Æschylo exspectet, ut hanc rem tam jejune, tam exiliter, tam inepte elocutus sit, quam ineptis illis Græculis in mentem venit hariolari! Quis quæso ferat poëtam nedum tragicum, qui allusionem ad vim nominis Πολυνείκους factam esse memoraturus, hoc ita describat: *Bifariam secuit nomen,* h. e. in Πολὺ, et Νεῖκος? Grammaticum aliquem in ludo litterario prima pueris elementa tradentem, non autem poëtam generoso spiritu inflatum audire tibi videaris. Accedit, quod ineptissima sic oritur tautologia. Nam si ἐξυπτιάζειν ὄνομα jam significat τὸ ὄνομα ἀναλύειν, s. ἐτυμολογεῖν, cur idem sequenti versu horridius etiam et jejunius dicatur? Neque vero, si Æschyli verborum copiam et varietatem recordamur, credibile est, eum bis vocabulum ὄνομα binis versiculis continentibus tam insipide repetiisse. Quæ cum ita sint, mihi quidem videor et versus 578. una syllaba defecti mensuræ, et universæ sententiæ, ut nunc est, omnem interpretandi sollertiam aspernantis, integritati quam fieri possit optime consulere, sic emendando:

Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἐς ἀδελφεὸν

Ἐξυπτιάζων ὄνομα, Πολυνείκους βίαν,

579. In hoc versu non solum post πρόσμορον syllaba deest ad metri integritatem, sed etiam sensus ejus duorumque sequentium multis modis implicitus est. Ut autem nos ex omnibus expediamus, ita corrigendos opinor: Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἐς ἀδελφεὸν Ἐξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν Δύσφημον αὐτῷ τοὔνομ' ἐνδατούμενος Καλεῖ etc. Emendationis veritatem ut assererem, operam dedi in Commentar. ad h. l. Brunckius audacius, quam ut probare possim, in textum invexit ὁμόσπορον καλοῤῥοθεῖν pro πρόσμορον ἀδελφεὸν, neque tamen reliquorum versuum difficultatem remedio tam aspero sublevavit. Pro ἀδελφεὸν in Rob. est ἀδελφόν. In codd. Regg. annotatur lectio futilis πρόσπορον, quam exponunt glossæ, τὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ

Ἐξυπτιάζων ὄ μ μ α, Πολυνείκους βίαν,
Δ ύ σ τ η ν ο ν α ὐ τ ῷ τοὔνομ' ἐνδατούμενος,
Καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα.

Deinde vero vicissim in infelicem tuum s. malo tuo fato tibi natum fratrem vultum reflectens, Polynicem, infaustum ei nomen exprobrans, vocat, et his eum verbis affatur. πρόσμορος ἀδελφεὸς Eteocli Polynices dicitur, non quod ei certum interitum portendat, (nam id quidem nuntius regi non oggessisset,) sed potius quod ei malo fato natus sit, ut qui jam bello eum persequatur, quo sane, absque eo fuisset, Eteocles carere poterat. Itaque πρόσμορον nec cum Schol. α'. ἀξιοθάνατον, neque cum Scholio, quod e cod. Reg. Brunckius affert, πλησιοθάνατον, τὸν ἐγγὺς θανάτου ὄντα interpretor (scite enim Brunckius: næ melior, inquit, Amphiarao ipso, vates erat nuntius ille, qui jam præviderat Polynicem in prælio cæsum iri), sed potius cum Schol. β'. τὸν οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ συναδελφὸν, ἀλλ' ἐπὶ μάχῃ. (*deinen recht dir zum Unglück und Verdrusse gebohrnen Bruder.*) Verbi ἐξυπτιάζειν notior vulgo est vis intransitiva, qua pro *supinum esse* ponitur. Idem tamen active quoque usurpatum fuisse constat. Cf. lexic. Æschyl. h. v. ἐξυπτιάζειν ὄμμα εἴς τινα itaque est, *oculos in aliquem reflectere, resupino vultu aliquem spectare,* quod primum ii facere solent, qui corpora alta, v. c. sidera, turres, montes suspiciunt. Deinde idem vultus est efferentium sese, et alto supercilio alios contemnentium, aut increpantium. Ita Clemens Alex. Pædag. lib. iii. p. 253. A. ed. Sylb. vetat ἐ ξ υ π τ ι ά ζ ο ν τ α παραβλέπειν εἰς τοὺς ἀπαντῶντας, εἰ ἀποβλέπουσιν εἰς ἡμᾶς, quod utique superbiæ foret indicium. Hoc loco igitur vultum Amphiarai Polynicem increpantis optime depingit ἐξυπτιάζειν ὄμμα. Facillime autem ὄμμα et ὄνομα a librariis permutari potuisse, non est quod multis verbis demonstrem. (Sic Plat. Phæd. c. 47. p. 260. ed. Fischer. ubi in vulgatis est ἀλλοτρίῳ ὄμματι, rectius Stobæus legit ἀλλοτρίῳ ὀνόματι.) Πολυνείκους βίαν vel cum ἀδελφεὸν conjungendum est, ita ut post καλεῖ subintelligatur αὐτὸν, vel cum hoc ipso pronomine construendum. Utrum eligas, parum interest. Nobis tamen postrema ratio majorem videtur commoditatem habere. Participium ἐνδατούμενος jam Stanleius intellexit non significare *partiens, dividens,* id quod h. l. ineptissimum esset, sed potius *exprobrans.* Opportune quoque laudat Sophocleum illud e Trachiniis, v. 801. ubi Hercules Dejaniræ conjugium sibi exprobrans dicitur:

τὸ δυσπάρευνον λέκτρον ἐνδατούμενος.

(Schol. ad h. l. recte explicat: ἐνδατούμενος, νῦν, σφόδρα κακῶς λέγων, δυσφημῶν, συνεχῶς μεμφόμενος ἐπαρώμενος.) Nihilo secius tamen in adnotationibus parum aberat, quin optimam hanc interpretationem retractaret, propterea quod se ex adjuncto δὶς τ' ἐν τελευτῇ expedire non posset. Atqui in his verbis corruptelam latere, vix est ejusmodi, ut ambigi debeat. Quid enim quæso δὶς illud valeat? Nonne prorsus otiosum est et frigidum? Cur enim *bis*

Δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος.

σπόρον, ἐκ τῆς αὐτῆς σπορᾶς γεννηθέντα, in quo Brunckius suum illud ὁμόσπορον latere putabat.

dicatur Amphiaraus nomen Polynici exprobrasse? Quapropter sensus certe poëtæ a nobis divinatus fuerit, si rescripserimus:

Δύσηνον αὐτῷ τοὔνομ' ἐνδατούμενος.

Infaustum ei nomen exprobrans. An autem veram Æschyli manum hic assecuti simus, alia quæstio est. Nec ipse id affirmare ausim. Si mihi de auctoritate vocabuli δυσεντέλευτος constaret, quovis pignore certarem Æschylum scripsisse:

δυσεντέλευτον τοὔνομ' ἐνδατούμενος.

Ut ἀτέλευτος est *exitum non habens, non ad finem perductus;* sic ex analogia compositionis esset δυσεντέλευτος, *infeliciter ad exitum perductus;* adeoque δυσεντέλευτον ὄνομα *nomen* esset *infausti ominis, quod cummaxime ad exitum perducitur..* Eaque lectio propius ad vestigium scripturæ, quod in codicibus superest, accederet. Ceterum post Scholiastas, qui tamen sani nihil attulerunt, nemo interpretum hæc verba δίς τ' ἐν τελευτῇ eorumque difficultatem expedire ausus est, præter unum Pauwium, qui δίς τ' ἐν τελευτῇ de *fine sermonis* Amphiarai cepit, isto quidem sensu exeunte: *bis ei in clausula sermonis nomen exprobrans.* Quod sane seorsim spectanti valde blanditur. Nam apud Euripidem quoque Eteocles, multum cum Polynice altercatus, tandem his verbis desinit v. 645. (al. 649.)

Ἔξιθ' ἐκ χώρας· ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ
Ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον.

Is igitur in fine sermonis, ἐν τελευτῇ τοῦ λόγου, malum nominis omen ei exprobrabat. Sed quamquam Pauwii rationem Scholiastarum nugis multum præferendam esse censeo, non tamen eam ab omni difficultare immunem, adeoque prorsus approbandam esse arbitror. Cum enim h. l. nuntius Amphiarai verba diserte commemoret, haud satis aptum fuisset, antequam initium dictorum audisset spectator, clausulæ mentionem facere. Nec ipsa narrantis verba diligentius inspecta id admittunt. Cum enim dicit nuntius Πολυνείκους βίαν καλεῖ, quid aliud innuit, nisi primam Amphiarai ad Polynicen apostrophen? Cum vero inter verba Πολυνείκους βίαν et verbum καλεῖ hæc interjicit δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος, quomodo hæc non ad exordium dictorum Amphiarai, sed ad epilogum pertineant? Sine dubio his verbis indicare voluit nuntius Amphiaraum, antequam ista quæ sequuntur v. 582. Ἦ τοῖον ἔργον etc. ordiretur, Polynicen nominatim vocasse, adjecta simul infausti ominosique nominis interpretatione. V. c. sic:

Ὦ Πολύνεικες, νεικέων ἐπώνυμε!

vel ut ipse apud Euripidem Chorus Phœn. 1503. Polynicen alloquitur, jam mortuum:

ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος!

Quocirca si quis verbis δίς τ' ἐν τελευτῇ ut genuina defendere velit, acrius equidem non repugnabo; hoc tamen primum vehementer urgebo, ἐν τελευτῇ non ad finem sermonis Amphiarai, sed ad *exitum nominis Polynicis* trahenda esse, quemadmodum infra v. 938. his verbis νείκεος ἐν τελευτῇ haud obscurum est, iterum Polynicis nomen spectari. Deinde vero idem ut doceat postulabo, τὸ ὄνομα ἐν τελευτῇ ἐνδατεῖσθαι significare posse, nomen alicui *propter* ejus *exitum infaustum exprobrare, s. reprehendere.* Quod nisi idoneis exemplis confirmetur, maneo in sententia, ut in verbis δὶς ἐν τελευτῇ adjectivum latere statuam, quod significet *malum exitum habens, s. infausto omine, quod jam exitus firmet, impositum.* Jam ut facilius, quid emendatio nostra

Καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα·
Ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλὲς
Καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις,
Πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
Πορθεῖν, στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα;
Μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;

581. τοῦτ' ἔπος] τοὔπος Ald. 585. ἐμβεβληκότα] ἐμβεβηκότα et supra schol. ἐπαγαγόντα, Mosq. 2. 586. μητρὸς δὲ] Sic Brunck. pro vulg. τε.

huic loco profuerit, lectores judicare possint, Scholiastarum h. l. explicationem cum nostra comparabimus. Etenim si illos audimus, sic, Teutonicis quidem verbis, efferendi sunt versiculi: *Dann rief er deinen todeswürdigen Bruder, zergliedernd seinen Namen, den Polynices, theilte am Ende seinen Namen in zwey Stücke, und fing so an zu reden.* Nos autem, emendationem secuti facilem, nec infirmis, ut opinamur, argumentis adstructum, sic vertimus. *Dann erhob er auf deiner Bruder, das Unglückskind, seine Augen; ó Polynices, rief er, indem er ihm die unglückliche Bedeutung seines Namens vorwarf, und brach dann in diese Worte aus.*—

Ceterum vix opus est ut moneamus, hanc nominum propriorum ad eventum accommodationem, quæ hodie, imminuta hominum superstitione, frigida et jejuna videretur, magnam Æschyli ætate, qua cuncta vaticinandi genera mirum in modum vigebant, vim ac dignitatem habuisse, ut mirandum non sit, eum cum aliorum sæpe nominum ominibus usum, tum inprimis hac Polynicis nominis interpretatione, quod sit πολλῶν νεικέων ἐπώνυμος, sic delectatum fuisse, ut ea pluribus locis in hac una tragœdia recurrat. Cf. v. 660. 831. sq. 938.

582. Amphiaraus jam Polynici piaculum exprobrat, quod oppugnanda patria urbe contraxerat.

Ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλὲς. *Sane tale facinus etiam diis acceptum fuerit.* Facile unusquisque sentiet pronomen τοῖον, et particulam καὶ hic valde languere. Suspicor itaque Æschylum sic scripsisse:

ἦ θεῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλὲς
καλόν τ' ἀκοῦσαι, καὶ λέγειν μεθυστέροις.

Divinum vero facinus ac diis acceptum, imo posteris etiam auditu dictuque pulcherrimum; O eine göttliche und den Göttern gefällige That, und wie schön wird sie im Munde und Ohre der Nachkommen klingen!

584. sq. πόλιν—ἐμβεβληκότα. *Patriam urbem deosque indigenas vastare, peregrinum inducendo exercitum!*

586. μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη; Stanleius vertit: *Matrisque fontem quodnam jus exsiccabit?* Recte ad verbum. Sed quo sensu, nemo facile dixerit. Nam quid est μητρὸς πηγὴ? (Sunt qui de *Dircæo fonte* intelligunt; ideoque in edit. Turn. μητρός τε πηγὴν legitur, et colo post πηγὴν distinguitur, scilicet ut cum πορθεῖν conjungatur. At ineptum hoc sensum præbet. Fontes enim ab hostibus quomodo vastari dicantur? Et cur Dircæus fons μητρὸς πηγὴ appelletur?) Schol. α'. et β'. de patriæ lacrymis intelligunt. Verum quomodo aliquis pro patriæ lacrymis *matris fontem* dicere potuerit, equidem non assequor. In Scholio marginali Cod. Guelf. exponitur de matris Jocastæ lacrymis. At hac opinione, non sublato prioris interpretationis incommodo, novum etiam accedit! Quis enim hic exspectabat, ut

Πατρίς τε γαῖά σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ
Ἁλοῦσα πῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται;
Ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα
Μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.

587. πατρίς τε] πατρὶς δὲ codd. Regg. 589. δὴ abest Ald.

Jocastæ mentionem faceret Amphiaraus? Et quamquam *δακρύων πηγαὶ, κλαυμάτων πηγαὶ, νοτίοις παγαῖς παρειὰν τέγγειν*, similesque locutiones probæ illæ quidem sunt, non tamen efficiunt, *matris lacrymas* dici posse *μητρὸς πηγήν*. Levi igitur emendatione, ni fallor, sanari potest hic versiculus:

Μητρὸς δὲ πηγή τις κατασβέσει δίκην;

(Nimirum ut *τις* non *interrogativum* pronomen sit, sed encliticum; et interrogatio non ab eo, sed a tota sententia pendeat; ut Prometh. 117.

Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον;)

Matris vero (cæsæ) *vindictam num fons aliquis restinguet? Wird auch irgend eine Quelle die Blutrache eine Mutter auslöchen?* Ita *μητρὸς δίκην* positum sit pro *μητρῴου αἵματος δίκην*. Sic Eumenid. v. 230. *ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον δίκας*. Et sic *αἵματος δίκη ὁσία*, *justa sanguinis dica*, Eurip. Orest. 499. Amphiaraus nimirum bellum adversus patriam susceptum inexpiabile crimen esse demonstraturus, id cum matricidio comparat, et ut conceptam e materno sanguine maculam negat ullius fontis lavacro elui aut expiari posse, ita et patriæ urbis vastationem inexpiabili religione sancitam esse docet. In simili causa similis est argumentandi ratio, nec absimilis verborum structura Choëph. 69. sqq. Ibi cædes mariti piaculum dicitur, nullis omnium fluminum aquis eluendum; idque comparatur cum pudicitia virginum læsa, quæ nullo unquam remedio restitui possit. Recordentur autem lectores jure Græcorum antiquo quamcunque cædem piaculum homini contraxisse, sed ita ut ei præsertim, qui vel invitus vel justa causa adductus aliquem occidisset, sacrificiis et aquæ puræ inprimis fontanæ (Orestes v. c. apud Trœzenios aqua ex Hippocrene lustratus esse fertur. Pausan. lib. ii. c. 31. p. 185. ed. Kühn) lustratione expiare cædem liceret.

587. sq. *πατρίς—γενήσεται; Et quomodo unquam patria tellus propter cupiditatem tuam armis expugnata socia tibi fuerit? σπουδὴ* h. l. dicitur Polynicis cum regnandi, tum fratrem, qui eum regno excluserat, ulciscendi cupiditas. Universa autem hæc Amphiarai objurgatio comparanda est cum oratione Jocastæ eundem filium suum ab expugnatione Thebarum deterrentis, Eurip. Phœniss. v. 577. sqq.

589. sq. *ἔγωγε—χθονός. Ego vero jam hanc terram pinguefaciam vates hostili sub terra conditus. πιανῶ χθόνα* pro *sepultus in hac terra putrescam.* Utrum vero sequens versiculus

μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονὸς

Æschyleus sit, haud equidem pro certo dixerim. Subdubitandi saltem causam præbet, quod nimis clare his verbis tangi videtur mortis genus, quod Amphiarao impendebat. Jam etsi prævidisse eum narrant, se ex hoc bello non rediturum, tamen se a terra devoratum iri ignorabat. Si vero *κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονὸς* nihil aliud significaret, nisi *hostili terra sepultus*, tautologiam saperet, cum jam antecedente versu idem aliis verbis enuntiatum esset. Neque vero Æschylus pro eximia, quam sequitur, orationis copia et varietate, duobus continuis versibus ita scripsisse videtur, *τήνδε πιανῶ χθόνα*, et *κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός*. Denique concitatior et Amphiarai gene-

Μαχώμεθ᾽, οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον.
Τοιαῦθ᾽ ὁ μάντις ἀσπίδ᾽ εὔκυκλον νέμων
Πάγχαλκον ηὔδα. Σῆμα δ᾽ οὐκ ἐπῆν κύκλῳ·
Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.
Τούτῳ σοφούς τε κἀγαθοὺς ἀντηρέτας

592. νέμων] νωμῶν Mosq. 1.

roso fervore dignior, ut opinor, esset oratio, si omisso isto versiculo sic decurreret:

Ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα.
Μαχώμεθ᾽, οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον.

Sic ipsa mortis certitudine ad virtutem bellicam se ipsum exhortatur; quemadmodum de eo Statius (lib. vii. Thebaid. v. 699. sq.):

talis medios infertur in hostes
Certus et ipse necis. Vires fiducia leti
Suggerit.

Quod autem dicit οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον, eo aperte significat, sibi nihil de vero, quod eum manebat, mortis genere cognitum esse. Sperat potius se fortiter pugnantem in medio cum hostibus conflictu occubiturum.

592. τοιαῦθ᾽ ὁ μάντις ἀσπίδ᾽ εὔκυκλον νέμων, πάγχαλκον ηὔδα. Stephanus, nescio unde, commemorat lectionem εὔκηλον, quam vellem certior auctoritas confirmaret. Nam et per se sensum elegantem præbet: *æreum clypeum quietum*, h. e. *quiete movens*, in quo laudatam Amphiarai σωφροσύνην agnoscas; et illustratur simili Euripidis loco Phœniss. v. 180. ubi Antigone Amphiaraum curru vectum conspicata his eum verbis admiratur:

ὡς ἀτρέμαια κέντρα
καὶ σώφρονα πώλοις
μεταφέρων ἰθύνει.

593. σῆμα δ᾽ οὐκ ἐπῆν κύκλῳ. *Insigne autem non erat in clypeo.* κύκλῳ scil. ἀσπίδος. Idem in Amphiarao laudatur apud Euripidem Phœniss. 1122.

ὁ μάντις Ἀμφιάραος, οὐ σημεῖ᾽ ἔχων
ὑβρισμέν᾽, ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ᾽ ὅπλα.

594. sq. Οὐ γὰρ—βουλεύματα. *Non enim optimus videri, sed esse cupit; fruens ipse animi sui fœcunda segete, e qua prudentia et proba consilia nascuntur.* Egregiam hanc morum Amphiarai notationem omnis antiquitas admirata est. ἄριστος præcipue ad fortitudinem bellicam spectat. βαθεῖαν ἄλοκα, *profundum sulcum*, h. e. *arvum fertile, segetem fæcundam.* διὰ φρενὸς καρπούμενος quidam ita ceperunt, ut sit i. q. φρενὸς διακαρπούμενος, tmeseos figura; nihil autem necesse est cum διὰ φρενὸς more Æschyleo idem valeat, quod ἐν φρενί. Adeoque significatur, Amphiarai animum bonorum consiliorum uberem et fœcundum esse, quamvis idem ab omni jactatione multum abhorreat. Eandem animi indolem Persius nobilissimis his versiculis expressit:

Compositum jus fasque animi sanctosque recessus
Mentis, et incoctum generoso pectus honesto
Hæc cedo, ut admoveam templis, et farre litabo.

Ceterum Plutarchus in Apophthegmatibus narrat, cum hi versus in scena recitarentur, omnium spectatorum oculos in Aristidem fuisse conversos. (Apud eundem ibid. pro ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ legitur ἀφ᾽ ἧς τὰ κεδνά.)

597. sq. τούτῳ—σίζει. *Huic igitur*

Πέμπειν ἐπαινῶ. Δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει.
'Ετ. Φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθος βροτοῖς
Δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστάτοις.
'Εν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς
Κάκιον οὐδὲν, καρπὸς οὐ κομιστέος,
Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.

600. δυσσεβεστάτοις] Multo aptior hic est et gravior superlativus, quem e Mosq. 1. et Rob. restitui. Vulgo δυσσεβεστέροις.

ut sapientes et fortes adversarios apponas suadeo; timendus enim est *qui deos colit.* ἐπαινῶ h. l. idem quod παραινῶ. Gravissimæ sententiæ, δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει, decora etiam brevitas est. Utique enim ejus vis aliquantulum imminuta fuisset, si particulam causalem et verbum substantivum diserte addidisset.

599. sq. φεῦ—δυσσεβεστάτοις. *Proh iniquam* istam *fortunam, quæ justum virum cum impiissimis hominibus consociavit.* Ὄρνις, *ales,* h. l. pro *auspicio, fortuna.* Nostri dicerent: *Was für ein Unstern hat diesen rechtschaffnen Mann in die Genossenschaft der ärgsten Frevler verwickelt!*

601. sq. ἐν παντὶ—οὐ κομιστέος. *In omnibus rebus nihil est malo consortio pejus; fructus* ejus *dignus non est qui colligatur;* h. e. *pessima inde messis metitur.* καρπὸς *enim* οὐ κομιστέος ita dicitur, ut γάμος ἄγαμος de nuptiis infelicibus. Quis autem sit καρπὸς οὐ κομιστέος, statim exemplis a nave et civitate petitis, imo et ipsius Amphiarai exemplo declaratur.

603. Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται. Hic versiculus cum solus spectatur, nemini, ut opinor, Æschylo indignus videbitur. Grandem enim sententiam gravibus et ornatis verbis enuntiat. Attamen h. l. quia non opus erat, ut καρπὸς ille οὐ κομιστέος quasi quadam definitione explicaretur, quippe quem ex illis qui statim sequuntur exemplis cognoscere suavius esset; deinde quia versus ille non satis vinctus est cum antecedentibus, sed tanquam solitarius; denique quia, ubi modo substantivum καρπὸς adhibitum esset, ibi Æschylus alio potius verbo, quam verbo ἐκκαρπίζεται usurus fuisse videtur; his igitur causis adducor fere ut credam, illum versiculum ex alia quadam tragœdia, propter argumenti similitudinem primum a Grammatico quodam ad marginem scriptum, deinde a librariis in contextum, quasi hic inserendus esset, receptum fuisse. Certe si post κομιστέος puncto distinguamus, continuoque, omisso v. 603. pergamus legere Ἢ γὰρ — — non modo nihil ad sensum desiderabitur, sed etiam suavitas in transitu major erit, si a metaphora illa καρπὸς οὐ κομιστέος, attentionem spectatoris excitante, statim ad exempla, quæ sequuntur, quæque exspectationi opportune satisfaciunt, oratio procedat. Ut autem in epigrammate ingratum esset, id quod in eo acuminis instar est, prius intelligere quam totum cognoveris; ut ænigmata non prius solvi quam audiri volumus, ita etiam h. l. versiculus ille.

Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται, decoctam habere dulcedinem videtur, quæ fastidium potius quam voluptatem afferat, propterea quod, quis ille sit καρπὸς οὐ κομιστέος, nimis clare explicat, justoque citius id nobis ingerit, quod ex iis, quæ sequuntur, exemplis ipsi reperire maluissemus. Si tamen vere hic ab Æschylo scriptus sit, hoc saltem certissimum existimo, copulativam post Ἄτης particulam intercidisse.

Ἦ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
Ναύτῃσι θερμοῖς, καὶ πανουργίᾳ τινὶ,
Ὄλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύστῳ γένει·
Ἢ ξυμπολίταις ἀνδράσιν, δίκαιος ὢν,

606. θεοπτύστῳ] θεομίσῳ Ald. 607. ξυμπολίταις] ξὺν πολίταις Turn.

Certe si rescribamus:

Ἄτης δ' ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται,

vis appositionis enitescit, et imminuitur loci communis male intrusi species. Tum enim statim colligit auditor, ἄτης ἄρουρα non absolute, sed relate ad ὁμιλίαν κακὴν poni, ita ut ipsa hæc ὁμιλία appelletur ἄτης ἄρουρα, quæ mortem pro fructu ferat; q. d. *In omnibus negotiis nihil est pejus malo consortio; pessimam ex eo messem metas; est enim tamquam ager nequitiæ, qui mortem fructum gignit.* In allegoria nihil est, quod placere non debeat; ut enim in agro nocentibus herbis consito, si collectis ex eo forte vescaris, etiamsi tu illas non severis, pestilentia tamen earum corpus affectum sentias; ita ex consuetudine cum improbis, quamvis a peccatorum contagione integrum castumque servaveris animum, commune tamen pœnarum, quæ illos manent, periculum subeas necesse est. De v. ἐκκαρπίζεσθαι v. lexic. Æschyl. Ceterum Burtonus ob sententiæ similitudinem comparavit Pers. 819, 820. et Pauli Apostoli dictum Ep. ad Rom. 6. 23.

v. 604—610. ἢ γὰρ—
Optime sic Latinis versibus reddidit Grotius:

Aut justus aliquis nave conscensa simul
Cum navitarum perfido audaci grege
Obruitur undis, hostibus Divûm additus.
Aut innocens sanctusque populares habens
Injurios hospitibus, immemores Deûm,
Implicitus isdem cassibus venaticis,

Una flagellum patitur ultoris dei. nisi quod falsam lectionem ἢ γὰρ pro vera ἦ γὰρ secutus est. Non igitur vertendum *aut justus aliquis* etc. sed: *Profecto enim justus* etc.

605. ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινί. Arnaldus corrigebat καὶ πανούργοισιν τισί· id vero nimis redolet vulgarem orationem, ut, quomodo lectionem tam facilem librarii indifficiliorem mutaverint, exputare nequeas. Si quid mutandum sit, malim corruptelæ sedem in vocabulo ναύτῃσι quærere. Pro illo nimirum fieri posset ut Æschylus scripserit aliud substantivum, quod cum πανουργίᾳ copularetur, v. c.

Τ ο λ μ ῷ τ ι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ,

tumque ναύτῃσι ortum dicatur e glossa interlineari, quæ substantivum omissum adjectio θερμοῖς addidisset. Vere autem repetendum est ἀνδράσι, ex ἀνὴρ præcedente, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Stanleium in Commentario inedito pro καὶ emendasse κᾆν auctor est Burtonus; id autem non vereor, ne multi futuri sint, quibus arrideat. Nec sane opus est aliquid mutari. πανουργίᾳ τινὶ pro societate hominum facinorosorum dicitur. Plura hujus figuræ exempla collegimus in lexic. Æschyl. h. v.

607. Si ξυμπολίταις legamus, e ξυνεισβὰς repetendum est συνὼν, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Sin autem ξὺν πολίταις, facillime cum sequentibus construetur. Verum ipsa hæc facilitas hanc mihi lectionem suspectam reddit. Fortasse autem legendum est:

Ἢ ξυμπολίτης ἀνδράσιν, δίκαιος ὤν,
Ἐχθροξένοις—

vel in eadem civitate degens justus cum hominibus inhospitalibus etc.; ita ξυμ-

Ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσι,
Ταυτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος,
Πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ 'δάμη.
Οὗτος δ' ὁ μάντις, υἱὸν Οἴκλέους λέγω,
Σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς, εὐσεβὴς ἀνὴρ,

610. 'δάμα] δαμη Ald. Rob. 612. εὐσεβὴς] εὐγενὴς Rob.

πολίτης bene responderet antecedenti ξυνεισβὰς πλοῖον etc. verborumque collocatio exquisitior et concinnior esset.

608. ἐχθροξένοις. *Hospitalitatis jura violantibus.* θεῶν ἀμνήμοσι, *deorum immemoribus*, i. e contemtoribus.

609. ταυτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος. Quia ἄγρευμα de *præda* tantum, non de reti aut plaga usurpari existimat Heathius, lectione ἐκδίκως prælata hunc sensum elicit: *ejusdem cum iis prædæ partem injuste adeptus.* In quo miror eum non intellexisse, hoc modo plane Æschyleæ sententiæ vim ac veritatem adulterari. Quid enim? Si justus vir in societatem prædæ cum facinorosis injuste venerit, nonne ipsum quoque a justitia discessisse necesse est? ἄγρευμα etiamsi proprie *rete* non denotet, falsum tamen est, unicum ei *prædæ* significatum subjici. Imo potius sæpe *capturam*, *venationem* (*un parti de chasse*) designat; ut, si quis liberius latine aut germanice verterit, haud aberraverit a sensus veritate, si pro vocabulis *captura* (*Fang*) actionem denotantibus, ista *rete* (*Nez*) in versione substituerit. Etenim *in eandem capturam incidere*, quid aliud est, nisi *in idem rete incidere?* ἐνδίκως vel cum κυρήσας construendum, ut significet ἀληθῶς, quam vim huic adverbio interdum tribui Hesychius testatur, hoc sensu: *si in eosdem casus vere inciderit* (*wenn er nun wirklich gerade in einerlei Netz mit ihnen gefangen wird*) vel sublato commate post ἀγρεύματος, cum πληγεὶς ἐδάμη, quod si melius placeat, poëtam hoc adverbio justitiam divinam excusasse dicamus; quæ hominem innocentem quamvis ipsum pœna non dignum, tamen propterea, quod in improborum consortio deprehensus sit, eadem qua illos calamitate afficere cogatur; quia consultius sit unum hominem etiam sine ejus merito affligi, quam tot improbos propter unius innocentiam impunitos dimitti.

610. θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ. Nobili metaphora pro *communi calamitate divinitus immissa.* Fons comparationis observatione quadrigarum contineri videtur. Auriga enim e quatuor equis junctis tres ferocientes flagello percussurus, vix ac ne vix quidem, ne eodem ictu quartum quoque tangat, efficere potest.

611. ὅτος δ' ὁ μάντις. Brunckius notavit in cod. Reg. A. legi οὕτως δ', idque etiam in B. vulgato superscriptum esse. Unde se probaturum ait οὕτως ὁ μάντις. Idque mihi hanc ob causam verum videtur, quod vis comparationis magis clarescit.

υἱὸν 'Οἰκλέους λέγω. Familiare tragicis est hoc genus ἐπεξηγήσεως, cf. v. 491. Choëph. v. 127. Sophocl. Antig. v. 204.

612. Admirabilis in his est verborum delectus. Primum enim laudes Amphiarai cumulantur, hisque singulis opponuntur sociorum ejus vituperia, nimirum ut eo fortius animum talis ac tanti viri misericordia pellat, cui propterea quod in eorum consortium inciderit, una cum illis pereundum sit. Adjectivis δίκαιος et εὐσεβὴς respondet in oppositione ἀνοσίοισι; ad ἀγαθὸς,

Μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεὶς
Θρασυστόμοισιν ἀνδράσι, φρενῶν βίᾳ,
Τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν,
Διὸς θέλοντος, ξυγκαθελκυσθήσεται.
Δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις,

615. πάλιν] πόλιν Ald. Rob.

quod h. l. *fortem* designat, refertur θρασυστόμοισιν; denique vocabulo σώφρων, quod Amphiarai sapientem in omnibus rebus temperantiam ac moderationem describit, opponitur φρενῶν βίᾳ, quod idem est ac φοίτῳ φρενῶν v. 663. significatque insaniam istorum hominum, quam insolentia et superbia maxime declarabant. φρενῶν βίᾳ non, ut a nonnullis factum video, ad τείνουσι (Pauwius φρενῶν βίᾳ cum συμμιγεὶς construere maluit, ut significetur scilicet Amphiaraum *invito animo* (ut βίᾳ θεῶν est *invitis diis*) cum impiis hominibus hanc societatem iniisse. Sed hac ratione constructio sit ambigua et impedita. Et quamquam notum est, quomodo Amphiaraus uxoris Eriphyles dolo coactus sit ad hanc expeditionem suscipiendam, (vid. Apollodor. lib. iii. p. 151. ed. Commelin.) tamen Æschylus antea nullibi istam fabulæ partem tetigit, ut saltem jure dubitari possit, an his verbis, φρενῶν βίᾳ, illam respexerit) sed potius ad θρασυστόμοισιν trahendum est, plane ut v. 663. φλύοντα et σὺν φοιτῷ φρενῶν conjungitur.

615. τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν. Hæc de fuga intelligenda esse recte Heathius vidit; *qui sua scil. stultitia hoc efficiunt, ut longa via, qua venerunt, eadem,* turpiter scil. in fugam versi, *revertantur. Die es recht darauf anfangen, den weiten Weg, den sie gekommen sind, wieder zurük zu thun.* cf. v. 548. et lex. Æschyl. v. Πομπή. ξυγκαθελκυσθήσεται vulgo interpretantur, *una deorsum trahetur,* in eoque mortis genus, quo periturus esset Amphiaraus, ab Eteocle tangi Heathius existimat. At quomodo id Eteocli notum fuerit, quod ne ipsi quidem Amphiarao cognitum atque perspectum esset? Nam ex oraculo nihil aliud rescierat, quam in hoc bello omnes præter Adrastum duces perituros esse. Fac vero Amphiaraum hoc quoque prævidisse, se terræ hiatu absorptum iri, quis eadem notitia jam Eteoclem hostium regem imbuerat? Sed ut hoc quoque demus, et prolixe cum Heathio agamus, quæ tandem causæ sunt quæso, quibus ut, id Æschylum h. l. spectasse, probabiliter efficiatur? Omnino enim in tragœdiis interpretandis maximopere cavendum est, ne, quia certam alicujus fabulæ seriem a scriptoribus mythologis certa ratione ac via traditam esse videmus, ideo eandem a tragico poëta eodem modo contextam esse fingamus. In Sophoclis Œdipo Coloneo, ut hoc utamur, Amphiarai mentione facta, ne mortem quidem ei impendere significatur, nedum ut Sophocles de causa mortis fabulosa aliquid innuerit. Itaque ξυγκαθελκυσθήσεται non vertendum est *una deorsum trahetur;* (præpositio enim κατὰ in compositione, h. l. ut sæpe, non est putide premenda;) sed potius, *una abripietur, una cum reliquis* eadem scil. fuga et clade *trahetur.* Germ. *er wird mit fortgerissen, mit in ihr Unglük hineingerissen werden.* Διὸς θέλοντος iterum ut v. 564. θεῶν θελόντων coll. v. 522. ad avertendam impietatis suspicionem dictum.

617. sqq. δοκῶ—καίριοι. *Jam equidem eum ne oppugnaturum quidem portam existimo; non quo ignavus sit aut imbellis ti-*

Οὐχ ὡς ἄθυμον, οὐδὲ λήματος κάκῃ·

618. ἄθυμον] ἄθυμος Ald. Rob.

midusque, sed quia sibi fatale esse scit, hoc in prœlio occumbere, si quidem Apollinis oraculis veritas constiterit. Is est enim Amphiaraus, qui aut sileat, aut tempestiva dicat. Hujus loci verum sensum parum assecuti sunt interpretes, præsertim ii, qui Eteoclem aliquid de mortis genere, quo periturus esset Amphiaraus, inaudiisse somniant. Nos Æschylum ex se ipso primum explicandum esse, antequam externa sensus inveniendi præsidia circumspiciantur, cum alias nobis persuasimus, tum ejus opinionis hoc loco potissimum, maximum profecto fructum cepimus. Quicquid enim hic Eteocles de Amphiarai morte dicat, id unice e nuntii verbis v. 589—591. pendere statuimus. Quod enim is narraverat, vatem dixisse : ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα· id sic interpretatur Eteocles, eum hæc non temere, sed ab Apolline monitum pronuntiasse. Nihil igitur opus est, ut aliunde de ea re, etiamsi nuntius ista non narrasset, aliquid Eteocli innotuisse credamus. Non quo ignota plane fuerit Æschyli ætate fabula, quæ Amphiaraum hiscentibus terræ faucibus haustum esse traderet (utpote cujus Pindarus paucis annis post Æschylum natus mentionem faciat); sed hoc volumus, Æschylum in adornanda hac tragœdia illam fabulam nihil moratum esse. Etenim si quis alius, Æschylus certe est in fingendo suus; nec tam quid alii commenti sint, quam quid ut ipse comminiscatur convenientia postulet, curare solet. Itaque ut in verbis φρενῶν βίᾳ negabamus eum ad Eriphyles fraudem respexisse, sic h. l. quæcunque Eteoclem de Amphiarai interitu loquentem faciat, ea non extrinsecus, sed, ut veritatem dialogi tragici decet, e sola nuntii quicum colloquitur Eteocles, narratione petita esse censemus. Quocirca paraphrasi liberiore verum horum verborum sensum declarabimus, in qua nihil addemus, nisi quod per ipsum colloquii nexum subintelligi necesse sit. Sic igitur Eteocles : *Quod autem me mones* (v. 597.) *de propugnatore adversus Amphiaraum mittendo, id equidem haud scio an ne opus quidem futurum sit. Quantum enim e verbis tuis* (v. 589—591.) *intellexi, ipse mortem suam sibi præsagit vates prudentissimus. Itaque ne aggressurum quidem ad portam arbitror. Non quo eum, ut impotens ille Tydeus ausus est,* (v. 384. sqq.) *ignaviæ aut timiditatis incusem ; imo novi eum fortissimum esse ; sed quod Apollo ei prædixerit, eum in hoc prælio mortem oppetiturum esse. Nisi enim divinitus oraculo monitus esset, certe non ita fidenter, nec tam intempestive pronuntiasset, se in hac terra sepultum iri. Unde enim futuri scientiam sibi arrogaret homo prudentissimus, nisi se divina mente inflammatum ista dicere sciret? Aut quomodo si tantum conjiceret cladem suam, tristem eventum, qui militum animos frangere posset, non silentio potius pressisset? Certe enim Amphiaraus non is est, qui futiliter immodiceque garriat, sed potius aut silet, aut ea tantum loquitur, quæ opportuna ac tempestiva sunt. Quare non dubito quidem eum, donec ceciderit, ante portam fortiter pugnaturum, (quemadmodum ipse se honestam mortem sperare dicebat)* (v. 591.) *attamen eum portam oppugnaturum esse, haud est verisimile.*

δοκῶ μέν. Huic μὲν respondet ὅμως δὲ v. 622. Germ. *Nun glaub' ich zwar, dass er nicht einmal auf das Thor einen Angriff thun werde.*

618. λήματος κάκῃ non est *consilii inopia*, sed i. q. ἀψυχίᾳ v. 385. aut ἄψυχος κάκη v. 194. Germ. *Nicht als obs ihm am Mut und unternemendem Geiste felte.* Bellicam Amphiarai fortitudinem omnes celebrant. Sic Pindaro (Nem. x. 16.) appellatur πολέμοιο νέφος, et alibi (Isthm. vii. 45. sqq.) cum fortissimis componitur. (Olymp. vi. 27. eum μάν-

Ἀλλ' οἶδεν ὡς σφε χρὴ τελευτῆσαι μάχῃ,
Εἰ καρπὸς ἔσται θεσφάτοισι Λοξίου.
Φιλεῖ δὲ σιγᾷν, ἢ λέγειν τὰ καίρια.
Ὅμως δ' ἐπ' αὐτῷ φῶτα, Λασθένους βίαν,
Ἐχθρόξενον πυλωρὸν ἀντιτάξομεν,
Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει,
Ποδῶκες ὄμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται

620. καρπὸς] κάρπος conj. Canter. θεσφάτοισι] θεσφάτοις τοῦ Rob. 623. ἀντιτάξομεν] ἀντιτάξομαι Rob. 624. φέρει] φύσει Rob. Probabiliter Brunckius conjicit legendum esse τρέφει.

τιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι nominat.) Sophocli vero (Œdip. Colon. v. 1309.) est:

δορύσσους Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν
Δορὶ κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς.

619. ἀλλ' οἶδεν, *sed quod certo scit*, oraculo, ut conjicio, monitus, non levi conjectura ductus.

620. εἰ καρπὸς ἔσται—Λοξίου. *Si quidem fructum* h. e. exitum *habitura sint oracula Phœbi*. Sed veram puto Canteri emendationem, εἰ κ ά ρ τ ο ς ἔσται. Nam alibi quoque κάρτος de oraculis usurpatur, quæ vero exitu corroborentur. v. c. Sophocl. Œd. Col. 1327.

εἰ γάρ τι πιστόν ἐστιν ἐκ χρηστηρίων
Οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖσδ' ἔφασκ' εἶναι κράτος.

621. φιλεῖ—καίρια. Stanl. in commentar. MS. conj. φιλεῖ δὲ σιγᾷν (omisso μᾶλλον) ἢ λέγειν τἀκαίρια.

623. ἐχθρόξενον πυλωρόν. *Portarum custodem peregrinis adversarium*. ἐχθρόξενος h. l. alio modo, quam v. 608. dicitur. Illic enim in vituperio, hic autem in laude ponitur. Metaphora, quantum video, petita est a similitudine canis villatici, qui tum demum maxime probatur, si, ut Columella ait. (de R. R. vii. 12. 5.) semper excandescat in exteros.

624. γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει. *Consilio quidem et prudentia senem, corpus vero juveniliter vigens gerit*. Eadem est variatio constructionis, quæ v. 556. occurrebat. Inepta est lectio Rob. quam et Schol. β'. agnoscit, φύσει. τρέφει autem, quod Brunckio in mentem venit, sane non displiceret.

625. ποδῶκες ὄμμα. Scil. αὐτοῦ ἐστιν. Oculorum celeritas ad occupandam, quæcunque se obtulerit, vincendi occasionem, in ducibus laudatur.

— — — χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται
Παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ.

Neminem vidi interpretum, qui ista sic expedierit, ut mihi satisfaceret. Ut Scholiastas Græcos mittam, quos lectores ipsi suo loco consulent, Abreschius ita construendum esse putavit: τὸ δὲ δόρυ (τὸ μετὰ τὴν) χεῖρα οὐ βραδύνεται ἁρπάσαι (τὸ τοῦ σώματος μέρος τὸ) παραγυμνωθὲν τῆς ἀσπίδος, i. e. *nec cunctatur hasta in manu rapere, seu vulnus infligere, qua vel tantillum clypeo nudum ostenditur corpus*. At quis tam duras ellipses, tantamque verborum trajectionem ferat in Æschylo, qui si e plurimis locis judicandus sit, ab intricata verborum structura, præsertim extra choricos cantus, vehementer abhorruit! Haud magis nobis placet Burtoni ratio, hunc in ordinem verba redigentis: (κατὰ) χεῖρα δὲ οὐ βραδύνεται ἁρπάσαι δόρυ παρὰ τὸ (μέρος τοῦ ἀντιπάλου) γυμνωθὲν τῆς ἀσπίδος. In quo me maxime offendit constructio ἁρπάσαι δόρυ παρὰ τὸ μέρος τοῦ ἀντιπάλου, pro: *hasta petere nudatam seu apertam corporis partem*. Στέρνον ἁρπάσαι

Παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ.

δορί, bene dicitur; at δόρυ ἁρπάσαι πρὸς στέρνον non item. Quæ cum ita sint, versum illum, si quidem omnino Æschyleus sit, ita restituendum esse putem:

Τὸ παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δορί,

ut παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν pro ἀσπίδος παραγυμνωθὲν dicatur. Ἁρπάσαι δορὶ est id quod Latinis *hasta haurire*, aut *hasta rapere*; ut in cæstuum certaminis descriptione Pollucem inter et Bebrycem ap. Valerium Flaccum lib. iv. v. 291. (quem locum Abreschio debeo):

Emicat hic dextramque parat, dextramque minatur,
Tyndarides; redit huc oculis et pondere Bebryx
Sic ratus; ille autem celeri *rapit* ora sinistra.

Virgil. Æn. x. 312.

Huic gladio perque ærea suta
Per tunicam squalentem auro latus *haurit* apertum.

Quamquam vero in descriptionibus certaminum et præliorum sæpenumero mentio fit partis corporis nudatæ, vel non bene tectæ, quam adversarius gladio aut hasta, aut pugnis denique rapuerit, idque adeo bene huic loco quin conveniat, dubitari non potest, ultro tamen fateor, me nondum satis hac ellipsi delectari, qua τὸ παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν positum esset pro τὸ παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἀντιπάλου μέρος. Ubicunque enim poëtæ partem corporis clypeo nudatam designare volunt, ibi, quantum recordor, semper addunt, ecquod membrum ita nudatum fuerit; saltem universum corporis χροός, aut aliud ejus generis vocabulum nunquam omittunt. Sic Homerus memorat Thoantem στέρνον γυμνωθέντα Il. π΄. 312. et Euripides in duello Eteoclis et Polynicis hujus humerum nudatum ab illo animadversum narrat (Phœniss. 1406.):

κἀν τῷδε μόχθῳ γυμνὸν ὦμον εἰσιδὼν
ὁ πρόσθε τρωθεὶς στέρνα Πολυνείκους βίᾳ
διῆκε λόγχην.—

His addo Theocritum certamen Castoris et Lyncei describendum, Idyll. xxii. ubi v. 187.

Ἔγχεσι μὲν πρώτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον,
Ἀλλήλων εἴ πού τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.

Vides igitur, quomodo ab his poëtis eadam res multo dilucidioribus verbis descripta sit, quam Æschylus descripsisset, etiamsi correctione nostra versiculum hunc multum sublevarimus ita legendo:

Τὸ παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δορί.

Longe igitur melius videtur, versiculum ita intelligere: *manu vero haud cunctatur a sinistro latere nudatum gladium educere*; ut nostri dicerent: *er ist gleich bereit vom Leder zu zeihen*. Sic sæpe ἁρπάζειν usurpatur. παρ᾽ ἀσπίδος deberet esse *a sinistro latere*, sicut παρ᾽ ἀσπίδα *sinistrorsum*, ἐπ᾽ ἀσπίδι *a sinistra* significare notissimum est. Denique δόρυ paulo insolentius positum esset pro ξίφος, quemadmodum Sophocles aliquando ἔγχος pro ξίφος adhibuit Ajac. 668. coll. 829. sqq. item Schol. ad v. 668. et Eustath. ad Iliad. ζ. 319. p. 505. lin. 31. ed. Basil.

Posteaquam ista scripseram, non sine voluptate cognovi hanc explicationem Brunckio quoque placere. Et sane in ea prorsus acquiescerem, si exempla mihi nota essent, quibus παρ᾽ ἀσπίδος eodem modo significare posse *a sinistro latere*, quomodo παρ᾽ ἀσπίδα vel παρ᾽ ἀσπίδος *sinistrorsum* significat, amplius confirmaretur. Atqui ejusmodi exempla non recordor; nec utriusque locutionis eadem est ratio. Nam in παρ᾽ ἀσπίδος ambiguitas esset, quæ non est in παρ᾽ ἀσπίδα. Quapro-

Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.
Χο. Κλύοντες θεοὶ δικαίας λιτὰς
Ἡμετέρας, τελεῖθ' ὡς πόλις εὐτυχῇ,
Δορίπονα κάκ' ἐκτρέποντες γᾶς ἐπι-
μόλους· πύργων δ' ἔκτοθεν βαλὼν
Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ.
Ἀγ. Τὸν ἕβδομον δὴ τόνδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις

628, 629. λιτὰς ἡμετέρας] λόγους ἐμοὺς Rob. 629. τελεῖθ'] σὺ τελεῖτε Rob. ὡς πόλις εὐτυχῇ] πόλιν εὐτυχεῖν Rob. 630. ἐπιμόλους] πρὸς ἐπιμόλους Ald. Turn. Victor. τῶνδ' ἐπιμόλους Rob. In Mosq. 1. Reg. A. ἐπιμόλους sine πρός. Præpositionem e glossa in textum irrepsisse recte observavit Brunck. 631. δ' ἔκτοθεν] ἔκτοσθεν Ald. δ' ἔκτοσθεν Rob. Turn. ἔκτοθεν, quod metrum postulat, Brunckius recepit e Reg. A.

pter versum male tornatum haud scio an interpolator aliquis adjecerit, qui quid esset χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται supplemento quodam declarandum putaret. Certe si eo prorsus deleto sic procederet oratio:

γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει,
ποδώκεις ὄμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται,
θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.

tantum abesset, ut aliquid ad sensum desideraretur, ut potius integra sententia concinna dictionis brevitate concluderetur. ποδώκεις ὄμμα imperatoris in observando celeritatem χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται (sic Eteocles Eurip. Phœniss. v. 765. ἀλλ' εἶμ', ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα. Et Ulysses in Philoct. Sophocl. v. 98. καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ Γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν. quem locum supra ad v. 449. ubi nostram vocabuli στομαργὸς explicationem optime illustrat, nescio quomodo oblitus sum commemorare) strenuam ejus fortitudinem designaret. Quod reliquum est, judicet lector e versione, quam addam, quid ista de conjectura statuendum sit: *Gleichwol will ich ihm auch einen Mann, den wackern Lasthenes entgegenschicken, einen Greis an Geist, bei voller Jugendstärke des Körpers; schnell ist sein Blick, und seine Faust nicht minder rasch. Doch ists immer Gottes Geschenk, wenn gutes Glück die Thaten der Sterblichen krönet.*

628. Chorus ita precatur: *O dii, justas preces nostras audite, et felicem civitati belli exitum date; hos advenas, hostilia mala e terra profligantes. Jupiter autem eos a turribus propulsans fulmine occidat.* Ut Latini nonnunquam *damna, calamitates*, dicunt, pro hominibus damna aut calamitates inferentibus, sic h. l. οἱ ἐπίμολοι, advenæ hostes, appellantur δορίπονα κακά, *damna bellica, s. hastis nocentia.* γᾶς autem apte sic inter ἐκτρέποντας et ἐπιμόλους interjectum, ut pariter ad utrumque referri possit. ἐκτρέπειν γᾶς idem quod deinde πύργων ἔκτοθεν βάλλειν.

633. sqq. τὸν ἕβδομον δὴ τόνδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις λέξω—οἵας γ' ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας. *Jam dicam, qualia infortunia septimus ille ad septimam portam oppugnandam constitutus, tuus ipsius frater, urbi optet atque imprecetur.* Nominativi ὁ ἕβδομος etc. propter sequens verbum λέξω noto græcismo in accusativos mutati sunt. Adeoque non est, cur τόνδε cum Brunckio sollicitemus.

Λέξω, τὸν αὑτοῦ σοῦ κασίγνητον, πόλει
Οἵας γ' ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας·
Πύργοις ἐπεμβὰς κἀπικηρυχθεὶς χθονὶ,
Ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας,
Σοὶ ξυμφέρεσθαι, καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας,

635. οἵας γ' ἀρᾶται] οἷα ἀρᾶται Ald. τύχας] πύλας Ald. 637. ἐπεξιακχάσας] ἐξιακχάσας Ald. Turn. Vict. ἐξιακχιύσας Rob. 638. ξυμφέρεσθαι] συμφέρεσθαι Ald. Rob. Turn.

Quod enim is substituendum censebat νῦν, ejus vis jam inest particulæ δὴ, quæ idem valet, quod ἤδη. Ut autem *ille* apud Latinos, sic ὅδε centies refertur ad sequentia, quæ dicturi sunt loquentes.

τὸν αὑτοῦ σοῦ κασίγνητον. "Fortasse leg. α ὐ τ ο ῦ σ ὸ ν, *tuum ipsius fratrem*. τὸν σὸν αὐτοῦ κασίγνητον, ut ἡ ἐμὴ τοῦδ' ἀνδρὸς τραπέζη Œdip. Tyr. v. 1462. de qua locutione præter Schol. ad h. l. vid. Eustath. ad Il. β'. v. 54." *Burgess*.

636. sqq. πύργοις ἐπεμβὰς—τίσασθαι τρόπον. Optat nimirum, *ut ipse, turribus conscensis et rex huic terræ declaratus, pæana ob expugnatam urbem magno cum clamore exorsus, tecum congrediatur, et sive occideret, te simul occidat, sive superstes fuerit, te, a quo tali ac tanta ignominia affectus et expulsus sit, eodem modo exsilio multet.*

κἀπικηρυχθεὶς χθονὶ scil. βασιλεὺς, s. νικητὴς, *rex aut victor publico præconio declaratus*. ἁλώσιμος παιὰν, carmen ob expugnatam urbem Marti aut Apollini cantatum. Sic ἁλώσιμος βάξις fama de urbe expugnata, Agam. 10.

ἐπεξιακχάσας. (Si copula in hoc versu necessaria esset, optimum foret legere:

Ἁλώσιμον παιᾶνά τ' ἐξιακχάσας

quam quidem lectionem inter V. L. ab anonymo in ora Ed. Ald. in Bibl. publ. Cantabr. citari testatur Burtonus. Quod enim Stanleius in commentar. inedito proposuit Ἁλώσιμόν τε παιᾶν' ἐπεξιακχάσας, id metrum non patitur.) Significat se ipsum tanquam præcentorem verba præiturum. Inest autem simul clamoris significatio.

638. sqq. Σοὶ ξυμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας, Ἢ ζῶντ' ἀτιμαστῆρα τῶς σ' ἀνδρηλάτην Φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον. In his versibus primum transpositio facta videtur circa verba καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας. Si enim ita scripsisset Æschylus, τὸ θανεῖν videtur primarium esse, et adjunctum κ τ α ν ὼ ν secundum in sententia locum obtinere. Atqui id ineptum esset. Polynices enim optaret, ut ipse moreretur. Imo veritas et ratio illud postulabat, ut, cum duplex ei conditio proposita esset, nimirum ut *aut* in duello cum fratre occumberet, *aut* ex eo vivus discederet, optaret aliquid, quod, sive illud, sive hoc accidisset, expetendum sibi videretur. Si igitur fatale sibi esset in certamine occumbere, sane pro acerbitate odii, quod eum in fratrem stimulabat, nihil erat, quod ardentius optaret, quam ut eum a quo interficeretur, simul occideret; id igitur sic potius enuntiandum erat, κτανὼν θανὼν πέλας, quam κτανὼν θανεῖν πέλας· sin autem vivus e conflictu discederet, nolebat certe victus, sed victor discedere. Jam si vicisset Eteoclem, eum aut occidere, aut in exilium agere poterat. Ex his duobus hoc præoptabat. Fratrem enim, qui se regno et urbe excluserat, ex jure talionis eadem injuria ulcisi malebat.

Ἢ ζῶντ' ἀτιμαστῆρα τώς σ' ἀνδρηλάτην
Φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.
Τοιαῦτ' ἀΰτεῖ, καὶ θεοὺς γενεθλίους
Καλεῖ πατρῴας γῆς, ἐποπτῆρας λιτῶν
Τῶν ὧν γενέσθαι πάγχυ Πολυνείκους βία.
Ἔχει δὲ καινοπηγὲς εὔθετον σάκος,

639. τώς] τ' ὡς Rob. et abest σ'. 641. ἀΰτεῖ] αἰτεῖ Rob. 643. βία] βίᾳ Rob.
644. εὔθετον] εὔκυκλον Turn. Vict. etc. ante Brunck. qui recepit εὔθετον e Regg.

Itaque sic emendandos esse hos versiculos mihi persuasi :

σοὶ ξυμφέρεσθαι, καὶ κ τ α ν ε ῖ ν θανὼν
πέλας,
ἢ ζῶν ἀτιμαστῆρα τώς σ' ἀνδρηλάτην
φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.

His ita constitutis optat Polynices, ut, cum fratre congressus, aut occidat eum, etiamsi sibi una cum eo moriendum sit, aut si superstes fuerit, eum qui se regno expulisset, vicissim expellat. Prior autem correctio a Scholiasta α'. confirmatur; cujus ex interpretatione, *συστῆναί σοι καὶ φονεῦσαι ἀποθανὼν ἐγγὺς*, clare apparet, eum in suo codice non legisse *κτανὼν θανεῖν πέλας*, sed potius *κτανεῖν θανὼν πέλας*. Apud Sophoclem Œdip. Col. primum quidem Polynices v. 1339. optat, ut sibi contingat fratrem vi expellere, Œdipus vero ei imprecatur, ut occisus a fratre ipsum vicissim occidat.

ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
Θανεῖν, κτανεῖν θ' ὑφ' οὕπερ ἐξελήλασαι.

Accedit quod Euripides quoque Œdipi diras ita ratas fuisse auctor est, ut prior Polynices a fratre letali vulnere affectus, jam moribundus ipsum vicissim interfecerit (Phœniss. v. 1429. sqq.) :

ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχὺ,
Σώζων σίδηρον ἐν λυγρῷ πεσήματι
Μόλις μὲν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος
Ἐτεοκλέους, ὁ πρόσθε Πολυνείκης πεσών.
Γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες, ἀλλήλοιν πέλας
Πίπτουσιν ἄμφω, κοὐ διώρισαν κράτος.

Itaque si emendatio nostra valeat, bene inter se cohæreant *ξυμφέρεσθαι—κτανεῖν—τίσασθαι*; et ut infinitivi *κτανεῖν* ac *τίσασθαι* disjunctive posita ea designarent, quorum alterutrum ut fieret Polynices expetebat, sic participia *θανὼν* et *ζῶν* utriusque horum eventorum conditiones innuerent.

τὼς i. q. *οὕτως*, construendum cum *ἀτιμαστῆρα*; et *ἀτιμαστῆρα τώς σ' ἀνδρηλάτην* est, *te expulsorem suum tam in se contumeliosum*.

640. *φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.* Macrologiam quandam sapit hic versiculus; et si pro *ἀνδρηλάτην* in quibusdam codd. forte reperiretur *ἀνδρηλατεῖν*, in proclivi esset suspicari versum 640. ex interpretatione ortum, Æschylumque tantum scripsisse ;

ἢ ζῶν ἀτιμαστῆρα τώς σ' ἀνδρηλατεῖν,

quod si verum esset, particula *τὼς* i. q. *ὁμοίως* cum *ἀνδρηλατεῖν* construeretur. Sed hæc incertiora sunt, quam ut mutari nunc quidem aliquid debeat.

641. sqq. *τοιαῦτ'—Πολυνείκους βία.* *Talia vociferatur Polynices, patriæque terræ indigenas deos invocat, ut preces suas diligenter respiciant*, easque omnino ratas habeant. Ordo verborum est : *τοιαῦτ' ἀΰτεῖ Πολυνείκους βία, καὶ καλεῖ θεοὺς γενεθλίους πατρῴας γῆς, πάγχυ ἐποπτῆρας τῶν ὧν λιτῶν γενέσθαι.*

644. *εὔθετον σάκος*. Duplicem lectio-



Διπλοῦν τε σῆμα προσμεμηχανευμένον.
Χρυσήλατον γὰρ ἄνδρα τευχηστὴν ἰδεῖν
Ἄγει γυνή τις σωφρόνως ἡγουμένη·
Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα
Λέγει· ΚΑΤΑΞΩ Τ' ΑΝΔΡΑ ΤΟΝΔΕ, ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ
ἝΞΕΙ, ΠΑΤΡΩΩΝ ΔΩΜΑΤΩΝ Τ' ΕΠΙΣΤΡΟΦΑΣ.
Τοιαῦτ' ἐκείνων ἐστὶ τἀξευρήματα.
Σὺ δ' αὐτὸς ἤδη γνῶθι τίνα πέμπειν δοκεῖς·
Ὡς οὔποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων
Μέμψη, σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν.

645. προσμεμηχανευμένον] προσμεμηχανημένον Mosq. 1. 646. τευχηστὴν] τευχιστὴν Ald. Rob. Turn. τευχιστὸν Vit. 647. ἄγει] ἄγοι Ald. 648. φησιν] φασὶν Vit. 649. κατάξω τ' ἄνδρα] Ita recte Brunck. e cod. Reg. 651. ἐστὶ] εἰσὶ Viteb. 652. δοκεῖς] δοκεῖ τοι Ald. B. Vulgo aberat τι. 653. τῷδε] τῶνδε Viteb.

nem, εὔθετον et εὔκυκλον, jam Schol. α'. memorat. Utraque satis bonum sensum fundit, ut, quæ verior sit, vix certo decerni queat.

645. διπλοῦν τε σῆμα. Nempe una tantum imago erat, sed duabus figuris aut formis constans.

646. sq. χρυσήλατον—ἡγουμένη. *Aureum enim* s. ex auro fabricatum *hominem armatum* (h. e. militem) *ducit mulier quædam modeste præiens.* ἰδεῖν pendet a τευχηστὴν, pleonasmo Græcis familiari; ut εἰσιδεῖν νεανίας Eurip. Phœniss. 146.

648. Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν. Stanleius vertit: *Justitia sane dicitur.* Perperam. Significat enim: *Justitiam vero se esse ait.* Nempe totam clypei inscriptionem duobus senariis absolutam fuisse fingit:

Δίκη κατάξω τ' ἄνδρα τόνδε, καὶ πόλιν
Ἕξει, πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς.

h. e. *Ego Justitia reducam hunc virum, et urbem possidebit, patriæque domus alternas vices consequetur.* Huc igitur pertinet, ὡς τὰ γράμματα λέγει. Non enim nuntius e figura tantum et habitu mulieris eam esse Justitiam conjiciebat, sed ex inscriptione ipsa certo cognoverat.

651. τοιαῦτ'—ἐξευρήματα. Talia sunt illorum Polynicis scil. et ceterorum ducum *inventa.* ἐξευρήματα, quia suopte marte clypeorum insignia a ducibus inventa esse fingit.

652. σὺ—δοκεῖς. *Tu jam tecum reputa, quem* adversus fratrem tuum *mittendum censeas.*

653. Fidem in officio explendo suam prædicat nuntius, ut supra v. 66. etc. ὡς οὔποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων μέμψῃ, *nam nunquam hujus hominis* (h. e. *meam*) *in nuntiando fidem ac diligentiam desiderabis s. culpabis.* τῷδε ἀνδρὶ, δεικτικῶς pronuntiatur.

σὺ δ' αὐτὸς—πόλιν. *Tu autem ipse jam vide, quomodo gubernes urbem.*

Ἐτ. Ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος,
Ὦ πανδάκρυτον ἀμὸν Οἰδίπου γένος·
Ὤμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι.
Ἀλλ' οὔτε κλάειν, οὔτ' ὀδύρεσθαι πρέπει,
Μὴ καὶ τεκνωθῇ δυσφορώτερος γόος.
Ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα Πολυνείκει λέγω·
Τάχ' εἰσόμεσθα τἀπίσημ' ὅπῃ τελεῖ·
Εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα
Ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν.

656. ἀμὸν] ὠμὸν Ald. ἐμὸν Rob. 657. δὴ] δὲ Viteb. 658. κλάειν] κλαίειν Ald. Rob. 660. Πολυνείκει] Πολυνείκη Rob. 661. εἰσόμεσθα] εἰσόμεθα Ald. τἀπίσημ'] τοὐπίσημ' Viteb. ὅπῃ] ὅποι Rob. Vict. 663. φοίτῳ] τύφῳ Ald. Turn. συμφοίτω Rob. corrupte. φοίτῳ confirmatur codd. Regg. Mosq. 1. 2. it. Schol.

655, 656. Prima hæc Eteoclis apostrophe tota ad Œdipi genus pertinet, quamquam sunt qui versum 655. de Polynice capiant. *O divino instinctu furens diisque graviter exosum, ó perquam lacrymabile sævum Œdipi genus.* Nempe ὠμὸν ex Aldina ed. pro vulg. ἀμὸν, quod hic valde languet, restituendum puto. ὠμὸν Οἰδίπου γένος, ut Horatius *sævam Pelopis domum.* στύγος graviter pro στυγητὸν, μισητόν. cf. v. 693.

657. ὤμοι—τελεσφόροι. *Hei mihi, nunc patris diræ ratæ habentur.* Æschylus in hac tragœdia, quod post magis apparebit, Œdipum in exilio, quod sua sponte sibi imposuit, jam vita excessisse, et antea diris filios devovisse, fingit, quibus ut ferro se invicem occiderent, imprecaretur. cf. quæ dicemus ad v. 780. sqq.

658. Præclare servat animi fortitudinem Eteocles, cum statim eum ab exclamatione doloris horrorisque plena revocat. ἀλλ' οὔτε—δυσφορώτερος (δυσφορώτατος Guelf.) γόος. *Verum hic nec flere, nec lamentari decet, ne forte intolerabilior etiam luctus erumpat.* Nam si ipse tristitiæ et ægritudini se dare voluisset, magnam vim ea res ad frangendos civium animos habuisset, adeoque res publica in summum esset periculum adducta. cf. v. 193. sqq. μὴ τεκνωθῇ, *ne pariatur, ne existat.*

660. ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα Πολυνείκει λέγω. *Jam autem Polynici, vere ita nominato* (nunc enim se πολλῶν νεικέων auctorem prodit) *hæc dico.*

661. τάχ' εἰσόμεσθα—τελεῖ. *Mox cognoscemus, quemnam exitum ejus insignia* (in Guelf. Ald. Turn. est τοὐπίσημ', pro τἀπίσημ') *habitura sint.*

662. sq. εἴ νιν κατάξει—φρενῶν. *Videbimus, inquam, an eum aureæ litteræ reducturæ sint, quæ in clypeo ejus garriunt* (φλύοντα enim est h. l. *nugantia, stolidæ superbiloquentiæ plena,* non ut Burtonus vertit: *e clypeo quasi ebullientia*) *una cum mentis insania,* h. e. ea garriunt, quæ ipsius insaniæ consentanea sunt, quæ ejus furor *quasi dictavit.* Ego enim φλύοντα ad χρυσότευκτα γράμματα traho, cum Stanleius hoc participio ad νιν relato sic verterit: *utrum illum reduxerint* auro elaboratæ *litteræ in clypeo effutientem cum fastu mentis.* σὺν φοίτῳ φρενῶν, *ita jubente ejus insania.* Etenim aureæ litteræ hujus Polynicis insaniæ quasi quædam interpretes erant.

Εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη παρῆν
Ἔργοις ἐκείνου καὶ φρεσὶν, τάχ' ἂν τόδ' ἦν·
Ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον,
Οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω,
Οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος,
Δίκη προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο·
Οὐδ' ἐν πατρῴας μὴν χθονὸς κακουχίᾳ
Οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν πέλας.

664. παρθένος Δίκη] παρθένου δίκην Ald. 668. ξυλλογῇ] Ald. Rob. Turn. Vict. 669. προσεῖδε] προσεῖπε Ald. Rob. Turn. Vict. προσεῖδε jam Stanl. a Schol. α'. lectum fuisse putabat; idem Martini V. L. p. 243. defendit, et Brunckius recepit. 671. νῦν παραστατεῖν] συμπαραστατεῖν Ald. Turn. Vict. νῦν παραστατεῖν Codd. Regg. Mosq. 2.

664. sq. εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς— τάχ' ἂν τόδ' ἦν. *Jam si quidem Jovis filia virgo Justitia* (" Hesiod. Ἐργ. v. 256.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα.

ad quem Proclus: Παρθένος μὲν ἡ Δίκη τοῖς θεολόγοις εἴρηται, διότι πᾶν τὸ δικαστικὸν γένος ἀδιάφθορον εἶναι δεῖ καὶ καθαρόν· καὶ τούτου σύμβολον ἡ παρθενία. Παῖς δὲ τοῦ Διὸς, διότι νομοθέτης οὗτός ἐστι κοσμικὸς, ὡς ἄρχων καὶ βασιλεὺς τῶν ὅλων." *Burton.*) *ejus factis et consiliis adesset, fortasse illud eveniret,* ut in urbem reduceretur.

666. sqq. Eteocles dicturus, nunquam Justitiam fratrem suum adspicere dignatam esse, hanc sententiam decore per μερισμὸν exsequitur. *At* Justitia *eum nec primum nascentem, nec infantem, nec puerum, nec pubescentem adspectu suo dignata est.* οὔτε φυγόντα μητρόθεν σκότον (comparavit Abreschius Æschyl. Eumenid. 668. οὐδ' ἐν σκότοισι νήδυος τεθραμμένη, item Pindar. Nem. i. v. 53.) periphrasi temporis nascendi, haud fere audaciori, atque ea est qua nos utimur: *da er zum erstrenmal das Licht der Welt erblikte.* Sed hæc usu trita, illa novitate quadam splendebat. ἐν τροφαῖσιν designat ætatem infantiæ proprie sic dictæ, qua puerulus a nutrice alendus esset. ἐφηβήσαντα notat ætatem intra infantiam et pubertatem inclusam, h. e. pueritiam proprie sic dictam. οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος, *neque inde a quo ei barba crevit,* adolescentiam et puberem ætatem significat.

669. Δίκη προσεῖδε. Quam vim ex veterum opinione habuerit, si quem dii deæve placidis et benevolis oculis nascentem adspexissent, multis veterum poëtarum locis intelligitur. cf. quæ Bern. Martini laudavit Callimach. Hymn. in Apoll. v. 51, 52. in Dian. v. 129. Theocr. Idyll. ix. v. 35. adde Hesiod. Theog. 91. Horat. Carm. iv. 2. 1. sqq. προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο figura ἓν διὰ δυοῖν, *adspectu dignata est.*

670. sq. οὐδ' ἐν πατρῴας— πέλας. *Neque vero eam nunc in patriæ telluris læsione ipsi adfuturam esse opinor.* ἐν κακουχίᾳ male vertit Stanleius *in usurpatione iniqua.* Non enim adeo impudens erat Eteocles, ut quem ipse per injuriam regnandi societate exclusisset, eum ultro tanquam indebitæ potestatis usurpatorem, seu postulatorem potius, iniquitatis accusaret. Imo vero per totam hanc fabulam id agit Eteo-

Ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας.
Τούτοις πεποιθὼς εἶμι, καὶ ξυστήσομαι
Αὐτός. τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος;
Ἄρχοντί τ' ἄρχων, καὶ κασιγνήτῳ κάσις,
Ἐχθρὸς ξὺν ἐχθρῷ στήσομαι· φέρ' ὡς τάχος
Κνημῖδας, αἰχμὴν, καὶ πετρῶν προβλήματα.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Χο. ΜΗ φίλτατ' ἀνδρῶν, Οἰδίπου τέκος, γένῃ

680. ὁμοῖος] ὁμοίως Ald.

cles, ut ab ea, qua ipse fratrem læserat injuria, spectatorum animos abducat, eosque tantum ad Polynicis odium convertat, qui utique vehementer antiquorum hominum opinione culpandus videbatur, quod cum exercitu patriam urbem oppugnaturus venisset.

672. sq. ἦ δῆτ' ἂν—φρένας. *Sane nimirum prorsus falso nominata esset Justitia, si homini facinoroso et quidlibet audenti auxiliaretur.* ψευδώνυμος cf. Prometh. 85. De πανδίκως cf. lexic. Æschyl.

674. sqq. τούτοις—προβλήματα. *His igitur fretus abeo; et cum eo congrediar ipse; quis enim alius magis idoneus? Cum imperatore imperator, cum fratre frater, hostis cum hoste congrediar. Affer igitur cito ocreas, hastam, et munimenta adversus lapides.* πετρῶν (Schol. β'. memorat etiam aliam lectionem πτερῶν, quod idem explicat οἰστῶν. Eadem est in Rob.) προβλήματα vel clypeum solum vel clypeum et loricam designat. Ultima vero verba ad nuntium convertuntur; qui nondum scenam reliquerat, his autem mandatis acceptis abit.

IN SCENAM VII.

v 679—721.

Nuntio dimisso remanentem Eteoclem frustra Chorus a proposito cum fratre congrediendi abducere conatur. Magnus est in hac altercatione animorum fervor, Eteoclisque cum fratre pugnandi studium æque ac Chori mutuam fratrum cædem aversantis perturbatio egregie alternis eorum sermonibus exprimitur.

679. sqq. μὴ φίλτατ'—αὐδωμένῳ. *Ah noli committere, carissime virorum, Œdipi fili, ut iræ vehementia similis eorum fias, qui pessime audiunt,* i. e. *pessimos imiteris.* τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ vel universe dictum, vel cum respectu ad Polynicem; hoc sensu: *noli eodem modo peccare, quo ille frater tuus, pessime ideo audiens, peccat, qui tantum iræ suæ indulget, ut etiam patriam oppugnet. Atqui si tu jam iracundia commotus fratrem interfecturus abis, quid aliud agis, nisi ut ei similis fias, in eandemque infamiam incidas?* Adeoque, quia statim etiam Chorus μιάσματος mentionem facit, τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ simul respicere potest opprobria ab Amphiarao in Polynicem conjecta. cf. v. 583—586. Melius utique hoc et aptius fuerit, quam cum Heathio αὐδωμένῳ active interpretari; ut κάκιστ' αὐδωμένῳ, *pessime loquenti,* ad Polynicis dicta referatur, v. 636. sqq.

Ὀργὴν ὁμοῖος τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ·
Ἀλλ' ἄνδρας Ἀργείοισι Καδμείους ἅλις
Ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· αἷμα γὰρ καθάρσιον·
Ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτόκτονος,
Οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.
Ἐτ. Εἴπερ κακὸν φέροι τις αἰσχύνης ἄτερ,
Ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι.
Κακῶν δὲ καἰσχρῶν οὔ τιν' εὔκλειαν ἐρεῖς.

684. γῆρας] πέρας Mosq. 2. et supra schol. τέλος. 685. φέροι] φέρει Ald. Rob. Turn. 686. κέρδος] Pauw. conj. κῦδος, hoc sensu: *mortuis nihil est præter gloriam.* 687. καἰσχρῶν] καἰσχρῶς Rob.

681. sqq. ἀλλ' ἄνδρας—μιάσματος. *Sed cives Thebanos cum Argivis manus conserere satis est; horum enim sanguis expiabilis; fratrum autem uterinorum mutua cædes si fiat, nunquam profecto senescet hoc piaculum.* Recte Brunekius judicavit, θάνατος αὐτόκτονος nominativum absolutum esse, non tamen ut alibi v. c. Pers. 120. in genitivum resolvendum, sed per ellipsin, v. c. per *quod attinet* explicandum, q. d. *sed quod attinet fratris cædem, piaculum est, quod longa non deleverit ætas.*

685. sqq. Stanleius interpretatur *Siquidem malum fert aliquis sine dedecore, esto; solum enim lucrum in mortuis; at malorum et turpium nullam dices gloriam.* Quæ quidem versio, si cum Græcis, ut nunc leguntur, comparetur, nihil magnopere habet, quod culpari possit. At quomodo istud Eteoclis responsum cum Chori admonitione cohæreat, nemo satis explicavit, nec ego profecto intelligo. Chorus enim regem hortatus erat, ut ipse civibus tantum ad prœlium missis, domi se teneret, nec se periculo fratrem occidendi, ab ejusque manu pereundi objiceret: sin minus, fore ut se inexpiabili scelere contaminaret. Id autem Eteocles recusat. Quomodo igitur post εἴπερ—ἔστω· subjunguntur illa, μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι? Si enim κέρδος de εὐκλείᾳ intelligas, quomodo Eteocles illam εὔκλειαν ἐν τεθνηκόσι, *in mortuis* tantum inesse dicat, qui proxime bonum esse pronuntiasset, si quis malum sine dedecore ferat: At qui *mala* fert aut tolerat, is vitam quoque servat, neque eam periculis objicit. Suspicor itaque, versus 685. et 686. transpositos olim a librario, et hanc veram eorum consecutionem esse:

εἴπερ κακὸν φέροι τις αἰσχύνης ἄτερ·
κακῶν δὲ καἰσχρῶν οὔ τιν' εὔκλειαν ἐρεῖς.
ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι.

In εἴπερ φέροι (nota post hanc particulam ellipsi) suppressum est φερέτω, aut simile quid. Sensus vero hic efficitur: *Si quis malum aliquod ferat sine dedecore, ferat sane* (ut et ego ferrem Polynicis injurias, neque ei obviam irem, si sine probro facere possem); *malorum vero, quæ eadem turpia sunt, nullam honestatem aut gloriam dices* (h. e. non persuadebis mihi, me pugnam absque dedecore detrectare aut effugere posse, quia omnes me timidum regem vocarent, qui ipse domi deses satis se functum officio putet, si cives ad prœlium miserit): *Esto! Solum enim mihi lucrum in mortuis,* h. e. nihil enim mihi optabilius aut utilius est, quam mortem oppetere. Quæ si cum sequentibus v. 688. v. 692. sqq. v. 699. v. 700. v. 706. v. 718. sq. comparata fuerint, nihil amplius dissolutum, sed omnia inter se connexa et apta esse

Χο. Τί μέμονας, τέκνον; μή τί σε θυμο-
πληθὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω·
Κακοῦ δ' ἔκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν.
Ἐτ. Ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα κάρτ' ἐπισπέρχει θεὸς,
Ἴτω κατ' οὖρον, κῦμα Κωκυτοῦ λαχὸν,
Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.

688. μέμονας] μέμηνας Ald. Turn. τί καὶ μέμονας Rob. Lectionem μέμονας, quam et Schol. β'. laudat, cum Heathio et Brunckio præferendam censuimus. 688. θυμοπληθὴς] θυμοπλήθυς Rob.

intelligitur. Itaque ἴστω h. l. non est concedentis formula, sed in proposito perseverantis. Quod deinde dicit μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι, id præclare illustratur Antigones verbis apud Sophoclem Antig. 462. sqq.

εἰ δὲ τοῦ χρόνου
Πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω.
Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

Eteocles autem, si mortem obire detrectet, non malis solum, sed etiam dedecore se premi significat.

688. τί μέμονας, τέκνον; Quid perseveras in proposito, *fili?* Optime hæc interrogatio transpositioni quam suasimus duorum præcedentium versiculorum convenit. Cum enim Eteocles dixisset: *Sit ita; mihi enim lucrosum est mori, (Es sey! Denn der Tod ist für mich doch das beste!)* aptius respondere non poterat Chorus, quam istam quæstionem injiciendo: *Cur ita pertinaciter in proposito manes?* Altera lectio, μέμηνας; *cur ita furis?* sententiam efficit Chori, ut cum rege loquentis, verecundia parum dignam.

μή τι σε—φερέτω. *Ne te iracundia commotum perniciosus pugnandi ardor abripiat.* δορίμαργος ἄτα, *hasta furens noxa*, i. e. perniciosa et furibunda pugnandi cupiditas. Eadem dicitur θυμοπληθὴς, *irarum plena*, quia Chorum non fugiebat, iracundia potissimum Eteoclem ad ineundum cum fratre singulare certamen stimulari.

690. κακοῦ δ' ἔκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν. Suadet Chorus, ut malæ cupiditatis principiis obstet.

691. sqq. Eteocles, cujus animo patrio diræ obversantur, jam tempus instare ratus, quo illæ exitum sint habituræ, vitæ desperatione affectus respondet: ἐπεὶ—Λαΐου γένος. *Quandoquidem hoc negotium* (interitum nostrum) *vehementer urget deus, universum sane Laii genus Phœbo exosum secundo vento per Cocyti fluctus naviget.* κάρτ' ἐπισπέρχει θεὸς, *deus nimis festinat*, ut Œdipi diras ratas habeat. ἴτω κατ' οὖρον, magnifica translatione celeritatem interitus designat. Nostri sic efferrent: *so fare denn des Laius ganzes Geschlecht mit vollen Segeln den Strom des Kocytus hinab.* Φοίβῳ στυγηθὲν respicit oraculum illud (apud Euripidem in Phœnissis illud oraculum his verbis conceptum legitur v. 17. sqq.

ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ
Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς,
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.)

Apollinis, quo Laio ne liberos procrea-

Χο. Ὠμοδακής σ' ἄγαν θυμὸς ἐποτρύ-
νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν
Τελεῖν αἵματος οὐ θεμιστοῦ.
Ἐτ. Φίλου γὰρ ἐχθρά μοι πατρὸς τέλει' ἀρὰ
Ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι προσιζάνει,
Λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου.

694. θυμὸς] ἵμερος Turn. Vict. 695. sq. ἐποτρύνει] ἐξοτρύνει Turn. Vict. πικρόκαρπον] πικρόκακον Rob. 696. θεμιστοῦ] θεμιστοῦ Ald. Rob. Turn. adversus metrum. In cod. Reg. B. notatur: γρ. ἀθεμίστου; unde Brunck. rescripsit οὐ θεμιστοῦ. 697. ἐχθρὰ] αἰσχρὰ Ald. Turn. ἐχθρὰ habet Mosq. 1. 699. μόρου] μόρον Ald. Pauw. conj. λέγουσα κέρδος πρότερον, ὕστερον μόρον.

ret interdixerat; secus si faceret, eum a filio occisum iri, totamque ejus domum misere perituram esse, minatus.

πᾶν τὸ Λαΐου γένος. Quid dicit πᾶν, id obscure significat, quod post magis patebit, Œdipum jam diem supremum obiisse.

694. sqq. ὠμοδακής—οὐ θεμιστοῦ. *At te ira nimis acerba instigat ad perpetrandam cædem funestam, profuso sanguine fratris, quem profundere nefas est.* ὠμοδακὴς θυμὸς, *ira fero et crudeli morsu animum rodens* et ad vindictam impellens. ἐποτρύνει tangit id quod Eteocles dixerat, θεὸς ἐπισπέρχει, cui Chorus ita obloquitur, quasi dicat: *non tam deus interitum urget, quam iracundia tua te ad cædem instigat.* πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν propter piaculum e fratris cæde conceptum. cf. v. 684. αἵματος οὐ θεμιστοῦ, genitivi absoluti. οὐ θεμιστῶ religionem enim possidebat fraternus sanguis. Sic ἀπόφονον αἷμα ματέρος Eurip. Or. 193.

697. φίλου—προσιζάνει. *Quid mirum? Cari enim patris inimica perfectrix dira siccis oculis illacrymabilis mihi assidet.* Sicci Diris oculi tribuuntur, quia inexorabiles sunt, nec se precibus ad misericordiam et lacrymas commoveri patiuntur. ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι pro ξηροῖς ἄκλαυστος ὄμμασι.

699. λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου. Ex hoc versiculo nemo adhuc eum sensum exsculpsit, qui contextui responderet. Portus præeunte Schol. ita interpretatur: *dictans et præscribens mihi, satius esse me priorem interficere fratrem, quam ab eo interfici; satius esse antevertere, quam expectare mortem.* Quod primum non video, quomodo, nisi verba misere torqueantur, ex iis effici possit; deinde, si per verborum structuram liceret, ipsis tamen antecedentibus et consequentibus repugnaret. Eteocli enim nihil animus præsagiebat, quam quod ipse fratre occiso una cum eo occubiturus esset. Propius ad verborum vim accedit Angli Anonymi apud Burgessium interpretatio: *mihi denuntians me prius victorem fore, licet postea occubiturum.* At hoc modo nimis clare proderetur futurus certaminis exitus. Procul dubio transpositis duobus vocabulis ita emendandum:

λέγουσα κέρδος ὕ σ τ ε ρ ο ν π ρ ο τ έ-
ρ ο υ μόρου.

Πρότερος μόρος est infaustus Laii cum Jocasta concubitus invito Apollinis oraculo celebratus, e quo consecuta est Laii cædes ab Œdipo perpetrata, ejusque incestuosum cum matre Jocasta connubium. Ejus ὕστερον κέρδος, *ultimum damnum*, est mutua cædes, quæ jam Œdipi filiis instabat, quamque pater fortunæ injuria exacerbatus, et horrore nuptiarum cum Jocasta con-

Χο. Ἀλλὰ σὺ μὴ 'ποτρύνου, κακὸς οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας· μελαναιγὶς δ' οὐκ
Εἶσι δόμους Ἐριννὺς, οὔτ' ἂν ἐκ χερῶν
Θεοὶ θυσίαν δέχωνται.

700. κακὸς] δειλὸς Rob. 702. δόμους] Sic Brunck. δόμων Reg. A. 703. δέχωνται] δέχονται Rob.

tractarum commotus iis imprecatus erat. cf. v. 785. sqq. Quem quidem sensum verissimum esse, cum ex onmi hujus colloquii perpetuitate, tum inprimis ex eo quod proxime sequitur Chori cantico perspicitur. Ibi enim v. 742. Chorus exclamat:

ὦ πόνοι δόμων νέοι
παλαιοῖς ξυμμιγεῖς κακοῖς.

ubi πόνοι νέοι i. q. h. l. ὕστερον κέρδος, et παλαιὰ κακὰ i. q. h. l. πρότερος μόρος. Cum autem pergit ibi Chorus:

παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβασίαν ὠκύποινον etc.

ipse satis dilucide explicat, primum horum malorum fontem eo contineri, quod Laius neglecto Apollinis oraculo filium genuerit. κέρδος autem sæpe de damno ex aliqua re emergente usurpatur.

700. ἀλλὰ σὺ μὴ 'ποτρύνου etc. *At noli tu ipse tuapte sponte fatum adversus te irritando accelerare; sane enim nemo quod vitam tuam pulchre servaveris, te ignavum appellabit; neque vero Furia atram tempestatem ciens intrare solet ejus domum, cujus e manibus dii sacrificium accipiant.* Duobus argumentis usus erat Eteocles, ut hortantem, ne ad pugnam festinaret, Chorum repelleret; primum, quod, si domi maneret, ignaviæ famam subiturus esset; alterum, quod propter patris diras sibi jam fatalem horam impendere diceret. Hæc ita diluit Chorus, ut primum neget istam ignaviæ notam ei timendam esse; deinde autem, si domi manserit, nihil ei Furiam Œdipi diras persequentem obfuturam esse ostendat. μὴ 'ποτρύνου scil. μόρον. Quod sequitur κακὸς (δειλὸς, quod ex marg. Morell. in ed. Burtoniana affertur, est veræ lectionis κακὸς interpretamentum) οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας, (Heathii enim emendatio κυρώσας necessaria non est) in eo Brunckius κυρήσας neutraliter positum arbitrabatur; q. d. ἐπιτυχὼν κατὰ τὸν βίον; postea vero in animadv. ad Hecub. Eurip. v. 697. hanc sententiam retractavit, et active interpretandum esse vidit. Recte; est enim h. l. κυρεῖν, *aliquid invenire, potiri aliqua re*; et consequenter, *servare id cujus amittendi summum periculum erat.* βίον εὖ κυρήσας, *si vitam honesto modo servaveris.* Justam enim et honestam excusationem habebat Eteocles, qua duellum cum fratre devitare posset; scilicet ne patris diris locum faceret, neve ipse sua manu fratrem occideret, ex eaque cæde nefarium sibi piaculum contraheret μελαναιγὶς Ἐριννὺς, vel *atram procellam ciens*, vel *atra tempestate* ceu veste *involuta*; ut nostrorum aliquis poëtarum diceret, *die in eine Mitternachtwolke s. in eine schwarze Donnerwolke verhüllte Furie.* Sequentium autem verborum οὔτ' ἂν ἐκ χερῶν θεοὶ θυσίαν δέχωνται reconditior est sensus, a nemine interpretum observatus. Non enim universe tantum significant, Eteoclem, ut regem, summum quoque sacrorum administrum esse; sed Chorus simul monet regem, ut, dum ceteri ad pugnam exierint, ipse domi manens sacra pro urbis salute faciat; ita nihil adversus eum furiæ vim valituram esse. In urbe ab hostibus obsessa, dum cives armis gerendis idonei pugnabant, senes et matronæ diis operari, vota facere, dona

Ἐτ. Θεοῖς μὲν ἤδη πως παρημελήμεθα·
Χάρις δ' ἀφ' ἡμῶν ὀλομένων θαυμάζεται.
Τί οὖν ἔτ' ἂν σαίνοιμεν ὀλέθριον μόρον;

Χο. Νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων,
Λήματος ἀντροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλ-
λακτὸς, ἴσως ἂν ἔλθοι θαλερωτέρῳ

708. ἀντροπαίᾳ] ἐν τροπαίᾳ Ald. Turn. ἀντροπαίου Mosq. 1. c. schol. τοῦ ἰσχυροῦ.

ferre solebant. cf. Homer. Iliad. ζ. v. 279. sqq. Quod igitur munus imbellium alias mulierum et senum erat, id h. l. ut ipse obeat, Chorus regi persuadere cupit; si enim domi se tenuerit, et sacra pro urbe fecerit, nihil ei ab imprecationibus patris metuendum esse; cujus enim e manibus dii hostias accipiant, ejus domum furias perniciem ferentes intrare non solere.

704. Ultimum Chori argumentum sic evertit Eteocles, ut se omnino a diis curari neget.

θεοῖς μὲν — μόρον; *Diis quidem dudum est, quod nescio quomodo prorsus negligimur, nec illi videntur alio potius modo, quam morte et pernicie nostra placari posse; quid est igitur, quod fatum exitiale porro adulemur?*

705. χάρις δ' ἀφ' ἡμῶν ὀλομένων θαυμάζεται. Anonymus Anglus vertit: *si ex morte nostra aliquid boni accesserit, id in pretio erit.* Perperam. Respicit enim Eteocles id quod modo Chorus de sacrificiis ab eo diis offerendis dixerat. Itaque, *unum est, quod a nobis diis gratum fuerit, interitus noster;* hæc est una χάρις, quæ ab iis θαυμάζεται, *colitur*, i. e. *præoptatur, in aliquo numero et pretio habetur.* Germ. *das einzige Opfer, womit den Göttern von mir gedienet seyn möchte, ist mein Untergang.* σαίνειν μόρον, *adulari fatum*, est, illud precibus aliisque id genus mitioribus remediis evitare cupere. Nostri dicerent: *Was soll ich denn noch mit meinem Schiksale erst complimentiren? Wass soll ich dem Tode nun erst noch gute Worte geben?*

707. νῦν ὅτε σοι παρέστακεν, *nunc saltem* (scil. σαίνε μόρον) *cum te urget.* παρέστακεν enim h. l. malo sensu accipitur. ἐπεὶ δαίμων — νῦν δ' ἔτι ζεῖ. *Etenim fortuna, sera impetus conversione tandem aliquando mutata, posthac fortasse mitiore aura redeat; nunc vero adhuc fervet.* Heathius ita legendum ac distinguendum censebat:

ἐπεὶ δαίμων
Λήματος ἂν τροπαίᾳ χρονίᾳ, μεταλ-
λακτὸς ἴσως ἀνέλθοι θαλερωτέρῳ
Πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.

quod ille quidem sic vertit: *quandoquidem Genius serotino voluntatis reflatu redibit forsan reconciliatus aura magis secunda; adhuc vero fervet.* Verum tantum abest, ut ista correctione egeamus, ut potius allegoriæ venustati vulgata melius consulere videatur. Omnino enim a vento e calidioribus regionibus magno cum æstu spirante ducta est similitudo; cujus impetus si convertitur, frangitur plerumque æstus, arboresque et animalia mitioris auræ flatu recreantur. ἀντροπαίᾳ i. q. ἀνατροπῇ, quod in Cod. Reg. interpretationis loco superscriptum est. Eodem modo simplex τροπαία de fortunæ conversione ponitur, Choëph. v. 773.

ἀλλ' εἰ τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ.

λήματος autem i. q. ὁρμῆς, non est *voluntatis*, sed *impetus.* λήματος ἀντροπαίᾳ χρο-

Πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.
Ἐτ. Ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα·
Ἄγαν δ' ἀληθεῖς φασμάτων ἐνυπνίων
Ὄψεις, πατρῴων χρημάτων δατήριοι.
Χο. Πείθου γυναιξὶ, καίπερ οὐ στέργων ὅμως.
Ἐτ. Λέγοιτ' ἂν ὧν ἄνῃ τις, οὐδὲ χρὴ μακράν.
Χο. Μὴ ἔλθῃς ὁδοὺς σὺ τάσδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις.

710. ζεῖ] ζῆ Rob. 711. ἐξέζεσεν] ἐξέζεσαν Ald Rob. Turn. 712. φασμάτων ἐνυπνίων] ἐνυπνίων φαντασμάτων sic Ald. vitiose pro φαντασμάτων. ἐνυπνίων φαντασμάτων Turn. 713. δατήριοι] δατήριον Ald. 715. ἄνῃ τις] ἀνύ τις Ald. Rob. ἄνυτις Turn. Vict. μακρὰν] μακρὰ Rob.

νίῳ, impetus conversione post longum tempus facta, quia jam dudum Œdipi domus magna malorum tempestate premebatur. μεταλλακτὸς de *mutatione* fortunæ, non autem tropice de reconciliatione capiendum. θαλερωτέρῳ πνεύματι nihil aliud significare potest, quam *aura tepidiore;* opponitur enim τῷ ζεῖν ut mitius et mollius.

711. ἐξέζεσεν (alteram lectionem ἐξέζεσαν h. l. fortasse meliorem, ut vel levissima ambiguitatis in constructione suspicio tollatur, Abreschius aliis exemplis illustravit, quibus eodem modo verbum plurale pluraliter posito generis neutrius nomini jungitur. v. c. Suppl. v. 129. Homer. Il. β'. 135.) γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα, *nimirum jam efferbuerunt Œdipi diræ*, ut mihi nihil aliud sperandum sit, nihil eas jam ad exitum perventuras.

712. sq. ἄγαν δ' ἀληθεῖς—δατήριοι. *Nimium vero veraces fuerunt nocturnorum visorum species, paternam hereditatem dividentes.* Speciose enim Æschylus fingit, umbram Œdipi per nocturnam quietem sæpius Eteocli apparuisse, easdemque diras, quibus ille filios devoverat, repetiisse. Optaverat autem Œdipus ut filii ferro hereditatem cernerent, ferro opes paternas inter se dividerent,

σιδαρονόμῳ
διαχειρίᾳ ποτὲ λαχεῖν
κτήματα—

ut Chorus ait v. 790.

ἐνυπνίων recte se habet; est enim hic adjectivum; nec adeo opus est cum Abreschio reponere ἐνύπνιον, h. e. κατ' ἐνύπνιον.

714. πείθου γυναιξὶ, καίπερ οὐ στέργων ὅμως. Chorus argumenta sibi erepta videns jam precibus pugnat. *Obsequere mulieribus, quamquam eas non amas, obsequere tamen.* Nimirum Eteocles haud obscure se mulierum osorem esse supra prodiderat v. 189. sqq. ὅμως vel ad πείθου γυναιξὶ referendum; vel elliptice ut ἀλλ' ὅμως ponitur, ita ut πείθου subintelligatur hic repetendum, q. d. πείθου γυναιξὶ, καίπερ οὐ στέργων, ἀλλ' ὅμως πείθου.

715. λέγοιτ'—μακράν. *Dicatis igitur, quæ perfici et præstari possint; at breviter quæso, sine longis ambagibus.* ὧν ἄνῃ τις, quorum sit perficiendi copia; nempe quia ea petiisset Chorus, quæ rex fieri negaret. Festinationem vero Eteoclis decebat postulare, ne se longa oratione morarentur.

716. μὴ—πύλαις. *Noli qua cœpisti via ad septimam portam pergere.*

Ἐτ. Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ.
Χο. Νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός.
Ἐτ. Οὐκ ἄνδρ' ὁπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος.
Χο. Ἀλλ' αὐτάδελφον αἷμα δρέψασθαι θέλεις;
Ἐτ. Θεῶν διδόντων, οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά.

ΧΟΡΟΣ.

ΠΕΦΡΙΚΑ τὰν ὠλεσίοικον — στρ. α'.
Θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν,

719. στέργειν] στέργειν Ald. 721. ἐκφύγοι] ἐκφύγῃ Ald. 723. θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν] Post hunc v. in Ald. hic versiculus additur οὐ γὰρ νύκτωρ παρελεύσατο καὶ γίγονε, qui nihil aliud est quam glossema, idque leviter corruptum; cf. Schol. α'. et β'. ad h. v. Idem in Rob. sic legitur: ἃ γὰρ νύκτωρ παρελεύσατο καὶ γίγωνε. In Turn. autem rectius: ἃ γὰρ νύκτωρ παρελεύσατο καὶ γίγονε. In Vict. ita: ἃ γὰρ νύκτωρ παρεκελεύσατο καὶ γίγωνε. Steph. in margine libri veteris notatum reperit: οὐκ ἦν ταῦτα ἐν ἑτέροις. Nec dubitari potest ex interpolatione esse. Recte sustulit Stanleius.

717. τεθηγμένον—λόγῳ. *Tu sane sermone tuo animum meum* nimis jam *acutum non retundes;* a proposito, quod firmiter teneo, me non abduces.

718. νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός. *Attamen ignavam quoque victoriam honorat deus.* Recte enim Burtonus, νίκη κακὴ hic, inquit, non est *victoria injusta,* sed ut recte Stanl. *ingloria,* i. e. ab homine ignavo, et qui ipse pericula detrectat, aliorum virtute reportata; talem etiam victoriam Deos honore prosequi, monet Chorus: atque adeo certamen ceteris Thebanis Argivisque esse permittendum sine capitis sui periculo. Equidem non video, quæ sit alia explicatio ad hujus loci ac temporis rationem accommodatior. Inest autem quasi quædam occupatio reprehensionis, q. d. *Quamquam e nemine te ignaviæ accusatum iri jam professæ sumus, si hodie ipse prælio abstinueris; tamen etiamsi quis te ideo ignavum vocaret, parum a te curanda esset reprehensio; nam etiam ignavi imperatoris victoriam sub ejus auspiciis aliorum virtute partam deus honorat,* i. e. fausto exitu prosequitur.

719. Οὐκ ἄνδρ' ὁπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος. *Hujusmodi sermonem* hominem bellatorem s. *militem* audire s. *comprobare minime decet.* Germ. *So ein Sprüchelchen muss man keinem Soldaten versagen!*

720. ἀλλ'—θέλεις; Atque adeo non discedis a proposito, *sed ipsum fratris germani sanguinem profundere cupis.* ἀλλὰ enim hic cum ellipsi contrariæ sententiæ positum. Germ. *So willst du denn also durchaus deines leiblichen Bruders Blut vergiessen!*

721. θεῶν—κακά. *Si modo dii faveant, sane perniciem non effugiet.* His dictis pergit Eteocles ad crudele duellum, unde non erat rediturus; Chorusque sequenti cantico Œdipodiæ domus infelicem sortem deplorat, et quantopere, ne jam Œdipi diras deus ratas habeat, metuendum sit, exponit.

IN SCENAM VII.

v. 722—793.

722.—728. πέφρικα—ἐτρέφου. *Horreo*

Παναληθῆ, κακόμαντιν,
Πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν
Τελέσαι τὰς περιθύμους
Κατάρας βλαψίφρονος Οἰδιπόδα·
Παιδολέτωρ δ᾽ ἔρις ἅδ᾽ ὀτρύνει.
Ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ ἀντ. α΄.

727. Οἰδιπόδα] Οἰδίποδος Ald. 728. δ᾽ ἔρις] Abest δ᾽ Rob. 729. ξένος] Ald. ξένους cit. Steph. κλήρους] κλήροις Ald. Turn. Mosq. 2. al. κλῆρος citante Steph. ἐπινωμᾷ] ἐπικωμᾷ Mosq. 2. c. schol. μεγαλοφρονεῖ.

illam deam domos perdentem, nequaquam ceteris diis similem, nimis veracem malorum vatem, furiam a patre Œdipo invocatam, et precibus excitatam, vereorque ne jam perfectura sit iratas amentis Œdipi diras, jamque hæc filios ejus perdens contentio ipsum illarum dirarum exitum *instigat* et accelerat. ὠλεσίοικος dicitur furia, vel universe, vel proprie cum respectu ad Œdipi domum. οὐ θεοῖς ὁμοίαν, quia ceteri dii sunt δοτῆρες ἐάων Hesiod. Theog. 46. quo loco perquam opportune hic usus est Burtonus. παναληθῆ commate a κακομάντιν separatur. Haud scio tamen an melius sit cum κακομάντιν conjungere. κακομάντις i. q. μάντις κακῶν apud Homerum. πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν, *dis vom Vater erflehte erbetene.* τελέσαι pendet a πέφρικα. Cur autem dicantur περίθυμοι κατάραι, vid. ad v. 788. βλαψίφρονος Οἰδίποδα, *insani, dementis,* qui suos ipsius filios diris devoveret; quas alibi v. 783. μαινομένᾳ κραδίᾳ pronuntiasse dicitur. ἔρις h. l. malim appellativum, non proprium Eridos nomen esse.

ὀτρύνει. Cf. v. 700.

729.—735. ξένος ἀμοίρους. *Peregrinus autem chalybs, Scytharum colonus, sortes versat, acerbus patrimonii divisor, crudelis ferreus gladius, tantum terræ, sortitione facta, eos habitare jubens, quantam eos vel mortuos corporibus occupare liceat, magnorum agrorum expertes.* ξένος χάλυβος ut v. 944. ξένος σίδαρος. χάλυβος autem h. l. nominativus est, non genitivus a χάλυψ. Alia ejus formæ exempla adduxit Abreschius. Sic in Hecatæi fragm. apud Steph. Byz. Χαλύβοισι πρὸς νότον Ἀρμίνιοι ὁμοῦ ναίουσι, et Eurip. Alcest. v. 980. τὸν ἐν Χαλύβοισι δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδηρον. Ceterum tota hæc imago valde decora, qua ferrum quo fratres decertaturi erant προσωποποιεῖται, si ad pedestrem orationem revocaveris, nihil aliud significat, quam eos jam cum vitæ periculo contentionem de hereditate paterna ferro dirimendi consilium cepisse. κλήρους ἐπινωμᾷ Abreschius int. *sortitionem inspicit;* ego malim *sortes distribuit.* Fingitur enim ferrum tanquam persona, sortes, ut mos erat antiquorum, in urnam conjectas vibrare, donec alterutra saltem exsilierit. Quod autem chalybs dicitur peregrinus et Scytharum colonus, id propter novitatem ferri a Chalybibus Scythico populo inventi adjicitur. κτεάνων χρηματοδαίτας πικρὸς, ut v. 943. σίδηρος dicitur πικρὸς λυτὴρ νεικέων. In χρηματοδαίτας, propter adjunctum κτεάνων, χρήματος vocabulum πλεονάζει; ut sæpe fit in ejusmodi compositis. Certe hic κτεάνων χρηματοδαίτας nihil aliud est quam v. 946. χρημάτων δατητάς. διαπάλλειν cum proprie sit *discutere, concutere,* h. l. cum emphasi quadam est, *sortibus in urna aut galea quassatis terram dividere, aut sortito distribuere.* φθιμένους pendet a ναίειν, in quo αὐτοὺς intelligitur. In ὁπόσαν ἂν—

Χάλυβος, Σκυθῶν ἄποικος,
Κτεάνων χρηματοδαίτας
Πικρὸς, ὠμόφρων σίδαρος,
Χθόνα ναίειν διαπήλας,
Ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένους κατέχειν,
Τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.
Ἐπειδὰν αὐτοκτόνως — στρ. β'.
Αὐτοδάϊκτοι θάνωσι,
Καὶ χθονία κόνις πίῃ
Μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον,
Τίς ἂν καθαρμοὺς πόροι,
Τίς ἄν σφε λούσειεν;
Ὦ πόνοι δόμων νέοι
Παλαιοῖς ξυμμιγεῖς κακοῖς.

732. σίδαρος] σίδηρος Ald. Turn. 734. ὁπόσαν] ὁπόσην Ald. Turn. φθιμένους] φθιμένοισι Ald. Rob. Turn. 736. αὐτοκτόνως] αὐτοὶ κτάνωσι Viteb. αὐτοὶ κτάνωσιν Ald. Turn. Vict. αὐτοκτόνως Rob. Cant. Pauwius emendat: ἐπειδὰν αὐτοὶ κτανόντες (vel αὐτοκτανοῦντες) αὐτοδάϊκτοι θάνωσι, et acumen in hac lectione quærit, quo sane melius caremus. ἐπεὶ δ' ἂν αὐτοὶ κτάνωσι Mosq. 2. cum scholio superscripto φονεύσωσιν ἑαυτούς. 737. θάνωσι] θανῶσι Mosq. 1. θανώσι et supra schol. ἀπὸ Mosq. 2. 739. μελαμπαγὲς] Sinceram Pauwius lectionem absque causa idonea sollicitat, vocabulum a se excogitatum μελαμπαχνὲς nobis commendans. φοίνιον] φόνιον Mosq. 1. 2. Viteb. 740. καθαρμοὺς] καθαροὺς sic Mosqu. 1. ex rasura. καθαρμὸν Mosqu. 2. 743. παλαιοῖς] παλαιοῖσι Mosq. 1. ξυμμιγεῖς] συμμιγεῖς Mosq. 1. 2. κακοῖς] κακοῖσι Mosq. 1. Ceterum hos versus Pauwius ita constituendos esse autumat:

741. Τίς ἂν σφε λούσειεν; ὦ
742. Πόνοι δόμων νέοι παλαι-
743. οῖσι συμμιγεῖς κακοῖς.

antistrophicos vero sic:

κατέχειν vero supprimitur *sit, quantum terræ portionem etiam mortuos occupare* LICEAT. Graviter chorus hic bustum aut sepulcrum designat. Fratres miseri, inquit, ferro de patriæ terræ possessione depugnant, et facient fortasse pugnando, ut non majorem terræ partem obtineant, quam quantam sepulti cadaveribus occupaturi sint. Vehementer animum hæc sententia ferit, quæ aliis verbis repetitur v. 951. Eadem et Œdipo obversabatur apud Sophoclem Œd. Col. v. 789.

ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς
χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτό γ', ἐνθανεῖν μόνον.

736—743. ἐπειδὰν—κακοῖς. *Quodsi fratres isti mutua cæde a se invicem pe-*

Παλαιγενῆ γὰρ λέγω ἀντ. β'.
Παραιβασίαν ὠκύποινον·

749. Μεσομφάλους πυθικοῖς
750. Χρηστηρίοις, θνήσκοντα γέν-
751. νας ἄτερ σώζειν πόλιν.

existimatque v. 741. et 749. esse asynartetos catalecticos; v. 742. et 750. iambicos dim. acatal. v. 743. et 752. trochaicos hepthemim. Arnaldus quoque versum 743. παλαιοῖς συμμιγεῖς κακοῖς omnibus numeris solutum putabat; ideoque suadebat ut legeretur παλαιοῖσι συμμιγεῖς κακοῖς, ita ut primus pes anapæstus esset, syllaba λαι in παλαιοῖσι ob sequentem diphthongum ancipite. Sic versus hic una cum antithetico suo iambicus dim. acatal. ei numerabatur. Sed uterque in dimetiendis his versiculis erravit. Nam scholiastes metricus diserte pronuntiat omnes hujus Chori versus inde a v. 736. esse choriambicos aut antispasticos. Adeoque v. 741. est antispast. dim. catal. ex diiambo et prima parte epitriti secundi | ◡ - ◡ | - ◡ | antitheticus v. 749. similis ◡ - ◡ - | - ◡ - | ; versus 742. est antispast. dim. acatal. impurus ex ditrochæo et prima parte epitriti secundi; - ◡ - ◡ | - ◡ - | cui oppositus est similis v. 750. ex epitrito tertio, et prima parte epitr. sec. | - - ◡ - | - ◡ - | . Denique v. 743. et 751. antispastici sunt dimetri acatal. e binis Epitritis. 745. παραιβασίαν] Sic rescripsit Brunck. e cod. Reg. B. pro vulg παραβασίαν. Heathius metri causa articulum τὴν huic versui præfigendum censebat. Nimirum quia v. 737. ei videbatur trochaicus dimeter acatal.

renti occubuerint, pulvisque terrenus biberit atrum eorum ex cæde cruenta sanguinem, quis quæso lustralem ipsis aquam præbebit; quis eos tantum piaculum purificaturus *abluet? O novæ hujus domus calamitates veteribus malis mistæ!* αὐτοκτόνως αὐτοδάϊκτοι adjectivum adverbio ejusdum notionis jungitur ad rei immanitatem fortius designandam.

τίς—λούσειεν. cf. v. 682—684. πόνοι νέοι sunt instantes illæ calamitates, fratrum cædes, urbis periculum. cf. v. 762. Quæ autem sint παλαιὰ κακὰ, Chorus ipse statim explicat.

744—759. παλαιγενῆ—φρενώλεις. *Vetus enim dico peccatum, celeriter punitum, quod jam ad tertiam ætatem durat, s. permanat, cum Laius invito Apolline, qui ter ex Pythico oraculo edixerat, eum, si sine liberis moreretur, urbem servaturum, tamen imprudentibus amicorum consiliis victus, genuit sibi fatalem parricidam Œdipum; qui deinde incestum* matris *arvum, ubi ipse nutritus fuerat, consevit, inde-que sanguinolentam stirpem tulit. Insania vero conjunxit conjuges amentes.*

Cum v. 743. Chorus mentionem fecisset παλαιῶν κακῶν, quibus jam nova mala accedant, statim quæ illa sint exponit per παλαιγενῆ παραιβασίαν, quod nihil aliud significat, quam oraculi Apollinei violationem a Laio admissam. Ea primum appellatur ὠκύποινος, quia in ipso Laio peccatum ejus celeriter punitum est. Etenim Apollo, postquam eum liberos procreare vetuerat, teste Jocasta apud Euripidem hæc subjunxerat, Phœniss. v. 10.

εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ
φύς,
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Itaque primam neglecti oraculi pœnam sat cito Laius ipse expertus est; nam ab Œdipo filio, cui obviam factus erat, patrem non agnoscente, occisus est. αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει scil. ἡ παραιβασία, ita ut sensus sit: *peccatum,* h. e. peccati effectus, usque ad tertiam ætatem

Αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει,
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος
Βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
Μεσομφάλοις πυθικοῖς
Χρηστηρίοις, θνάσκοντα
Γέννας ἄτερ, σώζειν πόλιν·
Κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις, στρ. γ'.
Ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ,

749. μεσομφάλοις] μεσομφάλων Rob. 750. θνάσκοντα] θνήσκοντα Viteb. Ald. Rob. Turn. etc. ante Brunck. 751. γέννας] γένας Mosq. 1. 2. 752. ἐκ φίλων] ἐκφίλων Ald. Rob. Turn. Vict. "In Reg. B. vocem φίλων glossa exponit ἡδονῶν. Meminerat forte, inquit Brunck. illius auctor Euripidei versus in Phœnissar. prologo: ὁ δὲ ἡδονῇ δοὺς, ἔς τε βακχεῖον πεσών. Conjicere quis posset scriptum hic olim fuisse κρατηθεὶς δ' ἡδονῶν ἀβουλίαις. Sed nihil mutandum." Hactenus ille. Et recte quidem. Nam si commentum aliquod Euripidi arrisit, non continuo idem Æschylo quoque placuisse credendum est. ἀβουλίαις] ἀβουλίᾳ Viteb. 753. ἐγείνατο] γείνατο Ald. ἐγείνατο Mosq. 1. αὐτῷ] αὑτῷ Mosq. 1. 2.

durat; nam et Œdipus ob Laii culpam periit, et jam filiis ejus pernicies instat. αἰῶνα τρίτον i. q. τρίτην γενεάν. ἐν μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις, quia olim Delphos in umbilico terræ h. e. in terræ meditullio sitos esse fingebant. Inde eadem Apollinei oraculi sedes apud Euripidem Phœniss. 244. dicitur μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου, et ap. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 487. μεσόμφαλα γᾶς μαντεῖα. cf. Strab. Geogr. lib. ix. p. 419. D. ed. Casaub.

τρὶς εἰπόντος. Æschylus ergo ter a Laio consultum esse ponit Apollinem, an sibi expediret liberos procreare. Alii simpliciter unum oraculi responsum eum tulisse narrant, repetitionem ignorant. θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν, si absque progenie moreretur, eum urbem servaturum esse, σώζειν pro σώσειν. Obscurius autem et oraculorum more loquendi dignius his verbis expressa est sententia, quam fere nimis clare eloquitur Euripides l. l.

752. κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις, i. e. ut Abreschius vidit, φίλων βουλαῖς, *durch das unverständige Zureden seiner Freunde bezwungen.* cf. v. 844. Iterum habemus exemplum, ex quo, quanta prudentia pariter ac verecundia tragicus noster in fabulis tractandis usus fuerit, appareat. Euripides enim Laium narrat libidine et ebrietate ductum eo processisse, ut immemor aut incurius oraculi cum uxore Jocasta concumberet, filiumque gigneret. Phœniss. v. 21.

ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς ἔς τε βακχεῖον πεσὼν
ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα.

Hæc ibi Jocasta. At quanto prudentius ac decentius Æschylus Laium amicorum stolidis consiliis victum esse fingit, ut tandem liberos procreare utilius sibi esse censeret, quam oraculo parere?

753. ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ. *Perniciem, calamitatem sibi genuit.* Particula μὲν aut simpliciter hic posita, ita ut δὲ, vel plane non sequatur, vel post παρανοια suppressum sit; aut illud δὲ, quod post κακῶν v. 760. sequitur, huc referendum.

Πατροκτόνου Οἰδιπόδαν,
Ὅστε μὴ πρὸς ἁγνὰν
Σπείρας ἄρουραν, ἵν᾽ ἐτράφη,
Ῥίζαν αἱματόεσσαν
Ἔτλα. παράνοια σύναγε
Νυμφίους φρενώλεις·
Κακῶν δ᾽, ὥσπερ θάλασσα, κῦμ᾽ ἄγει· ἀντ. γ'.
Τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ᾽ ἀείρει
Τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύμναν
Πόλεως καχλάζει.

754. Οἰδιπόδαν] Οἰδίποδα. Ald. Rob. etc. Meliorem lectionem vitato hiatu, vulgatæ in cod. Reg. B. superscriptam cum Brunckio recepimus. 755. ὅστε] ὅστε γε Mosq. 1. μὴ πρὸς] Sic Mosq. 1. 2. Regg. Viteb. Ald. Rob. eaque sine dubio genuina est lectio, perperam deinde in Turn. Vict. in μητρὸς mutata. 758. ἔτλα] ἔτλη Mosq. 1. σύναγε] σύν γε Ald. δὲ συνάγαγε Rob. σύναγε Turn. συνάγαγε Mosq. 1. συνάγαι et supra schol. ἑνῶσαι, συνάξαι, Mosq. 2. 761. πίτνον] πιτνὸν Turn. 762. τρίχαλον] τροχαλὸν Viteb.

755—758. Verba ὅστε—ἔτλα parenthesi quasi includenda. μὴ πρὸς ἁγνὰν, pro πρὸς τὴν μὴ ἁγνάν. Est autem μὴ πρὸς ἁγνὰν ἄρουραν σπείρειν decora metaphora positum, pro *liberos ex incesto concubitu procreare.* Matris autem uterum significari adjectis verbis ἵν᾽ ἐτράφη ostenditur. ῥίζαν αἱματόεσσαν, *stirpem sanguinolentam*, nominat filios Eteoclem et Polynicem, quia jam in eo erant, ut sanguinolenta cæde se invicem interimerent.

758. sq. παράνοια σύναγε νυμφίους φρενώλεις. Male hæc Schol. ad Œdipodis et Jocastæ incestuosum connubium traxit. Nam quomodo his propter hoc facinus insania tribueretur, cum Œdipus Jocastam ducens non magis eam matrem suam, quam Jocasta illum filium suum esse sciret? Verum igitur est, hæc de Laii et Jocastæ concubitu dici. νυμφίους h. l. non est *sponsos*, sed *conjuges.* Laius autem et Jocasta, quos non fugiebat oraculi monitum, merito hic insani et mente alienati dicuntur, quod humanis potius quam divinis consiliis obtemperaverint.

760. κακῶν δ᾽, ὥσπερ θάλασσα, κῦμ᾽ ἄγει, *eademque insania* (ἁ σύναγε νυμφίους φρενώλεις) *nunc tamquam mare fluctus volvit;* ἄγει æque ac σύναγε a παράνοια regitur. Hanc verborum concinnitatem Germanice melius quam Latine reddere licet: *Wahre Raserey* FÜHRTE *die sinnlosen Eheleute* ZUSAMMEN; *und eben diese* FÜHRET *nun, einem Meere gleich, Wogen des Unglücks* HERBEY.

761. sqq. τὸ μὲν—καχλάζει. *Vixdum unus resedit, ecce alius triplo major exsurgit, qui jam etiam circa proram urbis strepit.* τὸ μὲν πίτνον Œdipi ipsius calamitatem designat; id autem κῦμα, quod his verbis ἄλλο δ᾽ ἀείρει etc. describitur, ad bellum inter filios ejus conflatum pertinet. τρίχαλον κῦμα i. q. τρικυμία Prometh. v. 1023.

Μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου
Τείνει πύργος ἐν εὔρει.
Δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι
Μὴ πόλις δαμασθῇ.
Τέλειαι γὰρ παλαίφατοι ἀραὶ, ϛρ. γ'.
Βαρεῖαι καταλλαγαὶ,
Τὰ δ' ὀλοὰ τελλόμεν' οὐ παρέρχεται.
Πρόπρυμνα δ' ἐκβολὰν φέρει
'Ανδρῶν ἀλφηστᾶν

764. ἀλκὰ] ἀλκὰν Mosq. 2. 765. ἐν εὔρει] ἐνεύρει junctim Mosq. 1. 2. 768. τέλειαι] Sic Ar. Ox. Mosq. 1. 2. Reg. A. Ald. Rob. τέλεια vitiose Turn. Vict. Reg. B. παλαίφατοι] παλαιφάτων Ald. 770. τελλόμεν'] τελομέν' Ald. τελλομένα Mosq. 1. In Mosq. 2. sic legitur: οὐ παρέρχεται τελούμεν' οὐ παρέρχεται. 771. πρόπρυμνα] πρόπρυμναν Rob. πρόπρυμνον Turn. 772. ἀλφηστᾶν] ἀληστᾶν Ald. Rob.

764. μεταξὺ δ' ἀλκὰ—ἐν εὔρει. Stanleius vertit: *Inter hæc præsidio brevi extenduntur mœnia in latitudine;* sententia parum commoda, et valde languente: Multo minus tamen audiendus Anonymus Anglus, qui sic interpretatur: *Interea præsidio diu esse non possunt mœnia in tantam amplitudinem extensa.* Quare vel cum Burgessio legendum arbitror:

μεταξὺ δ' ἀλκὰν δι' ὀλίγου
τείνει πύργος ἐν εὔρει,

h. è. *in medio vero breve intervallo latitudine sua turris præsidium præbet;* vel, quod mihi in mentem venit,

μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου
στενῷ πύργος ἐν εὔρει.

In medio vero brevi præsidium turris est angusta latitudine, blos die schmale Breite der Thürme schützt uns noch ein Weilchen.

766. sq. δέδοικα—δαμασθῇ. *Vereor autem ne una cum regibus* h. e. Eteocle et Polynice *urbs quoque dometur* h. e. *intereat.*

768. sq. τέλειαι—καταλλαγαί. *Nam jam ratæ sunt* et perficiuntur Œdipi *antiquæ diræ; difficilis* inter fratres *reconciliatio;* vel potius *gravis ac dura* inter fratres *transactio* s. *compositio*, quia jam in eo sunt, ut vi et ferro lite transigant. Hoc modo καταλλαγὴ pro διαλλαγὴ positum esset, id quod h. l. melius convenit. cf. v. 791. 885. 911.

770. τὰ δ' ὀλοὰ τελλόμεν' οὐ παρέρχεται. *Calamitatum autem tempestas coorta non præterit.* In τέλλεσθαι et παρέρχεσθαι enim ad tempestatis similitudinem respexisse videtur poëta, quæ si semel cœlum omne contraxit, raro discutitur. Nostri dicerent: *Ein Unglückswetter, das einmal aufgestiegen, verzieht sich nicht so leicht.*

771. sqq. πρόπρυμνα δ'—ἄγαν παχυνθείς. *Præterea hominum opulentorum fortuna ultra modum aucta ingentes jacturas affert.* Allegoriam poëta sumsit a mercatoribus, qui sæpe in naufragii periculo magnarum opum e puppi jacturas faciunt. Frequenter autem apud tragicos occurrit locus iste communis, magnam hominum fortunam diis invisam esse, divitesque ac potentes non alio consilio in altum tolli, nisi ut lapsu graviore ruant.

Ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.
Τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν ἀντ. δ'.
Θεοὶ, καὶ ξυνέστιοι
Πόλεως, πουλύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν,
Ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον,
Ἀναρπαξάνδραν
Κῆρ' ἀφελόντα χώρας;
Ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων στρ. ε'.
Ἐγένετο μέλεος ἀθλίων

Turn. Vict. Cant. ἀλφηστάων cod. Reg. B. unde Brunckius dedit ἀλφηστᾶν, sicut μελισσᾶν Pers. 127. 776. πουλυβοτὸς] πολυβοτὸς Turn. πολύβοστος Mosq. 2. 778. ἀναρπαξάνδραν] ἀναρπαξάνδρᾳ Ald. 779. κῆρ'] Stanl. conj. θῆρ'· quod recte aspernati sunt Arnaldus et Pauwius. 781. ἐγένετο] Arnaldus, quia in antithetico versu est ἐφῆκεν, corrigebat ἔγεντο. At hoc opus non est. Syllaba enim longa in duas breves solvitur.

774. sqq. τίν' ἀνδρῶν—χώρας; *Quem enim hominum tantum honorarunt dii, et cives, et quotcunque illa ætate beati erant, quantum tunc Œdipum coluerunt, cum perniciosum illud monstrum* (Sphinga) *homines rapiens e terra sustulisset?* θαυμάζειν h. l. duplici pro diversitate personarum sensu ponitur. Dii enim Œdipum dicuntur θαυμάσαι, quod eum magna fortuna dignum judicaverant; cives autem et exteri, quod eum beatum prædicabant, eumque ut magnum et felicem colebant ac venerabantur. ξυνέστιοι πόλεως Thebani sunt cives; πολύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν, *et opulenta ætas mortalium*, significat exteros quoque quamvis opulentissimos Œdipi fortunam suspexisse. Majus autem est et excellentius, beatorum, quam pauperum invidiam et admirationem in se convertere. κῆρ calamitas fatalis h. l. pro perniciosa belua.

780—793. ἐπεὶ—Ἐριννύς. *Postquam vero infelix conscius factus est infausti conjugii,* (quod inscius cum matre Jocasta contraxerat) *intemperantia doloris graviter commotus, furente animo et manu parricidali duplex malum patravit; nam primum se e conspectu filiorum jam potentiorum* h. e. patre excluso regnantium *subduxit; deinde filiis diras inflixit, iratus se eos educasse, heu heu acerbissimas diras, et vovit ut aliquando ferro inter se patrimonium dividerent; nunc vero tremo, ne pedes mobilis Furia eas exsequatur.*

ἀρτίφρων h. l. est *qui jam conscius sit* alicujus rei ante sibi ignotæ. Quomodo Œdipus intellexerit, eum quem olim in Phocidis trivio occidisset, Laium, patrem suum, et quam deinde in matrimonium duxisset, Jocastam matrem suam esse, sed igitur qua ratione rescierit, Æschylus, quia satis notum erat spectatoribus, silentio præterit; longius autem persequitur hanc ἀναγνώρισιν pro diverso dramatis consilio Sophocles in Œdip. Tyr. v. 989.—1182. ed. Brunck.

In sequentibus levissima mutatione sensum sublevandum, et sic rescribendum puto:

μαινομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κακ' ἀπετέλεσσε

Γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν,
Μαινομένα κραδίᾳ
Δίδυμα κακ' ἀπετέλεσσε
Πατροφόνῳ χερί· τῶν
Κρεισσοτέκνων δ' ὀμμάτων ἐπλάγχθη.

783. μαινομένα κραδίᾳ] μαινομένη καρδία Ald. μαινομένῃ καρδίᾳ Rob. μαινομένῃ κραδίᾳ Turn. 784. κακ' ἀπετέλεσσε] κακ' ἐτέλεσε Ald. Rob. Turn. etc. Heathius metri explendi causa emendavit: κακά γ' ἐτέλεσσε, id Brunckius in textum recepit. Postea vero in notis hanc crisin retractavit, et se nunc malle κακ' ἀπετέλεσσε professus est; quia et gratior hic aures accidat sonus, et importunum amoveatur γε, quod prorsus otiosum sit. Sæpe etiam librarios verbum simplex pro composito posuisse observat. His igitur argumentum persuasit nobis V. D. ut sic ederemus 786. κρεισσοτέκνων] κρείσσω τέκνων Ald. κρεισσόνων τέκνων Rob. κρεισσοτέκνων Turn. Vict. etc. κρεισσοτέκνων sic Mosq. 1. κρείσσων τέκνων et supra Schol. τῶν κρειττόνων τῶν Mosq. 2. φρισσοτέκνων conj. Stanl. Sed de universo h. l. lectorem rogamus ut Commentarium consulat. ὀμμάτων] ἀπ' ὀμμάτων Ald. Rob. Turn. Victor. ἐπλάγχθη] ἐπλάχθη Mosq. 1.

πατροφόνῳ τε χερί·

(pro vulg. πατροφόνῳ χερί· τῶν—) Æschylus enim dicit duo mala Œdipum perpetrasse: alterum erat, quod ipse voluntarium sibi exilium imposuisset; alterum quod filios diris devovisset. Hæc igitur mala dicitur perpetrasse μαινομένᾳ κραδίᾳ πατροφόνῳ τε χερί. Et illud quidem μαινομένᾳ κραδίᾳ ad utrumque malum, nimirum tam ad voluntarium exilium, quam ad diras, quibus filios defixerat, πατροφόνῳ τε χερὶ vero tantum ad *imprecationes* trahendum. Si quis autem quærat, quomodo *diræ* manibus infligi potuerint, respondemus in eo hunc ritum tangi, quo qui furias aut inferos deos in alicujus ultionem provocabant, terram manibus verberare solebant. Ita Homerus Althæam Meleagrum diris devoventem describit:

ἥ ῥα θεοῖσι
Πόλλ' ἀχέουσ' ἠρᾶτο κασιγνήτοιο φόνοιο·
Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία
Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,
Πρόχνυ καθεζομένη, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι
Παιδὶ δόμεν θάνατον· τῆς δ' ἠεροφοῖτις Ἐρινὺς
Ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβεσφιν, ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα.

786. τῶν κρεισσοτέκνων δ' ὀμμάτων ἐπλάγχθη] Cum versu antecedente pro

πατροφόνῳ χερί· τῶν

legendum censebam

πατροφόνῳ τε χερί·

articulum τῶν, qui facile potuit e glossa irrepere, simul ejiciendum esse statuebam. Sed post κρεισσοτέκνων particula δὲ in γε mutanda esse videtur:

κρεισσοτέκνων γ' ὀμμάτων ἐπλάγχθη,

aberravit quidem ab oculis potentiores filiorum, h. e. potentiorum filiorum oculis se subduxit, ex eorum conspectu sponte discessit. Nisi potius ita scripserit Æschylus:

κρεισσοτέκνων δωμάτων ἐπλάγχθη,

discessit ex ædibus, ubi jam potentiores filii excluso patre regnum invaserant. Quicquid sit, hoc certe firmiter tenendum, in his verbis nullum excæcationis Œdipi vestigium esse. Narrant alii Œdipum, postquam a se inscio patrem

Τέκνοις δ' ἀρχαίας ἀντ. έ.

occisum, et incestuosas cum matre nuptias contractas esse rescierit, utrumque sibi oculum eruisse. Verum in tota hac tragœdia nihil occurrit, quod eandem fabulæ partem Æschylum quoque adscivisse nobis persuadeat. Suo quemque ingenio in concinnandis adornandisque fabulis obsequi scimus. Quid est igitur, quod h. l. fabulam de Œdipi excæcatione poëtæ nostro quamvis invito obtrudamus? Æschylus fingit, antequam Thebæ obsiderentur, imo antequam Polynices a fratre exclusus esset, Œdipum cognita fortunæ atrocitate in ægritudinem furori incidisse, filiosque, partim quod ex incestu geniti essent, partim quod ipsi exauctorato patre regnum invasissent, aversatum, ædibus atque adeo urbe agroque Thebano excessisse, et in hoc exilio, incertum an mœrore consumtum, an sua manu peremtum, interiisse; antequam vero moreretur, filios diris devovisse. Sophocles autem et Euripides eum in oculos suos sæviisse, eosque fibulis effodisse narrant. Iidem tamen et inter se, et ab Æschylo in aliis fabulæ partibus dissentiunt, ut profecto nihil opus sit, propter eorum consensum hanc de excæcatione Œdipi narrationem Æschylo etiam, apud quem nullum ejus vestigium extat, obtrudere, ideoque sensum h. l. misere torquere et pervertere. Ubi enim hic tragicus noster significat Œdipum se visu privasse? An his verbis δίδυμα κακ' ἀπετέλεσσε? Ridiculum. Quis enim unquam scriptor tam dissolutus, tam verborum negligens fuit, ut, cum dicere vellet, *utrumque sibi oculum eruit*, universe pro eo diceret: *duplex malum perpetravit?* At in κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη forte excæcationis inest notatio? Tantundem scilicet! Jam enim Pauwius et Heathius intellexere, phrasin istam nullo pacto sic accipi posse, ut significet, *oculis se privavit;* Missis igitur nugis primum hoc teneamus, δίδυμα κακὰ non alia esse, nisi ea, quæ ab ipso Æschylo claris verbis narrentur; duplex malum perpetravit Œdipus insana mente, manuque parricidali; *alterum*, quod (μαινομένᾳ κραδίᾳ) urbe excederet et in exilio mortem oppeteret; *alterum*, quod (πατροφόνῳ χερὶ tellurem verberans) diras filiis imprecaretur. κρεισσότεκνα ὄμματα dicitur pro κρεισσόνων τέκνων ὄμματα, *filiorum nunc patre potentiorum oculi*. Ab his ἐπλάγχθη Œdipus, h. e. *iis se subduxit*. Si vero corrigere libeat κρεισσοτέκνων δωμάτων, quod dictum esset pro δωμάτων ἐν οἷς κρείσσονά ἐστι τὰ τέκνα, æque perspicuum est κρεισσοτέκνων δωμάτων πλάζεσθαι ad voluntarium Œdipi exilium pertinere. Quare non possum quin a Brunckio, viro doctissimo, discedam, qui præeunte Scholiastæ inedito sic h. l. interpretatur: *Eadem manu, qua patrem occiderat, duos sibi confodit oculos, filiorumque, quorum acerba magis quam oculorum jactura, aspectu et convictu se privavit.* Scholiastæ autem adnotatio, quam V. D. sequitur, hæc est: Ἐπεὶ δὲ ὁ μέλεος καὶ ὁ ἄθλιος ἀρτίφρων ἐγένετο, ἀντὶ αἴσθησιν ἔλαβεν ὧν ἐποίησε, καὶ συνῆκεν ὃ ἔπραξε κατὰ τῆς μητρὸς, εὐδαίμων γὰρ ἦν κατὰ πάντα, πρὶν ἂν μάθῃ τὸ μητρομίξιον, βαρέως φέρων, καὶ ἀνιώμενος ἐπὶ τῷ τῆς μητρὸς παρανόμῳ γάμῳ, ἐτέλεσε καὶ ἔπραξε δίδυμα κακὰ, ἤγουν τοὺς δύο ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐτύφλωσε τῇ χειρὶ, τῇ καὶ τὸν πατέρα Λάϊον φονευσάσῃ· ἐπλάγχθη δὲ καὶ ἐχωρίσθη τῶν τέκνων, τῶν κρειττόνων τῶν ὀφθαλμῶν, τὰ γὰρ τέκνα τοῖς γονεῦσι κρείττω τῶν ὀφθαλμῶν νομίζονται. τοῖς τέκνοις δὲ ἐπαφῆκε κατάρας ὀργίλους. Quomodo autem κρεισσοτέκνων ὀμμάτων significare possit i. q. τέκνων ἃ κρείσσονά ἐστι ὀμμάτων, non video. Unice verum est, quod vidit Heathius, κρεισσοτέκνων esse *filiorum potentiorum*, qui scilicet post Œdipum regno emotum ei in imperio successerant. Sed illud Heathio non concedo, ἐπλάγχθη significare amotus est: scil. filiorum jus-

Ἐφῆκεν, ἐπίκοτος τροφᾶς,

788. ἐφῆκεν] ἀφῆκεν Turn. Sic et Mosq. 2. cum schol. ἔπεμψεν. ἐπίκοτος τροφᾶς] ἐπικότας τροφὰς Ald. ἐπικότους τροφὰς Rob. Turn. Recepta lectio Heathii ingenio debetur. Eam et Brunckius probavit; qui tamen existimat ἐπικότους servari potuisse. Nobis autem hoc duriusculum videtur.

su. Quamquam enim Euripides fingit, Œdipum a filiis custodiæ tenebris abditum et inclusum fuisse, tamen ne hujus quidem commenti Æschylus auctor est. Itaque ἐπλάγχθη nihil aliud est, quam *aberravit*, *sponte in exilium abiit*, *atque ex filiorum conspectu discessit.* Restat, ut videamus, quamobrem hanc Œdipi fugam s. voluntarium exilium in malis numeret Æschylus. Id autem dupliciter intelligi potest; vel quia exilium, seu necessarium fuerit, seu voluntarium, semper exsuli tristissimum esse olim videretur; vel quia absque Œdipi exilio, quod mors quoque sequebatur, belli quoque calamitate Thebanos carituros fuisse, Chorus existimaret.

787. sq. τέκνοις δ' ἀραίας ἐφῆκεν, ἐπίκοτος τροφᾶς. Hæc ita interpretor: Filiis vero *diras imprecatus est, iratus ob educationem;* h. e. quod eum iracundia commotum pœniteret, se tales filios suscepisse atque educasse. τροφὴ prima vocabuli significatione denotat *nutritionem* s. *educationem*. Œdipus igitur, qui filiis succensebat, quod in tanta patris miseria nihil aliud agerent, nisi ut eum regno excluderent, ipsique imperio potirentur, iratus illis, factum ipse suum damnabat, quod tales filios educasset, ac non statim postquam editi essent, necandos curasset. Itaque sibi propterea non magis quam filiis iratus, quandoquidem eos vita indignos censebat, diris exsecrabatur, optabatque, ut ferro patrimonium, cujus impie cupidi fuissent, dividerent, h. e. ferro se ipsos invicem de regno decernantes trucidarent. Heathius autem ἐπίκοτος τροφᾶς vertit *ira incensus propter victum quem illi* (parce) *præbebant filii.* Existimat enim Œdipum, postquam e conspectu hominum in carcerem a filiis remotus fuisset, quod ab iis victum sibi negligenter nec reverenter satis administrari putaret, ideo ira vehementer commotum diras istas toties decantatas illis fuisse imprecatum, ejusque interpretationis veritatem asserere studet Scholiastæ testimonio ad Soph. Œdip. Col. v. 1440. Ubi enim Sophocles inducit Œdipum graviter conquerentem, quod Polynices, cum prior anno suo regnum Thebis obtineret, se patrem in exilium pepulisset, in quo, nisi filiæ succurrissent, inopia et fame sibi pereundum fuisset, ubi igitur has Œdipus querelas effundit, exsecrationemque filiorum jam olim pronuntiatam repetit, Scholiastes hanc adnotationem subjicit: τοῦτο ἀπαξάπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν παραλελοίπασιν. ἔχει δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας οὕτως. Οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην, εἴτε ἐξ ὁτουοῦν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν. ὁ δὲ μικροψύχως, καὶ τελέως ἀγεννῶς ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν, δόξας κατολιγωρεῖσθαι. Ταῦτα ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως·

Ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον
Ὤ μοι ἐγώ, παῖδές μι ὀνειδείοντες ἔπεμψαν,
Εὖκτο Διῒ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
Χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

Τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. καὶ ἔοικε τὸ τῆς ἱστορίας ἥκειν ἐπὶ πολλούς· ὡς καὶ πυρά τινι ἐκτεθῆναι αὐτὰ πρὸς τὸ γελοιότερον διὰ τούτων

Ἀεὶ δ' ὁρῶντι γ' ὀξύ, εἰ καὶ τυφλὸς ἦν.

Αἶ, Αἶ, πικρογλώσσους ἀρὰς,
Καί σφε σιδαρονόμῳ
Διαχειρίᾳ ποτὲ λαχεῖν
Κτήματα· νῦν δὲ τρέω
Μὴ τελέσῃ καμψίπους Ἐρινύς.

789. πικρογλώσσους] πικρογλώσσου Ald. 790. σιδαρονόμῳ] σιδηρονόμῳ Turn. Mosq. 1. 793. μὴ τελέσῃ κ. Ἐ.] Metri causa Heathius auctor est ut legamus vel μὴ τελέσῃ γ' ἁ καμψίπους Ἐρινὺς, vel μὴ τελέσῃ γε καμψίπους Ἐρινύς. At hoc necessarium non est. Ultimus enim hic antistrophes quintæ versus cum strophico opposito est choriambicus impurus ex choriambo, ditrochæo et clausula ex prima Choriambi parte | - ᴗ ᴗ - | - ᴗ - ᴗ | - ⏑̄ | . Quare nec opus est Arnaldi emenda-

Θυσίας γὰρ ἀπαρχὰς γέρας ἐπέμπομεν πατρὶ
Περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον γέρας· τὸ δὲ
Αὐτοί γε συγκόψαντες οὐ μεμνημένοι,
Λήσειν δοκοῦντες, ἀντὶ τοῦ κεκομμένου
Ἐπέμψαμεν βόειον· ὁ δὲ λαβὼν χερὶ
Ἔγνω γ' ἐπαφήσας. εἶπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε·
Τίς μοι τόδ' ἀνθομοῖον μισητὸν κρέας
Πέμπει; γέλων δὴ τἀμὰ ποιοῦνται κόροι
Θύοντες ὕβρει· τυφλὸς οὗτοι γνώσεται
Οὕτω λέγοντες. Ὦ θεοὶ μαρτύρομαι
Ἐγὼ τάδ' ὑμᾶς, καὶ κατεύχομαι κακὰ
Αὐτοῖσιν, αὐτοὺς τῶνδε δὶς τόσα σχέθειν.
Χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
Σφάζοιεν ἀμφὶ κτήμασιν τοῖς βασιλικοῖς.

Jam etsi illud Heathio largior, Scholii hujus auctorem ad hunc Æschyli locum respexisse, cum eum eandem fabulam, quam scriptor ille Cyclicus narraverit, in tragœdia Septem adversus Thebas tetigisse memorat; non tamen ideo verum vidisse Grammaticum, eique assentiendum esse concedo. Tantum enim abest, ut ridiculam illam fabulam scriptore Cyclico dignam, Æschylus quoque amplexus fuerit, ut potius ne Sophoclis quidem rationem, quam paulo ante ex Œdipo tyranno commemoravimus, tenuisse nobis videatur. Æschyli enim consilio multo accommodatius est, ἐπίκοτος τροφᾶς ita interpretari, ut sit i. q. *indigne ferens se tales filios educasse*, quam si exponamus: *iratus filiis ob victum male præbitum.* Atque ut ἀπλάγχθη ὀμμάτων, quamquam alii poëtæ narrant Œdipum a filiis, ne in publicum prodiret, custodia retentum esse, non tamen ideo apud Æschylum h. l. vertendum: *a filiis e conspectu remotus est;* eodem modo ἐπίκοτος τροφᾶς non propterea reddendum est: *iratus ob alimenta*, quia Sophocles Œdipum sic loquentem inducit, ut se a filiis, nominatim Polynice, in exilium actum, summa rerum omnium inopia laborasse queratur.

789. πικρογλώσσους ἀράς. *Diras acerbas*, vel *ab acerbitate linguæ profectas*, ut Heathius int. vel potius *acerbis cum conviciis et probris pronuntiatas.*

790. sq. σιδαρονόμῳ διαχειρίᾳ. Scil. non ex jure manum conferentes, sed ferro rem repetentes; deas enim ultrices precabatur Œdipus, ut filii sui, a quibus propter nimiam patrimonii cupiditatem regno ante diem exturbatus esset, ipsi inter se de ejus possessione ferro decernerent.

793. καμψίπους Ἐρινύς. Aliud est γόνυ κάμπτειν, quod significat *requiescere*, aliud πόδας κάμπτειν, quod est, *ambulare, ire.* Adeoque καμψίπους h. l. est *pedes mobilis.* cf. lex. Æschyl. h. v.

ΑΓΓΕΛΟΣ. ΧΟΡΟΣ.

Ἀγ. ΘΑΡΣΕΙΤΕ παῖδες μητέρων τεθραμμέναι.
Πόλις πέφευγεν ἥδε δούλειον ζυγόν·
Πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀβρίμων κομπάσματα·
Πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε, καὶ κλυδωνίου
Πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.
Στέγει δὲ πύργος, καὶ πύλας φερεγγύοις
Ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις·
Καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασι·

tione; μὴ τελέσῃ τὰ καμψίποες Ἐρ. 795. δούλειον] δούλιον Viteb. 796. ὀβρίμων] ἀμβρίμων Ald. Verum ὀβρίμων Rob. Codd. Regg. etc. et recte observat Brunck. litteram μ in hujus vocis prima syllaba insertam nec meliores libros nec veteres grammaticos agnoscere. 799. στέγει] στένει Rob. στέργει Mosq. 2. 800. ἐφραξάμεσθα] ἐφραξάμεθα Mosq. 1. 2. Viteb. Ald. Rob. 801. καλῶς ἔχει] καλῶς δ' ἔχει Rob. πλεῖστ' ἐν ἓξ] πλεῖστα ἓξ Viteb. et Mosq. 1. ita ut ἐν rubrica superscriptum sit, ceu interpretamentum.

IN SCENAM IX.

v. 794—824.

Chori lamentationem interrumpit nuntius adveniens, qui Argivos quidem profligatos, Thebasque incolumes esse, at Eteoclem et Polynicem mutuis vulneribus concidisse narrat.

794—800. Θαρσεῖτε — προστάταις. *Bono animo estote, virgines, urbs enim nostra servitutis jugum effugit; irritæ fuerunt ferocium virorum* (hostium) *minæ et jactationes; civitas vero jam in tranquillo est, et quamquam multis tempestatis fluctibus concussa, non tamen obruta ac submersa est. Sustinuere hostium impetum turres; portasque nostras propugnatoribus munivimus, qui fidem in iis positam haud fefellerunt.*

πόλις δ' ἐν] εὐδίᾳ —. Metaphoram a nave in maris fluctibus periclitante jam supra v. 760. adhibitam hic persequitur poëta. Comparavit Abreschius Sophoclea illa, Antig. v. 168.

Ἄνδρες τὰ μὲν δὴ πόλεως ἀσφαλῶς θεοὶ
Πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν.

801—804. καλῶς ἔχει—δυσβουλίας. *Et maximam quidem partem in sex portis res bene gestæ sunt; septimam vero venerandus rex Apollo cepit, Œdipi generi perficiens s. exsequens veterem Laii imprudentiam s. inconsulta facinora.* De epitheto ἑβδομαγέτας cf. lexic. Æschyl. h. v. More suo ludit in hoc cognomine Æschylus, quasi Apollo ἑβδομαγέτας ideo dicatur, quod ante septimam portam militaverit.

εἵλετο. Cepisse s. occupasse hanc portam Apollo dicitur, quia effecit, ut Eteocles septimæ portæ propugnator in duello caderet. cf. v. 800. κραίνων δυσβουλίας, *perficiens* h. e. ad exitum perducens *prava illa et infelicia Laii consilia*, i. e. pœnas istas, quas ipse oraculo edito Laii posteris minatus erat, si invitis diis liberis operam daturus esset. δυσβουλίας

Τὰς δ᾽ ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτας
Ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ᾽, Οἰδίπου γένει
Κραίνων παλαιᾶς Λαΐου δυσβουλίας.
Χο. Τί δ᾽ ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρόν;
Ἀγ. Πόλις σέσωσται, βασιλέες δ᾽ ὁμόσποροι
Ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.
Χο. Τίνες; τί δ᾽ εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.
Ἀγ. Φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος . . . .
Χο. Οἲ ᾽γὼ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.
Ἀγ. Οὐδ᾽ ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.
Χο. Ἐκεῖθι κ᾽ ἦλθον; βαρέα δ᾽ οὖν, ὅμως φράσον.

802. ἑβδομαγέτας] ἑβδομαγέτης Mosq. 1. 803. Οἰδίπου] Οἰδίπους Mosq. 1. post γένει comma positum Ald. Rob. 805. πρᾶγος] Ita Ar. Rob. πρᾶγμα Ald. Vict. νεόκοτον] νεόκκοτον Mosq. 2. adjuncto schol. νεωστὶ κατασκευασμένον. πόλει παρόν] πόλει καὶ πλέον Rob. πλέον etiam in Mosq. 1. item in Viteb. ubi a manu recentiori suprascripta est varians lectio παρόν. 806. βασιλέες] βασιλεῖ Ald. βασιλεῖς Rob. Mosq. 1. 2. Guelf. 807. χερῶν] χειρῶν Ald. 811. μὴν] νῦν Mosq. 2. Guelf. Viteb. Rob. 812. βαρέα] Dubium inter βαρέα et βαρέως Mosq. 1.

quamquam pluraliter dictum, tamen ad unum hoc Laii facinus pertinet v. 752—754. narratum. cf. v. 744. sqq. v. 699.

805. Chorus ultimorum nuntii verborum veram vim non assequens, ac ne urbs ipsa detrimenti quid capiat, reverens, quærit, *quid tandem novum illud malum sit quod civitati acciderit.*

806. Clarius jam nuntius quod acciderat eloquitur: *Urbs quidem servata est, reges autem fratres ipsi se invicem suis manibus occiderunt.* Abreschius contulit Sophocl. Antig. v. 177.

— — ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
Καθ᾽ ἡμέραν ὤλοντο, παίσαντές τε καὶ
Πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι.

808. Inopinata calamitate perturbatæ mulieres, præclare animi affectum his verbis exprimunt: *Quidam illi reges? Aut quid narras? Exanimor ac tantum non insanio metu dicendorum.* Germ. *Ach die Furcht vor deiner Erzählung bringt mich schon um den Verstand.*

809. φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος . . . . Quia Chorus metu dicendorum se insanire professus erat, acute respondet nuntius: *Sana igitur mente audi;* h. e. *Tantisper igitur ad te redi, donec audieris.* Germ. *Nun so nimm deinen Verstand noch erst zusammen, und höre.* Post Οἰδίπου γένος reticentur quædam, quæ nuntius, quo minus efferat, interpellatione Chori impeditur. Vehementior enim est h. l. dialogi cursus, et ad ipsam rerum quæ narrantur atrocitatem sapienter accommodatus.

810. οἲ ᾽γὼ τάλαινα—κακῶν. *O nos miseras; jam præsagit mens nostra malum,* quod narraturus es.

811. οὐδ᾽—κατεσποδημένοι. *Neque vero dubium est, eos occisos esse.* κατασποδεῖσθαι proprie *in pulvere volutari;* transfertur autem ad eos qui in prælio cadunt. cf. Valckenaer ad Eurip. Hippol. v. 1253.

812. ἐκεῖθι κ᾽ ἦλθον; *Eone igitur*

Ἀγ. Οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν.
Χο. Οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.
Ἀγ. Αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος.
Τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
Πόλιν μὲν εὖ πράσσουσαν, οἱ δ' ἐπιστάται,
Δισσὼ στρατηγώ, διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.
Ἕξουσι δ' ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονὸς,
Πατρὸς κατ' εὐχὰς δυσπότμους φορούμενοι.
Πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν
Πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

813. ἠναίροντ'] ἠνήροντ' Turn. 815. αὐτὸς δ' ἀναλοῖ] αὐτὸς δ' ἐναλοῖ. Sic Mosq. 2. et supra schol. ἠφάνισε. 816. δακρύεσθαι] δακρύσασθαι Turn. Vict. In Mosq. 1. sic: χαίρειν κακὰ καὶ δακρύεσθαι, et in Viteb. χαίρειν κακὰ καὶ δακρύσασθαι. Ceterum in Viteb. hic versus et seqq. usque ad φρενούμενοι Choro tribuuntur, ubi κακὰ e glossa ortum. 819. παμπησίαν] παμπησίας Mosq. 1. 820. ταφῇ] τάφῳ Ald. χθονὸς] Brunckius, quia genitivus χθονὸς nihil habeat, a quo regatur, scribendum esse suspicatur χθόνα. Recte quidem; nisi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum est παμπησία; ita ut sensus sit ἕξουσι παμπησίαν χθονὸς ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ. 822. βασιλέοιν] βασιλείοιν Mosq. 1. 823. πέπωκεν] πέπτωκεν Mosq. 1. Viteb. Ald. πέπωκται Rob. γαῖ'] γᾶ Mosq. 1. γᾶν Viteb.

devenerunt? Illucne ergo processerunt? Certe enim concinnius est h. l. ἦλθον 3, pers. pl. de fratribus, quam 1. pers. sing. de Choro ipso, (quasi esset: *Eone igitur res nostræ devenerunt? Ist es dahin mit uns gekommem?*) interpretari.

βαρέα δ' οὖν, ὅμως φράσον. Enimvero dura et gravia hæc sunt, attamen perge dicere.

813. οὕτως—ἄγαν. *Ita nimirum fraternis manibus prorsus se invicem interemerunt.*

814. Οὕτως—ἅμα. *Itaque communis utriusque fortuna fuit.* ὁ δαίμων, *malus genius, acerbum fatum* h. l.

815. αὐτὸς—γένος. Nimirum ipse ille malus genius s. illa fortuna infelix Œdipi genus disperdit.

816. sqq. *Hæc igitur partim lætari, partim deflere decet; lætari quidem urbem incolumen esse; at contra imperatores, ambo duces de patrimonii possessione Scythico ferro decertarunt. Atqui non aliam terram possidebunt, præter eam quam in sepultura occupabunt; cum ipsi secundum infelices patris diras in perniciem suam ruerint. Urbs igitur servata est, at regum fratrum sanguinem ex mutua eorum cæde terra bibit, s. hausit.* Ferri epitheton σφυρήλατος inepte redditur in ind. Πενταλογίας Burtonianæ: *talos perfossus.* Imo est *malleo ductus,* et ad ferri fabricam pertinet; sicut supra v. 209. πυριγενετᾶν χαλινῶν, et infra ἐκ πυρὸς συθεὶς θηκτὸς σίδαρος v. 945.

ΧΟΡΟΣ.

Ω ΜΕΓΑΛΕ Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι
Δαίμονες, οἳ δὴ Κάδμου πύργους
Τούσδε ῥύεσθε·
Πότερον χαίρω, κἀπολολύξω
Πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι,
Ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας
Ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχας;

824. πολιοῦχοι] πολισοῦχοι Ald. πολισσοῦχοι Rob. Turn. Vict. 826. τούσδε ῥύεσθε] τούσδε ῥύεσθαι Mosq. 1. τούσδ' ἐρύεσθε et supra scholion φυλάσσετε Mosq. 2. 827. κἀπολολύξω] κ' ἀπολολύξω Victor. 828. σωτῆρι] σωτηρίᾳ Viteb. σωτηρία pro σωτηρίᾳ Mosq. 1. c. schol. ἐπὶ τῇ ἀβλαβῆ, vitiose pro τῇ ἀβλαβεῖ. 830. πο-

IN SCENAM X.

v. 824—871.

¶ Flebili cantico mutuam Eteoclis et Polynicis cædem Chorus prosequitur; et postquam ipsa eorum cadavera in scenam delata videt, solennem lessum facere tristissimorum funerum ergo constituunt.

824. sqq. ὦ μεγάλε Ζεῦ—διανοίᾳ. *O magne Jupiter, vosque urbis præsides, qui has Cadmi turres* omninoque civitatem Thebanam *memini, num gaudeamus, et urbis servatori, qui eam incolumen præstitit, lætæ acclamemus; an calamitosos et infelices imperatores, jam sine prole defunctos defleam, qui nimirum vero nominis omen expleverunt, et contentionum studiosi impiis consiliis occiderunt?*

ὦ μελάγε Ζεῦ. "Eustath. in Iliad. ν'. ait casum rectum μεγάλος in usu fuisse, cujus inquit vocativus usurpatur apud Æschylum: ὦ μεγάλε Ζεῦ. Idem in Odyss. β'. τὸ μέγας per syncopen a μεγάλος derivatum tradit, eadem Æschyli verba laudans; ut et in Odyss. σ'." *Stanl.* "Ita et Tzetzes ad Hesiodi Ἐργ. v. 122. καὶ ὁ μ ε γ ά λ ο ς δὲ εὐθεῖα ἐστὶ, καθὼς Αἰσχύλος δείκνυσι γράφων·

"Ω μεγάλε Ζεῦ καὶ πολισσοῦχοι θεοί."
Burton.

825. sq. πύργους τούσδε. δεικτικῶς, quia Chorus ex arce, ἐξ ἀκροπόλεως turres prospectabat.

827. κἀπολολύξω. "Τὸ ἐπολολύζειν hic in bonam partem accipitur, ut et Agam. v. 27.

— — δόμοις
Ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
Ἐπορθιάζειν — —" *Stanl.*

828. πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι. "Jovi Servatori urbem incolumen præstanti, subaudito scil. Διΐ. Ceterum ἀσινὴς hic in activa, lexicographis nondum observata significatione ponitur. Quo itidem sensu vocem hanc accepisse videtur Noster in Agam. v. 1350. τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι." *Burton.*

830. ἀτέκνους. Quia olim in magnæ calamitatis loco ponebatur sine liberis mori. E multis quæ hic acervari possent locorum exemplis, Stanleius unum excitavit Eurip. Ion. ubi Creüsa:

Οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
Καὶ πολυνεικεῖς
Ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ.
Ὦ μέλαινα καὶ τελεία στροφή.
Γένεος, Οἰδίπου τ' ἀρὰ,

λεμάρχας] Hanc lectionem in cod. Reg. B. notatam pro vulgata πολεμάρχους auctore Brunckio recepimus. Est enim ut recte V. D. observavit forma magis poëtica. cf. ad Pers. 554. 831. κατ'] καὶ κατ' Ald. Rob. ἐπωνυμίαν] ἐπωνυμίων Turn. Vict. 835. Οἰδίπου τ'] τε omissum Rob. Stanl. legendum censet: Οἰδίπου γ'. Sed recte particulam τε defendit Brunckius, cujus doctam observationem Commentario ad h. l. inseruimus.

Ὀτοτοτοτοτοῖ.
Τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον ἔλαβεν
Ἀρὰ βίοτον.

832. καὶ πολυνεικεῖς. Etymon nominis Polynicis h. l. cum fratre Eteocle quoque communicatur, quia hic nimirum æque contentiosus erat ac Polynices. Nisi vero quod Stanleio in mentem venit, versiculus excidit, qui ad Eteoclem pertineret. Fingamus enim sic Æschylum scripsisse:

οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
ἐτεοκλεῖς
καὶ πολυνεικεῖς
ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ·

tum in ἐτεοκλεῖς Eteoclis quoque nominis significatio tangeretur; idque haud ineptum esset, propterea quod ambo non magis rixandi studio, quam regni ambitione et gloriæ cupiditate tenerentur. Certe Eteoclem ob nimiam φιλοτιμίαν carpit Jocasta apud Eurip. Phœniss. v. 542. (al. 545.)

833. ἀσεβεῖ διανοίᾳ. *Impio consilio*, quia non exhorruerunt fraterni sanguinis religionem.

834—841. ὦ μέλαινα—δορός. *O atra et perfectrix generis Œdipique imprecatio, malus mihi metus præcordia aggreditur. Thyadis ritu* furens lugubre *carmen sepulcro meditor, audito fratrum sanguine stillantium infelici interitu. Næ illi infausto omine ad duellum congressi sunt.*

835. γένεος, Οἰδίπου τ' ἀρά "Copulam τε in Rob. omissam non omittunt Codd. Regg. In B. satis inepta superscripta glossa: τὸ τε παρέλκει. Minime otiosa est copula. Duplex imprecatio hic intelligitur: ea qua olim universum Labdacidarum genus devotum fuerat et Œdipi recentior altera filiis dicta. Prior autem, sive Martis sit, ob occisum a Cadmo draconem,

unde iræ superûm perpetuis malis
vastant Labdaciam domum,

ut ait summo Grotio interprete Chorus in Phœniss. 1075, sive Pelopis, ob raptum a Laio filium, passim Poëtis argumentum hoc tractantibus memoratur. Bis innuitur a Sophocle in Antig. 593. ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι πήματα φθιμένων ἐπὶ πήμασι πίπτοντα; et iterum 860. Manifestum est igitur, τε a Robertello aut casu, aut pravo consilio, quia vim illius non percipiebat, omissum fuisse, nec recenter, ut metrum fulciret, additum fuisse, quod præter Aldi et Turnebi editiones, exhibent etiam duo nostri codices veteres, bibl. Reg. Gall. Sæpe autem Scholiastis et Glossatoribus, parum subacti judicii hominibus, particula illa otiosa visa est, ubi minime abundat. In Soph. Œd. Col. Ismene sciscitandi patri, quid agant filii sui, dicit v. 1367.

πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρις, Κρέοντί τε
θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν.

ubi ad priorem versum adnotat græcus enarrator, ὁ τε πλεονάζει. Hoc arbitratus non fuisset, si in sequenti legis-

Κακόν με καρδίᾳ τι περιπιτνεῖ κρύος·
Ἔτευξα τύμβῳ μέλος
Ὡς θυιάς, αἱματοσταγεῖς
Νεκροὺς κλύουσα δυσμόρως
Θανόντας. ἦ δύσορνις ἅ-
δε ξυναυλία δορός.
Ἐξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπε ἀντις.

836. κακόν με] κακόν μου Mosq. 1. Ald. Vict. κακόν μι Rob. Cant. κακόν μι Viteb. Abreschius vel μοι reponendum, vel καρδίαν legendum existimat. Nobis με, genuinum, sed καρδίᾳ in καρδίαν mutandum esse videtur. Idem Brunckio visum. cf. Commentar. ad h. l. καρδίᾳ] κραδίᾳ Vict. καρδίᾳ conjectura emendabat Stanl. Et sic est in Mosq. 1. Viteb. περιπιτνεῖ] πέρι πιτνεῖ Ald. 838. θυιὰς] θυὰς Ald. Rob. αἱματοσταγεῖς] αἱματοσυγεῖς Ald. Rob. 839. δυσμόρως] Sic Mosq. 2. δυσφόρους Mosq. 1. Viteb. Ald. δυσμόρους Rob. Turn. Vict.

set μήτε. Sed jam ad Eurip. Or. 295. observavi, post τε sæpe in altero membro sequi δὲ, in οὔτε—οὐδὲ, μήτε—μηδέ. cf. Eurip. Hippol. 75."

Hactenus doctissimus Brunckius; qui quidem particulæ τε veritatem pulcre asseruit. Attamen non opus est, ut in interpretanda phrasi γένεος ἀρὰ ad Labdacum aut Pelopem recurramus. Æschylus enim, cum de malis fatalibus, quibus Œdipi genus prematur, ipso Œdipo antiquioribus loquitur, ubique intelligit Laii noxam, quod Apollinis oraculo, qui liberorum procreationem ei interdixisset, non paruerit. cf. v. 693. 745. sqq. 804. 844.

Quamquam vero genuinam esse particulam τε non dubito, idem tamen concinnitatem sententiæ ab ea leviter turbari sentio. Nam γένεος ἀρὰ esset *imprecatio generi dicta, s. generi incumbens*, Οἰδίπου ἀρὰ vero *imprecatio ab Œdipo dicta*. Duo autem genitivos ita cum nominativo construi, qui alio sensu ad priorem, alio ad posteriorem relatus accipiatur, parum commodum est. Adeoque non omnino nihil erat, quod Stanleius sequebatur, cum sic legendum putabat:

γένεος Οἰδίπου γ' ἀρά.

Si metrum ferret, præferrem γένεος Ἐρινὺς, Οἰδίπου τ' ἀρά· sed si in codice aliquo inveniretur:

ὦ μέλαινα καὶ τελεία γ'
Ἐρινὺς, Οἰδίπου τ' ἀρά·

vere sic poëtam scripsisse judicarem. Nam μέλαινα Ἐρινὺς v. 979. et furia sæpius dicitur diras perficere.

836. κακόν με καρδίᾳ τι περιπιτνεῖ κρύος: "Structura καρδίαν flagitare videtur. Theocr. in Thyrside: τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξει. Apoll. Argon. i. 1232. τῆς δὲ φρένας ἐπτοίησε Κύπρις, et iii. 695. τὴν δ' αἰνῶς ἄτλητος ἐπέκλυσε θυμὸν ἀνίη. Neophron in Medeæ fragmento, quod infra exhibemus: ἤδη γάρ με φονία μέγαν δίδωσι λύσσα θυμόν. Soph. Œd. Col. 314. κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπίσχει. Philoct. 823. ἱδρώς γέ τοι νιν πᾶν καταστάζει δέμας. 1301. μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον. Noster Pers. 159. Hujus generis exempla apud singulos poëtas passim obvia. Vide Valckenaer ad Hippol. 571." *Brunck.*

842—846. ἐξέπραξεν—οὐκ ἀμβλύνεται. *Effectum habuit, nec vana fuit patris dira imprecatio; Laiique consiliorum, quibus Apollinis oraculum migravit, ad hanc usque ætatem vis et efficacitas pertinuit.*

Πατρόθεν εὐκταία φάτις·
Βουλαὶ δ' ἄπιστοι Λαΐου διήρκεσαν.
Μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν,
Καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται.
Ἰὼ πολύστονοι τόδ' εἰρ-
γάσασθ' ἄπιστον· ἦλθε δ' αἰ-
ακτὰ πήματ' οὐ λόγῳ.

844. ἄπιστοι] ἄπιστα Rob. 845. μέριμνα] μέριμναι Ald. 848. εἰργάσασθ'] εἰργάσασθε Ald. Turn.

εὐκταία φάτις periphrasi pro ἀρά. πατρόθεν adverbium genitivi πατρὸς loco positum. βουλαὶ ἄπιστοι, si de Laio dicuntur, nihil aliud significant, quam Laii oraculum Apollinis contemnentis contumaciam, *das ungehorsame Betragen des Laius.* Fieri tamen possit, ut βουλαὶ ἄπιστοι Λαΐου sint *infideles* amici et consiliarii Laii, qui ei, ut Apolline invito neglectoque ejus monito liberis operam daret, suaserant; cf. v. 752. Prior tamen interpretatio, ut facilior, ita verior nobis quidem esse videtur.

845. sq. μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν, καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. *Nostra vero cura circa civitatem et oracula haud vana fuerunt;* non quod ipsa urbs incolumis non fuerit, sed quod Eteoclis mors ad urbem quoque proxime pertineret; et quod facile fieri potuisset, ut major etiam calamitas ex hoc bello ad urbem redundaret. cf. v. 772. sqq. v. 776. sqq.

847. Inter hæc quæ proxime sequuntur verba, fratrum occisorum Eteoclis et Polynicis cadavera in scenam illata fuerint, necesse est. Nondum tamen h. l. de funerum pompa cogitandum; sed cruenta ac pulvere et sanie dedecorata cadavera h. l. tantum misericordiæ movendæ causa Chori et spectatorum oculis exponuntur; ubi ea usque ad finem tragœdiæ jacuisse sequentia satis docent; finita enim demum tragœdia domum asportantur cadavera, ut deinde justæ iis exsequiæ parari possent.

ἰὼ πολύστονοι τόδ' εἰργάσασθ' ἄπιστον. *O multum lamentabiles, multoque gemitu prosequendi fratres, perpetrastis igitur incredibile illud facinus.* Sic sane interpretandum, si verum sit ἄπιστον. Sed quoniam eodem adjectivo, et alio quidem significatu, paulo ante v. 844. usus est Æschylus, suspicor fere eum h. l. dedisse

ἰὼ πολύστονοι τόδ' εἰργάσασθ' ἄπυστον

i. e. *perpetrastis inauditum hoc facinus,* quod nemo unquam fando audivit, fratres germanos mutuo se occidisse. Id bene etiam ei quod sequitur οὐ λόγῳ responderet, et ambiguitatem, quæ propter ejusdem adjectivi ἄπιστον, alio sensu positi, viciniam oriretur, e medio tolleret.

848. ἦλθε δ' αἰακτὰ πήματα, οὐ λόγῳ. *Venerunt luctuosæ calamitates, non fama tantum et narratione.* Hæc verba docent, Chorum jam Eteoclis et Polynicis cadavera, quæ modo illata erant, oculis spectare. Eodem modo Prometheus v. 1088. postquam horribilem illam tempestatem, quam Mercurius ei minatus erat, ipse jam exorientem oculis auribusque percipit, hæc prolequitur:

καὶ μὴν ἔργῳ, κοὐκέτι μύθῳ, χθὼν σεσάλευται.

849. Post οὐ λόγῳ malim commate

Τάδ' αὐτόδηλα, πρῦπτος ἀγγέλε λόγος. μονοςρ.
Διπλαῖ μέριμναι, διδυμάνορα
Κάκ', αὐτοφόνα, δίμοιρα,
Τέλεια τάδε πάθη. τί φῶ;
Τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων,
Δόμων ἐφέστιοι.
'Αλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον
'Ερέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
Πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' 'Αχέροντ' ἀμείβεται

850. πρεῦπτος] τρεπτὸς Ar. 851. διδυμάνορα] δίδυμ' ἀνορία Mosq. 1. 2. Ald. διδυμανόρεια Rob. δίδυμ' ἀνορίᾳ Turn. Vict. διδυμανόρεια κακὰ defendit Heath. ut sit i. q. *duorum virorum infortunia.* διδυμάνορα Brunck. e cod. Reg. A. 852. Post αὐτοφόνα punctum ponitur Rob. 853. τάδε πάθη] τὰ πάθη Ald. Turn. τάδε πάθη Rob. et Brunck. e cod. Reg. A. 854. πόνων abest Rob. 856. γόων] γόον Ald. Turn. Vict. γόων Rob. et Brunck. e cod. Reg. B.

tantum distingui, ut ista verba quam proxime cum sequentibus τάδ' αὐτόδηλα cohæreant; *non narratione tantum venerunt calamitates, verum ecce manifestæ adsunt, verus fuit nuntii sermo.* τάδ' αὐτόδηλα sic pronunciabatur, ut digitis simul cadavera ante oculos posita monstrarentur. Ante τάδ' αὐτόδηλα particulam ἀλλὰ suppressam esse patet.

851. διπλαῖ μέριμναι, *geminæ curæ,* scil. fratres illi infelices, quorum amborum nos cura tenuit. διδυμάνορα κακ' αὐτοφόνα, poëtice dictum pro δίδυμοι ἄνδρες κακῶς ἀλλήλους φονεύσαντες. Vulgatam lectionem διδυμανόρεια κακὰ Heathius ita interpretatur, *duorum virorum infortunia.* Falso. Nam et hæc verba δεικτικῶς efferuntur. Κακὰ h. l. ipsi fratres miserrima cæde interemti appellantur, sicut infra πῆμα, v. 1006.

δίμοιρα potius cum τέλεια τάδε πάθη, quam cum antecedentibus jungendum; ita ut post αὐτοφόνα plenius distinguatur. Δίμοιρα τέλεια τάδε πάθη significat, jam finem esse horum laborum, quorum uterque fratrum ex æquo particeps fuerit; uterque enim regnum appetivit; uterque alterum interfecit; uterque ab altero interfectus est. cf. v. 949.

853—855. τί φῶ; ἐφέστιοι. *Quid dicemus? Quid aliud autem, quam alias ex aliis calamitates hanc domum obsidere?* τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι i. q. τί δ' ἄλλο γε φῶ, ἢ ὅτι πόνοι etc.

856. Jam Chorus, quod pedestri sermone ita fuisset efferendum: *Verum, ó amicæ, jam funera ista planctu et lesso prosequamur,* id pulcherrima allegoria usus ita eloquitur; *Verum nunc jam, ó amicæ, secundum auram querelarum impellite planctum funus comitantem, qui semper Acherontem sequitur tristrem atro velo insignem* Charontis *cymbam, in illam Apollini inaccessam, solis expertem, capacem, tenebricosam Orci regionem.* Sed hic locus est ex iis, quorum pulcritudo nulla versione reddi, sed tantum aut Græca legenti sentiri, aut paraphrasi declarari potest. Exsequiæ s. funeris pompa, cum imagine navigii, pro mortuorum animæ Charonte portitore per Acherontem vehuntur, compa-

Τὰν ἄστολον, μελάγκροκον θεωρίδα,

860. τὰν ἄστολον, μελάγκροκον θεωρίδα] τὰν ἄστονον μελάγκροκον ναύστολον θεωρίδα Ald.

ratur. Et quoniam in funerum pompa solennes erant næniæ, s. lessi, quos inter multos planctus, h. e. capita et pectora manibus percutiendo, canere solebant, planctus cum remigio s. pulsu remorum contenditur. Quia vero planctus illi, cum remigatione comparati, querelis, s. næniis intermiscentur, apte simul κατ' οὖρον γόων ἐρέσσεσθαι dicuntur. πίτυλος proprie remorum aquam pulsantium strepitus; h. l. ad plangorem tristitiæ indicem transfertur. Sed hoc vocabulum, ne quis aberret et proprie positum esse existimet, finitur adjectis vocabulis χεροῖν et ἀμφὶ κρατί. Ut enim si de remigatione diceretur, esset πίτυλος τῶν κωπῶν ἀμφὶ θαλάσσῃ, sic planctus, h. e. strepitus capitum aut pectorum luctus declarandi causa manibus percussorum, eleganter appellatur πίτυλος χεροῖν ἀμφὶ κρατί. Cumque, ut navigia non solum remis, sed sæpe, si ventus quidem secundus sit, simul velis impelluntur, sic etiam funera non planctu solum, sed et lesso lugubri decorari solerent, lessus quasi cum vento secundo vela navigii implente confertur. ἀμείβεται h. l. i. q. *deducit, comitatur;* s. ut Brunckius græco verbo, sed non minus apto reddit, πορεύει. θεωρίς, quin Charontis cymbam denotet, quamquam nomine portitoris non addito, dubitari tamen non potest. Tragicorum enim ætate fabula de Charonte, quam Homerus et Hesiodus ignorant, satis nota fuit. cf. Eurip. Alcest. v. 437. sqq. et alibi passim. Quod autem non σκάφος, sed θεωρίδα dixit, id suavem habet θεωρίδος illius Deliæ significationem. Cum enim Minos instituisset, ut Athenienses, quos devicerat, anno unoquoque septenos liberos suos Minotauro ad epulandum mitterent, postea Theseus patriam ab infelici tributo liberaturus, Cretam cum sodalibus navigavit, Minotauroque occiso se et suos servavit. Cujus expeditionis memoriam hoc ritu celebrarunt Athenienses, ut, quam illi Apollini, si servarentur, voverant, navem sacram magna cum cærimonia quotannis Delum mitterent. Hujus autem ritus celebrationem θεωρίαν, navem ipsam θεωρίδα, et qui ea Delum veherentur, θεωροὺς appellatos fuisse, inter omnes constat. Quoniam vero θεωρὶς illa quasi memoriam repræsentabat illius navigii, quo ante Theseum in Cretam deportabantur ii, qui, ut Minotauro immolarentur, sorte delecti erant; hinc factum est, ut Æschylus Charontis navem θεωρίδα appellans, partim ad navigia, quæ olim triste vectigal a Minoë impositum Cretam deferebant, partim ad ea, quæ post Theseum Apollini Delum mittebantur, respexerit. Cum enim hanc θεωρίδα nominat ἄστολον, et μελάγκροκον, utroque epitheto tangitur annua illa liberorum Minotauro devotorum in Cretam devectio. Ἄστολον enim *infaustum* notat: sicut enim ἄγαμος γάμος *infaustæ nuptiæ*, ἀπόλεμος πόλεμος *infelix bellum*, ἄνεες νάες *infaustæ naves*, sic etiam ἄστολις θεωρὶς *navigium infaustum, calamitosum;* quale nimirum et illud erat, quo olim Atheniensium liberi, vectigalis instar, in Cretam deportabantur. Μελάγκροκον vero *atro velo insignem* cymbam Charontis appellat, respiciens ad atra illa vela, quibus qui ad Minotaurum mittebantur navigare solebant. (Hygin. fab. xli.) Cum autem in designanda Charontis cymba θεωρίδος nomine utitur Æschylus, eamque in terram Ἀπόλλωνι ἀστιβῆ vehi dicit, rationem utique habuit solennis illius in Delum legationis, Apollini sacræ. Orcus vero sic describitur, ut sit *Apollini inaccessus*, quia ᾅδης et τάρταρος invisa diis superis loca sunt. cf. Prometh. v. 1036. sq. ἀνάλιος, quia sole eum nunquam collustrari fingebant; (sic, ut e multis u-

Τὰν ἀστιβῆ ᾿Απόλλωνι, τὰν ἀνάλιον,
Πάνδοκον, εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.
᾿Αλλὰ γὰρ ἥκουσ᾿ αἵδ᾿ ἐπὶ πρᾶγος
Πικρὸν ᾿Αντιγόνη τ᾿ ἠδ᾿ ᾿Ισμήνη·
Θρῆνον ἀδελφοῖν οὐκ ἀμφιβόλως

τὰν ἄστονον μελάγκροκον ἄστολον θεωρίδα Rob. *τὰν ἄστονον μελάγκροκον ναύστολον θεωρίδα* Turn. unde Vict. et Brunck. duo efficiunt versus:

Τὰν ἄστονον μελάγκροκον
Ναύστολον θεωρίδα.

Nobis autem verum assecutus esse videtur Stanleius, qui *ναύστολον* tanquam glossema veteris lectionis *ἄστολον* delendum censet; ita ut iambicus efficiatur senarius; consentiente metrorum Æschyli enarratore Græco, qui hic non duo, sed unum versum numerat. Accedit quod non solum ex editione Robortelli, sed etiam ex Schol. Arundel. intelligitur, lectionem olim in Codd. fuisse *ἄστολον*. Hic enim ita: *ἄστονον, ἤτοι κακοστένακτον, ἢ ἄστολον καὶ κακῶς ἐσταλμένον.* Ceterum causam vulgatæ lectionis paulo aliter informare licet. Cum Æschylus scripsisset *ἄστολον*, orta est lectio *ἄστονον*, quam nonnulli cum ista permutabant, alii cum ea simul in textum invehebant, ut in Robortelli editione factum. *ναύστολον* autem interpretamentum fuit lectionis *θεωρίδα*. De sensu verborum vid. Commentar. ad h. l.

num hujus imaginis exemplum addam, mortuorum sedes dicitur *ἀνάλιος οἶκος ἐν ᾿Αΐδα δόμοισι* Eurip. Alcest. v. 439. cf. et Homer. Iliad. Θ'. 481.) *πάνδοκος*, sicut *rapax Orcus* ap. Horat. Carm. 2. 18. 30. quia omnes eodem coguntur; denique *ἀφανής*, *pallidus*, *tenebricosus*, ob æternam Orci caliginem. Germanice hunc locum sic imitari ausim: (nam versionem mihi religio est dicere.)

Auf dann! Freundinnen, auf!
Beginnt die Klage des Todtengesangs!
Schlagt an die Stirn mit trauernder Faust!
Wie der Wind braust in den Segeln der Barke,
Wie der Ruder Tact in den Fluthen tönt,
So brause die Klage des Todtengesangs!
So tön' an der Stirn der trauernde Schlag!
Wie der Wind, in Segeln brausend,
Wie der Ruder Tact, in Fluthen tönend,
Ans Ufer der See die Barke führt;
So ists die Klage des Todtengesangs,
Vermischt mit den trauernden Schlägen der Faust,
Die stets das tausendmal verwünschte
Schwarzbesegelte Fahrzeug,
Den Acheron hinüber,
In jenes, nie vom Apoll betretne,
Nie vom Sonnenstrahl besuchte,
Weltverschlingende, düstre Land begleitet.

863—871. *ἀλλὰ γὰρ—ἐπιμέλψειν.* *Sed enim veniunt, ecce, ad acerbum hoc officium Antigone et Ismene, quas quidem haud ambigue putamus ex amabili pectore lamentationem ob fratres, justum dolorem effusuras.* *θρῆνον ἀδελφοῖν* non cum Stanleio ad priora, quasi verbis *πρᾶγος πικρὸν* appositum sit, sed potius ad sequentia trahendum, et cum verbo *ἥκουσιν* construendum est, ita ut *ἄλγος ἐπάξιον* magis explicet *θρῆνον ἀδελφοῖν*. Ex epithetis vocabuli *στηθέων*, prius *ἐρατῶν* ad pulchritudinem, *βαθυκόλπων* vero ad cincturæ profundioris morem pertinet, quod vel ex Homero notum

Οἶμαι σφ' ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων
Στηθέων ἥσειν, ἄλγος ἐπάξιον.
Ἡμᾶς δὲ δίκη πρότερον φήμης
Τὸν δυσκέλαδόν θ' ὕμνον Ἐρινύος
Ἰαχεῖν, Ἀΐδα τ'
Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν.

ΧΟΡΟΣ. ΑΝΤΙΓΟΝΗ. ΙΣΜΗΝΗ.

ἩΜΙΧΟΡΟΣ.

ΙΩ δυσαδελφόταται πασῶν, ὁπόσαι
Στρόφον ἐσθῆσιν περιβάλλονται,
Κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
Μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.
Ἡμ. Ἰὼ ἰὼ δύσφρονες,

869. δυσκέλαδόν θ'] δυσκέλαδον Rob. 871. ἐπιμέλπειν] Alii teste Turn. ἐπιμάρπτειν. 873. ἐσθῆσιν] ἐσθῆτα Rob. ἐσθῆσι Turn. ἐσθῆσιν ob metrum scribendum esse monuit Pauw.

868. sqq. ἡμᾶς δὲ—ἐπιμέλπειν. *Nos vero decet, priusquam illæ vociferentur, lugubriter sonantem Erinnyos hymnum incipere, Plutonisque tristem pæana cantare.* πρότερον φήμης cum Schol. accipio pro: πρὸ τοῦ κλαῦσαι ἐκείνας. Quod autem sequitur lugubre canticum, id ideo appellatur ὕμνος Ἐρινύος, quia dira fratrum cædes Furiis potissimum tribuenda erat, quippe quæ Œdipi imprecationes, ut ratæ essent, perfecerant. Itaque etiam in sequentibus Erinnyos mentio injicitur.

IN SCENAM XI.

v. 872—1006.

Jam præsentibus Antigone et Ismene Chorus lessum canit; similem amœbæis carminibus, ita ut, quæ altera Chori pars cecinerit, iis altera aliquid addat, quod aut simile aut majus sit. Falluntur vero, qui nunc demum fratrum cadavera in scenam illata fuisse putant.

872—875. ΗΜΙΧΟΡΟΣ α'. ἰὼ—λιγαίνειν. *Heu omnium infelicissimæ sorores, quotquot strophium vestibus circumjiciunt; flemus, gemimus, neque vero simulamus dolorem, sed ex animi sententia vere ejulamus.* δυσαδελφόταται sunt quæ omnium sororum maximum ex fratribus dolorem ceperunt.

876—879. ΗΜΙΧ. β'. ἰὼ—αἰχμᾷ. *Heu heu insani, amicis non obsequentes, et malis indomiti, qui ferro voluistis, ó miseri, paternam domum* (simul cum patrimonio et regno) *obtinere.*

Φίλων ἄπιστοι, καὶ κακῶν ἀτρύμονες,
Πατρῴους δόμους ἑλόν-
τες μέλεοι σὺν αἰχμᾷ.
Ἡμ. Μέλεοι δῆθ', οἳ μελέους θανάτους
Εὕροντο δόμων ἐπὶ λύμᾳ.
Ἡμ. Ἰὼ ἰὼ δωμάτων
Ἐρειψίτοιχοι, καὶ πικρὰς μοναρχίας
Ἰδόντες, ἤδη διήλ-
λαχθε σιδάρῳ,
Οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ,
Ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε·
Κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα κατεύγματα

879. αἰχμᾷ] ἀλκᾷ Ald. Rob. Vict. 881. λύμᾳ] λύμῃ Ald. Rob. Vict. Doricam formam Brunckius e Reg. B. restituit. 882. δωμάτων] δόμων Ald. 883. ἐρειψίτοιχοι] ἐριψίτοιχοι Viteb. Ald. Rob. πικρὰς] πικρᾶς Rob. 885. σιδάρῳ] σὺν σιδάρῳ Ald. Præpositionem auctoritate cod. Reg. A. cum Brunckio omisimus. 886. οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ] οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ Ald. Rob. Turn. ἔτι post Brunckium præeunte Cod. Reg. A. delevimus. 888. Οἰδιπόδα κατεύγματα] κατεύγματα abest Ald. Vit. Mosq. 1. 2. codd. Regg. agnoscunt autem Rob. Vict. Stanl. Brunckius delevit, e glossa natum existimans. At quia sic durissima ellipsis oritur ab Æschyli consuetudine plane aliena, (cf. v. 727. 768. 835. 842. 948.) et κατεύγματα vocabulum exquisitum est et Æschyleum, (cf. v. 711.) qualia in glossis raro poni solent, utpote quæ vocabula communia potius et usu trita sectantur, genuinum puto κατεύγματα, nec propter aliquot codicum in ejus omissione consensum delendum censeo. Si enim invitis his Codd. præsertim cum omnes nimis recentes

φίλων—ἄπιστοι refertur ad v. 714. ubi Chorus frustra rogabat Eteoclem, ut sibi bene consulenti obsequeretur. κακῶν ἀτρύμονες, qui tantis jam præteritis Labdaciæ domus malis se nec flecti nec domari passi sunt, quo minus alia quoque adderent.

880. Prior Semichorus posterioris verbo μέλεοι inhæret, idque exsequitur. Miseri sane sunt, qui miserrimam mortem invenerunt in domus perniciem, scil. ut totum Œdipi genus exstirparetur.

882—889. Alter Semichorus excipit prioris sententiam δόμων ἐπὶ λύμᾳ, et sic pergit: *Heu heu paternæ domus eversores, qui acerbam monarchiam spectabatis, jam denique ferro litem diremistis; non amicabili pactione, sed cruenta cæde transegistis. Valde autem veras Œdipi diras perfecit (omnino ratas habuit) veneranda Erinnys.*

883. Forte rectius legatur:
ἐρειψιτοίχους καὶ πικρὰς μοναρχίας ἰδόντες,
ut ipsæ monarchiæ, propter quas sæpe urbes bello vastantur, ἐρειψίτοιχοι dicantur.

Πότνι' Ἐριννὺς ἐπέκρανε.
Ἡμ. Δι' εὐωνύμων τετυμμένοι . . . .
Ἡμ. Τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων.
Ἡμ. Αἶ αἶ δαιμόνιοι,
Αἶ αἶ δ' ἀντιφόνων
Θανάτων ἀραί.
Ἡμ. Διανταίαν λέγεις πλαγάν.
Ἡμ. Δόμοισι καὶ σώμασι
Πεπλαγμένους ἐννέπω.
Ἡμ. Ἀναυδάτῳ μένει
Ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς

sint, glossemata recte expungimus, multo magis bonas lectiones, quæ in nonnullis eorum desunt, servare debemus. 889. ἐπέκρανε] ἐπέκρανεν Ald. 891. δῆθ'] δὴ ταδ' Rob. 895. θανάτων] θανάτῳ Ald. θανόντων Turn. 896. διανταίαν] δι' ἀνταίαν Ald. 898. πεπλαγμένους] πεπληγμένους Ald.

890—892. Prior Semichorus incipit: *Per sinistra icti* . . . quod ita supplet alter: *icti sane, et consanguinea latera.* Itaque etiam post εὐωνύμων anticipandum est πλευρωμάτων. Letale autem vulnus describitur his verbis: δι' εὐωνύμων τετυμμένοι, quia ipsum cor, cujus in sinistro latere sedes est, gladius penetraverit.

893—895. Priori Semichoro ista tantum tribuenda censeo:

αἶ αἶ δαιμόνιοι,

heu heu infelices fratres! ut respondeat alter:

αἶ, αἶ δ' ἀντιφόνων
θανάτων ἀραὶ,

heu heu imprecationes mutuæ cædis; diras Œdipi queritur, quæ tristem jam eventum habuerint.

896—898. Certissimum arbitror, quod etiam schol. α'. ad v. 896. confirmare videtur, hæc ita transponenda esse:

Ἡμίχ. α'. Δόμοισι καὶ σώμασι
Πεπλαγμένους ἐννέπω.
Ἡμίχ. β'. Διανταίαν λέγεις πλαγάν.

Prior enim Semichorus, qui fratres δαιμονίους appellaverat, jam infelicitatem eorum sic describit, ut dicat: *Uno eodemque ictu eos et regnum et vitam perdidisse aio*; cui alter respondet: *Sane ictum penetrabilem, gravem, penitus perforantem narras.* Ita λέγεις bene præcedenti ἐννέπω respondeat, cum in vulgata versuum dispositione nihil habeat, quo referatur. διανταίαν, de ictu, qui non solum domum, sed etiam corpus et vitam eripuerit. πεπλαγμένους interpretor *excussos*. δόμοισι ut sæpe de tota regni paterni hereditate sumitur.

899—901. Ita dispescere malim:

Ἡμίχ. α'. ἀναυδάτῳ μένει.
Ἡμίχ. β'. ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.

Prior Semichorus causam affert, quæ, ut uno ictu fratres vitam et opes perderent, effecerit: *propter ineffabilem* s. *incredibilem insaniam.* Altera autem

Διχόφρονι πότμῳ.
Ἡμ. Διήκει δὲ καὶ πόλιν
Στόνος, στένουσι πύργοι,
Στένει πέδον φίλανδρον·
Μενεῖ κτέανά τ' ἐπιγόνοις,
Δι' ὧν αἰνομόροις
Δι' ὧν νεῖκος ἔβα,
Καὶ θανάτου τέλος.
Ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι
Κτήμαθ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν·
Διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφία φίλοις,

904. στένει πέδον] στένει δὲ πέδον Turn. Vict. δὲ recte omittunt Ald. codd. Regg. 908. τέλος] In Mosq. 1. notatur: γρ. μένος. 909 ἐμοιράσαντο δ'] ἐμοίρασαν τοῦδ' Ald. mendose. 910. ἴσον] ἴσαν Ald. Versum trochaicum esse, lecythium dictum, Brunckius vidit, meritoque damnat vulgarem scripturam ἴσον, cum prima corripi debeat. 911. δ' οὐκ ἀμεμφίᾳ] δ' οὐ καμεμφίᾳ vitiose Ald.

Chori pars addit aliam quoque causam: *propter fatalem discordiam patris diris efflagitatam.* διχόφρων πότμος i. q. διχοφροσύνης πότμος. ἀραῖος ἐκ πατρὸς πότμος ita fere dictum, ut supra πατρόθεν εὐκταία φάτις v. 843.

902—904. Prior Semichorus, ut opinor, hæc tantum canebat:

διήκει δὲ καὶ πόλιν
στόνος, στένουσι πύργοι.

Percurrit vero et urbem gemitus, gemunt turres. Alter autem accinebat:

στένει πέδον φίλανδρον,

imo totus ager Thebanus *gemit,* horum virorum *amantissimus.*

905—912. In his, quatuor versiculos μενεῖ—τέλος priori, reliquos quatuor ἐμοιράσαντο—Ἄρης posteriori Semichoro tribuenda censeo.

905. Post κτέανα particula τε in δὲ mutanda est, ut legatur:

μενεῖ κτέανα δ' ἐπιγόνοις.

Sensus: *Possessiones autem posteris manebunt, propter quas miseris illis primum lis et contentio nata, post etiam cædes commissa est.* ἐπίγονοι non ipsorum fratrum posteri (ut qui sine liberis mortui essent) sed alii heredes ex agnatorum progenie. Nostri dicerent: *lachende Erben.*

909. sqq. ἐμοιράσαντο—Ἄρης. *Illi autem furoris æstu abrepti sic jam* scil. mutua cæde *inter se bona diviserunt, ut æqua pars utrique cederet;* (h. e ut nihil uterque lucraretur, quemadmodum Germani eodem sensu dicerent: *dass einer so viel davon hat, als der andre.*) *Arbitrum vero ceperunt* (scil. gladium) *reprehensionem apud amicos non carentem; neque gratum sane fuit bellum* (inter fratres.) διαλλακτῆρι tropice dictum, ut significetur *ferrum,* s. *gladius,* quo fratres litem diremerint. φίλοις i. q. παρὰ φίλοις. Nempe Chorus respicit ea, quæ ipse Eteocli dixerat v. 681. sqq. Quamquam, ut nunc est, in textu nihil mutandum arbitror, tamen si in cod. MS. inveniretur:

διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφεῖ φίλοις,
οὐδ' ἐπιχαρεῖ σιδάρῳ·

hoc sane præferrem; quia rotundius et sequentibus verbis aptius esse. cf. v. 885. 943—945.

Οὐδ᾽ ἐπίχαρις Ἄρης.
Ἡμ. Σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ᾽ ἔχουσι.
Ἡμ. Σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι,
Τάχ᾽ ἄν τις εἴποι, τίνες;
Τάφων πατρῴων λάχαι.
Ἡμ. Δόμων μάλ᾽ ἀχὼ ἐπ᾽ αὐτοὺς

913, 914. σιδαρόπλακτοι] σιδηρόπλακτοι Turn. σιδηρόπληκτοι cod. Viteb. 915. εἴποι] εἴπῃ Viteb. 917. ἀχὼ] ἀχὴν Rob.

913. Ἡμίχ. α΄. σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ᾽ ἔχουσι. *Atque ita quidem se habent (sic jacent) ferro percussi.*

914. sqq. In his male adjectivum σιδηρόπλακτοι coit cum substantivo λάχαι, quomodo enim *sortitio* dicatur fer-ro *percussa?* Itaque legendum arbitror:

σιδηρόπαλτοι δὲ τοὺς μένουσι.

Sic supra loco ad sententiam simillimo eadem notione de σιδήρῳ verbum διαπάλλειν ponebatur v. 731. sqq.

κτεάνων χρηματοδαίτας
πικρὸς, ὠμόφρων σίδαρος,
χθόνα ναίειν διαπήλας,
ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένους κατέχειν.

σιδηρόπαλτοι τάφων πατρῴων λάχαι, *paterni sepulcri possessio, quam ferro sortiti sunt.* q. d. Germ. *Nun wartet auf sie der durchs Loos der Schlachtschwertes errungene*, oder *gewonnene* —— *Antheil am väterlichen Grabe.*

915. Si eidem Semichoro tribuendus sit, ita interpretandus: *quærat hic forte quispiam, quænam tandem?* Sed verius equidem arbitror, post μένουσι secundum Hemichorum pausam quasi facere; et priorem Hemichorum injicere:

τάχ᾽ ἄν τις εἴποι, τίνες;

Cito nobis aliquis dicat, quænam? ut is alterius moram impatienter ferre et supplementum dicti, quod ille inchoaverat, flagitare videatur.

916. In hoc dicto, quasi quoddam epigrammatis acumen, magnum vero sententiæ pondus est.

917—928. Hæc iterum non eidem Chori parti, sed priora v. 917—923. δόμων—ἀνάκτοιν priori, et quæ sequuntur, πάρεστι—ἐν δαΐδι posteriori Choro assignanda videntur.

δόμων—ἀνάκτοιν. *Ex ædibus vero gravi sono istos prosequitur lacerans animum lamentatio, proprio dolore gemens, propriam calamitatem reputans, corpori infesta, lætitiam haud amans, veras ex animo lacrymas ciens, qui quidem animus mihi propter istos duo reges fletui intabescit.* δόμων in principio versiculi 917. commodam sane explicationem non habet, cum de suo ipsius luctu Chorus loquatur. Portus quidem de funere, quod jam ex ædibus efferretur, intelligi voluit. At falsum hoc esse, dudum ex superioribus intelligitur. Fratrum enim cadavera in scena erant exposita; de funerum elatione nondum cogitabatur. Suspicor itaque scribendum:

δεινὰν μάλ᾽ ἀχὼ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς
προπέμπει δαϊκτὴρ γόος,

valde gravem autem sonum super iis emittit luctus. ἐπ᾽ αὐτοῖς, ut postea v. 924. ἐπ᾽ ἀθλίοισιν. Particula quoque δὲ vix hic abesse potest. δαϊκτὴρ Stanleius vertit *hostilis*, et δαΐφρων, *animum lacerans*; ego vice versa malim δαϊκτὴρ interpretari *animum lacerans*, et δαΐφρων *infestus* scil. corpori. αὐτόστονος autem et αὐτοπήμων recte videtur Stanleius, quem secuti sumus, intellexisse. Si ἐτύμως ante δακρυχέων, quod in quibusdam edd. (etiam in MS. Guelf.) reperitur, verum

Προπέμπει δαϊκτὴρ γόος,
Αὐτόστονος, αὐτοπήμων,
Δαΐφρων, οὐ φιλογαθὴς,
Δακρυχέων ἐκ φρενὸς, ἃ,
Κλαιομένας μου, μινύθει,
Τοῖνδε δυεῖν ἀνάκτοιν.
Πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν
'Ως ἐρξάτην
Πολλὰ μὲν πολίτας,
Ξένων δὲ πάντων στίχας
Πολυφθόρους ἐν δαΐδι.
'Ημ. Δυσδαίμων σφὶν ἁ τεκοῦσα

920. φιλογαθὴς] φιλαγαθὴς Ald. Rob. Turn. φιλογαθὴς ex utroque Schol. scribendum esse vidit Brunck. cf. ad Pers. 43. Post hoc vocabulum Turn. Vict. addit ἐτύμως ad sequens δακρυχέων relatum. 921. δακρυχέων] δάκρυ χέων Ald. δακρυχέων δ' Rob. Viteb. 923. δυεῖν] δυοῖν Ald. Rob. Turn. δυεῖν e cod. Reg. B. cum Brunckio scribere præstat. 926. πολίτας] πολίταις Vit. Ald. Rob. Turn. Sed πολίτας constructionis causa præferendum. 927. δὲ πάντων] τ' ἐκ πάντων Vit. Rob. τε πάντων vulg. quod recte e cod. Reg. B. corrigendum censuit Brunck. in notis. Præcedit enim μέν. 928. ἐν δαΐδι] Steph. testatur in quibusdam codd. legi ἐν δαΐ.

est, ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενὸς eodem modo dictum, quo supra ἐκ φρενὸς ὀρθῶς λιγαίνειν v. 875.

In ἃ, κλαιομένας μου, μινύθει, articulum ἃ ad proxime antecedens φρενὸς referendum existimo. Optimus enim sensus existit, *qui* (scil. *animus meus*) *me flente, marcescit, qui fletui intabescit.* Aliter Brunckius, qui ἃ ad ἀχὼ retrahit, hoc verborum ordine: γόος αὐτόστονος, αὐτοπήμων, δαΐφρων, οὐ φιλογαθὴς, δακρυχέων ἐκ φρενὸς, προπέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἐκ τῶν δόμων ἀχὼ, ἃ μινύθει ὅτε vel ἐν ᾧ ἐγὼ κλαίω ἕνεκα τοῖνδε δυεῖν ἀνάκτοιν. Sic et Stanleius accepisse videtur, qui vertit, *validum sonum—ex anima, qui mihi flenti minuitur?* Sed cur ἀχὼ propter fletum minui dicatur, equidem non assequor. δυεῖν ἀνάκτοιν per ellipsin τοῦ ἕνεκα recte explicavit Brunckius.

924. sqq. πάρεστι—δαΐδι. *Jure autem de infelicibus istis fratribus dicere licet, quod multis malis affecerint, partim cives, partim peregrinorum, i. e. hostium, turmas, quorum magna pars in prælio periit.*

πολίτας. "Sic omnino scribendum, non πολίταις. ῥέζειν cum duobus accusativis construi solet, et sequitur στίχας." Brunck.

ξένων δέ. "Sic Cod. Reg. B. Recte; præcedente μέν. Sensus: ὡς πολλὰ κακὰ ἐρξάτην, ὁ μὲν 'Ετεοκλῆς τοὺς πολίτας, ὁ δὲ Πολυνείκης, πάντων τῶν ξένων στίχας, πολυφθόρους ἐν δαΐδι. Postrema hæc ad utrosque Thebanos et Argivos referuntur." *Brunck.*

929—934. δυσδαίμων—ὁμοσπόροισιν. *Infelix autem præ omnibus qui umquam pepererunt, mater horum* (Jocasta) *est, quæ primum suo ipsius filio* (Œdipo) *nupsit,*

Πρὸ πασῶν γυναικῶν,
Ὁπόσαι τεκνογόνοι κέκληνται.
Παῖδα τὸν αὐτᾶς πόσιν αὐτᾷ θεμένα,
Τούσδ' ἔτεχ', οἱ δ' ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλ-
λαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν.
Ἡμ. Ὁμόσποροι δὲ καὶ πανώλεθροι
Διατομαῖς οὐ φίλαις,
Ἔριδι μαινομένα,
Νείκεος ἐν τελευτᾷ.
Πέπαυται δ' ἔχθος,
Ἐν δὲ γαίᾳ ζωὰ
Φονοῤῥύτῳ μέμικται·
Κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.

932. αὐτᾶς] αὐτᾶς Ald. Rob. αὐτῆς Vit. αὐτᾷ] αὐτῷ Rob. αὐτῇ Vit. θεμένα] θεμένη Rob. 933. ἐτελεύτασαν] ἐτελεύτησαν Ald. Turn. Doricam formam e codd. Regg. cum Brunckio recepimus. ἐτέλεσαν Rob. 934. ἀλλαλοφόνοις] ἀλλαλοφόνοις Ald. ἀλληλοφόνοισι Rob. Dorismum revocavit Brunck. e codd. Regg. 935. δὴ καὶ] δῆτα καὶ Ald. Rob. Turn Vict. Brunckius recte scripturam Cod. Reg. A. prætulit. Versus est trim. iamb. brachycatal. πανώλεθροι] πανόλεθροι Ald. 940. ζωὰ] ζωὴ Vit. 942. εἴσ'] Sic Brunck. e Regg. Codd. Accedit Mosq. 1. Vulgo εἰσίν.

deinde hos (Eteoclem et Polynicem) *peperit, qui jam sic manibus fraternis se invicem trucidantes vitam finierunt.*

935. Ultimam prioris Semichori vocem excipit alter, et cum ille Jocastæ miseriam deplorasset, hic in ipsorum fratrum tristi fato moratur. *Fratres utique germani penitus se invicem perdiderunt transactione non amica, furiosa contentione, rixarum exitu.* ὁμόσποροι non ut v. antecedente ad χεῖρας, sed ad ipsos fratres pertinere videtur; διατομαῖς οὐ φίλαις, (cf. v. 886.) *compositione sane non amicabili.* νείκεος ἐν τελευτᾷ, Polynicis, ni fallor, nomen tangit.

Verba vero, quæ v. 939—941. sequuntur, iterum priori Choro melius, puto, tribuuntur. Is persequitur alterius ultimam sententiam νείκεος ἐν τελευτᾷ, hæc subjungens: *Jam vero cessat eorum inimicitia; et in terra cruore ipsorum madefacta duorum fratrum vita commista est.* (Germ. *und in der blutbespritzten Erde ist ihrer beider Leben in eins geflossen.*) Nimirum generosa metaphora ζωὰ pro *sanguine* dicitur, quo vita continetur.

942. κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι. Hæc verba alterum puto Semichorum priori accinere: *Imo vero nimis sunt consanguinei.* Germ. *ach sie sind nur allzunahe Blutsverwandte.* Hic quamquam in ambiguitate vocabuli ὅμαιμοι luditur, cum et consanguineos, et eos qui sanguinem miscuerunt, significare possit, tamen hic lusus nescio quid gravitatis tragicique dedecoris habet.

Ἡμ. Πικρὸς λυτὴρ νεικέων ὁ πόντιος
Ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς
Θηκτὸς σίδαρος·
Πικρὸς δὲ χρημάτων κακὸς
Δατητὰς Ἄρης, ἀρὰν
Πατρὸς τιθεὶς ἀληθῆ.
Ἡμ. Ἔχουσι μοῖραν λαχόντες,

944. συθεὶς] σευσθεὶς Mosq. 1. 947. δατητὰς] δ᾽ ἀντὰς Mosq. 2. et supra schol. ἀφανισμὸν ποιήσας. διαιτητὴς Ald. δαητὰς Rob. δατητὴς Turn.

943—948. Primos tres versiculos, πικρὸς—σίδαρος, a priore, sequentes autem tres, πικρὸς—ἀληθῆ a posteriore Choro pronuntiatos esse statuo.

943—945. πικρὸς σίδαρος. *Acerbus vero litium arbiter est ponticus ille peregrinus ex igne progressus acutus gladius.* ξεῖνος Stanleius substantive accepit, ita vertens: *acerbus contentionum arbiter transmarinus hospes ex igne profectus, acutum ferrum.* Sed simillimus locus v. 729. sqq. docet, omnia quæ post νεικέων sequuntur, cum σίδαρος construenda esse. πόντιος de Ponto Euxino accipio, ut alibi *Scythicum* dicitur ferrum.

946—948. πικρὸς—ἀληθῆ. *Acerbus opum malusque distributor Mars est, qui patris diras ratas habuit.* Post κακὸς copulam desidero.

949—952. Inter priorem et posteriorem Semichorum æqualiter dividendos censeo.

949. sq. Ἡμίχ. α΄. ἔχουσι—ἀχέων. *Suam uterque* (ô miseri!) *malorum divinitus immissorum portionem cepit.* Sic supra διμοιρα τίλλειν τάδε πάθη v. 852. sq. Nempe cum uterque alteri patrimonii portionem eripere studeret, uterque non bonorum patriorum, sed malorum e diris patris divinitus inflictorum æquam partem abstulit.

Alter Chorus eandem fere sententiam gravioribus verbis et acerbiore sarcasmo concludit: ὑπὸ δὲ—ἔσται, *at sub cadavere* eorum *immensi erunt terræ,* quam scil. occupent, *thesauri.* Verum verborum sensum, amaræ ironiæ gravisque reprehensionis plenum, Heathius assecutus est. Cum Eteoclès et Polynices ambo de terra Thebana contendissent, uterque autem solus hujus terræ dominus esse voluisset, ironice Chorus hanc avaritiam nunc expleri significat, quod, quantum terræ spatium sub cadavere, cum sepultum fuerit, contineatur, quamvis immensa sit spatii profunditas, id sibi quisque vindicare scilicet possit. cf. v. 733.—735. Populares mei hac paraphrasi uterentur; *Sie haben nicht Land genug kriegen können. Nun aber werden sie unter ihrem Leichnam Landes die Fülle haben. Was ihm an Breite abgeht, ersetzt die Tiefe.* Vix autem credent posteri, nostra ætate fuisse, qui γᾶς cum σώματι conjungendum putaret, (periphr. pro γῇ) q. d. *Unter dem Leibe der Erde werden ungeheure Schätze seyn.* Atqui Abreschio commentum placuit.

Ceterum hic opportunus est locus, ubi Chori carmen finiri dicamus. Etenim si Antigonen his verbis παισθεὶς ἔπαισας demum incipere statuamus, exordium nimis abruptum fuerit; sin, ut quidam faciunt, hæc verba v. 949—952. jam Ismenæ tribuantur, male sororem, quod et Heathius vidit, sarcas-

Ὦ μέλεοι, διοσδόταν ἀχέων·
Ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
Πλοῦτος ἄβυσσος ἔσται.
Ἡμ. Ἰὼ πολλοῖς ἐπανθήσαν-
τες πόνοισί γε δόμοι·
Τελευτᾷ δ' αἵδ' ἐπηλάλαξαν
Ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον,
Τετραμμένου παντρόπῳ
Φυγᾷ γένους.
Ἕστακε δ' Ἄτας
Τρόπαιον ἐν πύλαις,
Ἐν αἷς ἐθείνοντο, καὶ δυοῖν κρατήσας
Ἔληξ' ὁ δαίμων.
Ἀν. Παισθεὶς ἔπαισας.
Ἰσ. Σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.

951. σώματι] σώματος Ald. Turn. 954. δόμοι] δόμοις Ald. 957. τετραμμένου] τετραμμένον Rob. quod commate distinctum ad νόμον refertur. 961. ἐθείνοντο] ἐθείναντο Vit. 962. ἔληξ' ὁ δαίμων] Sic Regg. Mosq. 2. ἔληξε δαίμων Ald. Rob. Turn. etc. præter Brunck.

mus ille deceat, in fratres v. 951. sq. conjectus. Aptissimum vero est Antigonen his verbis ἰὼ πολλοῖς etc. pristinorum Œdipodiæ domus malorum prius mentionem facere, antequam de istis, quæ ante pedes erant, et quæ longioris querelæ materiam præbebant, diceret.

953. Antigone sic orditur: *O domus multis quidem subinde malis abundans! Postremo vero diræ acutissimum clamorem sustulerunt, funditus profligata familia.* In ὀξὺν νόμον metaphora ducta est a militum clamore, quem hostibus in fugam versis tollere solent, ut se invicem ad persequendos fugientes, capiendosque victoriæ fructus excitent. Extra metaphoram sic dixisset Antigone: *Multis quidem jam antea malis domus nostra abundavit; nunquam tamen his acerbiora fuerunt, quæ nunc jam secundum Œdipi diras totam ejus familiam funditus exstirpant.*

959. Sequentes versus Ismenæ tribuo, quæ cœptam ab Antigone allegoriam persequatur: ἕστακε — δαίμων. *Fortuna vero tropæum calamitatis, ad portam, in qua interfecti sunt, erexit, et utroque horum devicto, quievit*, s. furere desiit, i. e. urbem ipsam incolumem reliquit.

963. In alternis quæ sequuntur dictis observandum est, Antigonen semper de Polynice, Ismenen vero de Eteocle loqui.

963. παισθεὶς ἔπαισας. *Tu (ὁ Polynices, prior ab Eteocle) percussus* (hunc) *percussisti*. cf. Eurip. Phœniss. v. 1417. sqq.

ibid. σὺ δ' ἔθανες κατακτανών. *Tu*

'Αν. Δορὶ δ' ἔκτανες.
'Ισ. Δορὶ δ' ἔθανες.
'Αν. Μελεόπονος.
'Ισ. Μελεοπαθής.
'Αν. Ἴτω γόος.
'Ισ. Ἴτω δάκρυα.
'Αν. Προκείσεται κατακτάς·
Ἠὲ ἠὲ, μαίνεται γόοισι φρήν.
'Ισ. Ἐντὸς δὲ καρδία στένει.
'Αν. Ἰὼ ἰὼ πολυδάκρυτε σύ.
'Ισ. Σὺ δ' αὖτε καὶ πανάθλιε.
'Αν. Πρὸς φίλου γ' ἔφθισο.
'Ισ. Καὶ φίλον ἔκτανες.

966. ἴτω γόος. ΙΣΜ. ἴτω δάκρυα] Sic e codd. Regg. ut hiatus vitaretur, recte edidit Brunck. Accedunt Viteb. Mosq. 1. 2. Vulgo sic: ἴτω δάκρυα. ΙΣΜ. ἴτω γόος. 972. πρὸς φίλου γ'] πρὸς φίλου τ' Ald. Vict.

vero, ὁ Eteocles, *postquam* fratrem *interfeceras, ipse quoque periisti.*

964. Antigone: δορὶ δ' ἔκτανες, *hasta, fratrem*, ὁ Polynices, *occidisti.*

Ismene: δορὶ δ' ἔθανες, *hasta fratris periisti*, Eteocles!

965. μελεόπονος et μελεοπαθὴς vel prorsus synonyma sunt, ut illud *miserum*, hoc *ærumnosum* significet; vel si argutari libeat, μελεόπονος *miserum ob id quod fecit*, μελεοπαθὴς vero *miserum ob id quod passus sit*, significare dicas.

967. Quid sibi velint ista: προκείσεται κατακτὰς, nulla equidem conjectura exputo. Cur enim de fratris cadavere, quod jam ante pedes erat, futuro tempore diceret προκείσεται? Præterea versiculum hic excidisse, et carminis amœbæi ratio, et personarum alternatio facile arguit. Si vero ita scripsisset Æschylus:

'Αντιγόνη. πρόκειται τῷδ' ὁ φονευθείς.
'Ισμήνη. πρόσκειται χὠ κατακτάς.

nec ad sensum, nec ad personarum alternationem aliquid desideraretur. Antigone enim diceret: *Hæc jacet interfectus* Polynices. Ismene autem regereret: *Juxta eum et ille, qui interfecit, jacet.* Omissionis quoque causam intelligeremus, quod librarius a πρόκειται, postquam illud scripsisset, ad sequens πρόσκειται oculis aberrasset. Verum in explendis ejusmodi lacunis, ultra id quod probabile sit, progredi non licet.

968, 969. Antigone: *Heu! heu! furit luctu animus.* Ismene: *Et intus in pectore cor suspirat.*

970, 971. Antigone: *Heu, heu,* Polynices, *multis lacrymis deflende.* Ismene: *Tuque rursus*, Eteocles, *ô miserrime!*

972, 973. Antigone: *Tu igitur ab amico periisti.* Ismene: *Tuque amicum perdidisti!*

Hic utraque sororum invertit quere-

'Αν. Διπλᾶ λέγειν.
'Ισ. Διπλᾶ δ' ὁρᾷν.
'Αν. Ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν.
'Ισ. Πέλας δ' ἀδελφῶν αἵδ' ἀδελφεαί.
'Αν. Ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,
Πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
Μέλαινά τ' Ἐρινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.
'Ισ. Ἢε ἠὲ, δυσθέατα πήματ' ἐ-
δείξατ' ἐκ φυγᾶς ἐμοί.

974. λέγειν] Viteb. et Mosq. 1. addit πάρεστιν, quod e glossa fluxit. 975. Ἀχέων τοίων] γόων ποίων Mosq. 2. 976. πέλας—ἀδελφεαί] Ita cum Brunckio scribendum erat, qui versui prorsus ἀμέτρῳ metrum restituit. πέλας αἵδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν Ald. Vict. πέλαδ' αἱ ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν Rob. πέλας δ' αἵδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν Codd. Regg. 977. ἰὼ] ἰὼ ἰὼ Rob. 979. ἐρινὺς] Ita Brunckius rescripsit pro vulg. ἐριννὺς, cf. v. 490. 981. ἐμοὶ abest Rob.

lam v. 964. enuntiatam. Ibi Antigone Polynicem cædis reum, Ismene vero Eteoclem occisum querebatur, nunc vice versa Antigone Polynicem occisum, Ismene Eteoclem cædis reum queritur.

974. Nullus dubito, quin corruptum hic sit διπλᾶ λέγειν et διπλᾶ δ' ὁρᾷν, vereque Æschylus ita potius scripserit:

Antig. ὀλοὰ λέγειν.
Ism. ὀλοὰ δ' ὁρᾷν.

quod et postea bis recurrit v. 988. et 996. Itaque hæ voces sunt tanquam ἐπιμελῳδήματα, cujus generis quædam in bucolicis quoque occurrunt, e. c. Theocrit. Idyll. 1. Galli appellant: *des refreins*. ὀλοὰ etiam cum sequentibus bene cohæret. Antigone enim statim infert: ἀχέων τοίων etc. ὀλοὰ vero h. l. i. q. λυγρὰ, *tristia*, *miserabilia*.

975. τάδε ab Antigone δεικτικῶς pronuntiatur, pro ἡμεῖς. Se nimirum suamque sororem hisce malis propinquam queritur. ἀχέων τοίων ipsum quoque cum respectu ad fratrum cadavera, oculis exposita, dictum.

976. Hic versus glossæ prioris versiculi, quam Ismenes responso similior est; etiam hanc ob causam suspectus, quod in omnibus edd. prorsus ἀμέτρως legitur; nisi quod Brunckius eum suopte ingenio usus ad numeros reduxit. Fortasse alterius Ismenes versiculus excidit, in ejusque locum e scholiis interpretamentum illud immigravit.

977. Tres qui sequuntur versiculos deinceps quoque v. 989. recurrentes, aut Chorum intercinuisse, aut saltem ab ambabus sororibus una voce pronuntiatos fuisse puto. Sensus: *Heu Parca luctifera infelix, tuque veneranda Œdipi umbra, tu denique atra Furia, sane magna vi et potentia polles*. Quoniam hic Œdipi σκιὰ memoratur, certitudini argumentorum, quibus supra usi sumus, ut Œdipum ex Æschyli fictione jam ante filios decessisse doceremus, maximus profecto cumulus accedit.

980, 981. Antigone: *Heu, heu, tristia visu spectacula* (hic Polynices) *inde a fuga*, h. e. ex quo tempore in exilio quasi vixit, *mihi edidit*.

'Αν. Οὐδ' ἵκεθ' ὡς κατέκτανε.
'Ισ. Σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν.
'Αν. 'Απώλεσε δῆτα.
'Ισ. Καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισε.
'Αν. Τάλαν γένος.
'Ισ. Τάλανα παθὸν
Δύστονα κήδε' ὁμώνυμα.
'Αν. Δίυγρα τριπάλτων πημάτων.
'Ισ. 'Ολοὰ λέγειν.

983. σωθεὶς] Stanl. conj. σωθείς. 984. καὶ τὸ τοῦδ'] καὶ τόνδ' Turn. 985. τάλανα παθὸν] Sic Brunck. edidit e cod. Reg. A. τάλανα πάθη Reg. B. τάλαιναι καὶ παθὸν Ald. τάλαινα καὶ παθὸν Rob. Vict. Stanl. ταλανὰ καὶ παθὸν Turn. 986. κήδε'] καὶ κήδε' Turn.

982, 983. Utrumque Ismenæ tribuo. οὐδ' ἵκεθ'—ἀπώλεσεν. *Neque vero* (hic scil. Eteocles) *venit* (i. e. *rediit*) *postquam* illum Polynicem *interfecerat, sed ipse servatus* (h. e. cum prior vicisset, ipse tamen) *vitam perdidit.*

983. Antigone: *Perdidit sane.* Ismene: *et huic quoque suam eripuit.*

985. Antigone: *O miserum genus!* Ismene: *O misera passum.*

986. δύστονα κήδε' ὁμώνυμα. Hunc versum Antigonæ adsigno, cui sequens Ismenes respondeat. δύστονα vulgo derivare solent a δὺς et στόνος; quod ab analogia compositionis recedere videtur, cum, si verum esset, vocabulum potius a δὺς et τόνος deducendum esset; ut εὔτονος, ita δύστονος. Si a στόνος fluxisset, duplex saltem σ desiderarem, sicut δυσσεβὴς, ita δύσστονος. Sed omnino mihi Æschylus h. l. scripsisse videtur δίστονα.

δίστονα κήδε' ὁμώνυμα

sunt ipsi illi fratres, qui sororibus curæ erant, dupliciter gemendi. κήδεα nimirum pro fratribus, quorum cura nondum sorores deseruerat. (Sic supra iidem appellabantur διπλαῖ μέριμναι. v. 851.) ὁμώνυμα, quia ambo dulcissimo *fratum* nomine compellandi erant. δίστονα vero sic diceretur, ut apud Sophocl. Œdip. Col. 1049. δίστολοι ἀδελφαί. Quemadmodum enim hoc significat proprie *geminas sorores, quæ ambæ stolatæ sunt;* sic δίστονα κήδεα sunt *gemini homines carissimi, ambo gemendi.*

987. Sententiam Antigones persequitur Ismene, dicens:

δίυγρα τριπάλτων πημάτων.

Stanleius vertit: *labores ter maximos lacrymis rigandos.* Parum commode, si quid video. Sed offendor etiam vocabulo τριπάλτων. τρίπαλτος dicunt esse i. q. *vehementissimus*; quo jure, nescio. Quid multa? Æschylus mihi quidem dedisse videtur:

δίυγρα δοριπάλτων πημάτων.

e quo pulcherrimus, ut opinor, sensus existit. δορίπαλτος est *hastam vibrans.* Sic δορίπαλτος est *hastam vibrans.* Sic δορίπαλτος χεὶρ apud nostrum Agam. 118. πήματα δορίπαλτα sunt *noxæ* s. *piacula* horum fratrum, quibus, ut hastis se invicem aggrederentur, permoti sunt. Jam ipsi fratres s. eorum corpora dicuntur δίυγρα δοριπάλτων πημάτων, *madentia noxis hastam vibrantibus,* h. e. etiamnum madentia sanguine et cæde, qua alter alterum peremerat. Nostri dicerent: *Sie triefen noch ganz von der schwerdtzückenden Sünde des Bruderhasses.*

'Αν. 'Ολοὰ δ' ὁρᾶν.
'Ιὼ μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,
Πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
Μέλαινά τ' 'Ερινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.
Σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν.
'Ισ. Σὺ δ' οὐδὲν ὕστερον μαθών.
'Αν. 'Επεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν.
'Ισ. Δορός γε τῷδ' ἀντηρέτας.
'Αν. 'Ολοὰ λέγειν.
'Ισ. 'Ολοὰ δ' ὁρᾶν.
'Αν. 'Ιὼ πόνος.
'Ισ. 'Ιὼ ἰὼ κακὰ
Δώμασι, καὶ χθονὶ, πρὸ πάντων δ' ἐμοί.
'Αν. 'Ιὼ ἰὼ, καὶ πρόσω γ' ἐμοί.
'Ισ. 'Ιὼ δυσπότμων κακῶν, ἄναξ

993. ὕστερον] ὕστερος Ald. Rob. 997. ἰὼ πόνος—ἐμοὶ] Sic Ald. Turn. ἰὼ ἰὼ πόνος. ὁ ἐφ' ἡμῖν ἐξημμένος καὶ τῇ χθονὶ πρὸ πάντων δ' ἐμοὶ Rob. ἰὼ πόνος ἐυφ' ἡμῖν. ΙΣΜ. 'Ιὼ ἰὼ κακὰ δ. κ. χ. πρὸ πάντων δ' ἐμοὶ Vict. Stanl. Cum Aldina consentiunt codd. Regg. augmentis, quæ glossæ debentur, abjectis. 999. καὶ πρόσω] καὶ τὸ πρόσω Ald. τὸ πρόσω τ' Rob. καὶ τὸ πρόσω γ' Turn. 1000. ἰὼ] Bis positum Rob. δυσπότμων] δυστάνων Ald. Cod. Reg. B. γρ. δυστόνων πημάτων notatur in cod. δυστήνων Vit.

992. Antigone: *Tu jam* (ὦ Polynices) *hoc intelligis* (quam potens scil. furia sit), *trajiciens* i. e. *huc proficiscens.* διαπερῶν enim de expeditione Polynicis capiendum, non autem, ut Scholiastæ somniant, idem est, quod διαβὰς διὰ τῆς μοίρας.

993. Ismene: *Tu vero* (Eteocles) *idem scis, nihilo serius* (quam ille,) *edoctus.* In Guelf. est ὕστερος μαθών.

994. Antigone: *Posteaquam ad urbem veneras;* hæc arctissimo nexu cum v. 992. copulanda sunt.

σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν,
ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν.

995. Ismene: *cum te illi in duello adversarium præberes.* cf. v. 675. sqq. Hæc verba cum v. 993. cohærent.

998. δώμασι καὶ χθονὶ, πρὸ πάντων δ' ἐμοί. Hæc iterum ab Antigone dicuntur, proxime cum ἰὼ πόνος conjungenda. Respondet Ismene, quæ se benevolentia in fratres ei cessuram negat: ἰὼ ἰὼ, καὶ πρόσω γ' ἐμοὶ, *imo vero præcipue mihi quoque;* scil. πόνος καὶ κακά.

1000. Ante hunc versum excidisse puto duo versiculos ab Antigone recitatos, qui hanc aut similem sententiam continerent: *Heu miserandam calamitatem, ὦ Polynices, frater carissime;* quibus deinde vicissim Ismene hos opponeret:

Ἐτεόκλεις, ἀρχηγέτα.
'Αν. Ἰὼ πάντων πουλυπονώτατοι.
'Ισ. Ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.
'Αν. Ἰὼ ἰώ, ποῦ σφε θήσομεν χθονός;
'Ισ. Ἰώ, ὅπου τιμιώτατον.
'Αν. Ἰὼ ἰώ, πῆμα πατρὶ πάρευνον.

1001. Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα] Hæc absunt Reg. B. 1002. ἰὼ πάντων πουλυπονώτατοι] ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι codd. Regg. Ald. Turn. ἰὼ πολυστονώτατοι πάντων Rob. ἰὼ πολυπονώτατοι πάντων Viteb. ἰὼ πάντων πολυστονώτατοι Vict. Stanl. Aldinam lectionem revocavit Brunck., recte in notis monens, ut metro consulatur, scribendum esse πουλυπονώτατοι. Sic versus erit dactylicus trimeter. Nam ἰὼ fere semper extra versum ponitur. 1003. δαιμονῶντες] δαιμονῶντος Rob. 1005. ἰὼ] ἰὼ bis Rob.

ἰὼ δυσπότμων κακῶν, ἄναξ
Ἐτεόκλεις, ἀρχηγέτα.

heu, rex Eteocles, tristium illorum malorum inceptor! quia primus fratrem expulerat.

1002, 1003. Antigone: *O omnium ærumnosissimi!* Ismene: *O furentes noxa calamitosa.* ἐν ἄτᾳ hic de tristi contentione ac dissidio inter fratres exorto capiendum.

1004, 1005. Antigone: *heu, heu, ubinam loci eos sepeliemus?* Ismene: *heu, loco honorificentissimo.*

1006. Antigone, quoniam nescit, quo alio loco honorificentius, quam in patris sepulcro, condantur fratrum cadavera, statim exclamat, (suppressa hac sententia: *Ergo in patris sepulcro ponemus!*)

ἰὼ πῆμα πατρὶ πάρευνον.

Heu malum juxta patrem accubiturum! πῆμα, sing. pro plurali, de ipsis fratribus dicitur. Iterum ex hoc versu intelligitur, fabulam sic ab Æschylo adornatam esse, ut Œdipum jam ante filios supremum diem obiisse fingeret. Nam πάρευνον quin h. l. ad sepulcrorum viciniam pertineat, nemo sane dubitabit.

Et hactenus quidem Chori sororumque lamentatio. In qua, quia sæpius aliter, ac superiores editores fecere, constituendas putavimus Semichororum et sororum partes, ut lectores facilius, quid hæc opera nostra poëtæ profuerit, intelligere, et an omnino operæ pretium fecerimus judicare possint, age totum illud Chori carmen cum sequente sororum dialogo, a v. 872—1006. eo ordine eaque personarum dispositione, quam nobis placere diximus, receptis etiam emendationibus nostris, una cum versione germanica hic exscribamus;

Ἡμίχορος α'.
ἰώ, δυσαδελφόταται πασῶν, ὁπόσαι
στρόφον ἐσθῆσιν περιβάλλονται,
κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.

Erster Chor.
Unglücklichste der Schwestern, unter allen Mädchen,
Die ihr Gewand mit dem Gürtel umgürten,
Wir weinen, seufzen, und kein erkünstelter Schmerz,
Die wahrste Wehmuth tönt aus unsrer Klage.

ΧΟΡΟΣ. ΑΝΤΙΓΟΝΗ. ΙΣΜΗΝΗ. ΚΗΡΥΞ.

ΚΗΡΥΞ.

ΔΟΚΟΥΝΤΑ καὶ δόξαντ' ἀπαγγέλλειν με χρὴ

1007. δόξαντ'] μέλοντ' reposuit Brunck. e Reg. A. Sed vulgatum in Commentario defendi.

'Ημίχορος β'.
ἰὼ ἰὼ, δύσφρονες
φίλων ἄπιστοι, καὶ κακῶν ἀτρύμονες
πατρῴους δόμους ἑλόν-
τες μέλεοι ξὺν αἰχμᾷ.

α'.
μέλεοι δῆθ', οἳ μελέους θανάτους
εὕροντο δόμων ἐπὶ λύμᾳ.

β'.
ἰὼ ἰὼ δωμάτων
ἐρειψιτοίχους καὶ πικρὰς μοναρχίας
ἰδόντες, ἤδη διήλ-
λαχθε σιδάρῳ,
οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ,
ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε·
κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα κατ-
εύγματα
πότνι' Ἐριννὺς ἐπέκρανε.

α'.
δι' εὐωνύμων τετυμμένοι ....

β'.
τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων.

α'.
αἶ, αἶ, δαιμόνιοι.

β'.
αἶ, αἶ δ' ἀντιφόνων
θανάτων ἀραί.

α'.
δόμοισι καὶ σώμασι
πεπλαγμένους ἐννέπω.

Zweiter Chor.
Weh euch! Sinnlose Brüder,
De ihr den Freund nicht hörtet, die kein Unglück beugte,
Weh euch, Unglückliche, dass ihr
Des Vaters Erbe mit dem Schwerdte theiltet!

Erster Chor.
Ja wol unglückliche, die solch unglücklichen Tod
Zu ihres Hauses Umsturz fanden.

Zweiter Chor.
O weh! die ihr nach des Erblands
Leidiger Alleinherrschaft strebtet,
Um die schon manche Mauern, manche Häuser stürzten,
Nun hat euch das Schwerdt auseinander gesetzt!
Nicht freundlicher Handschlag,
Nur Brudermord konnt' euch vergleichen!
Ach allzuwahr hat die erhabne Erinnys
Des Vatens Verwünschung erfüllt.

Erster Chor.
Durchs Herz drang beiden der Stahl!

Zweiter Chor.
Ja wol; und drang aus Brudershand
Ins brüderliche Herz.

Erster Chor.
Weh, weh, unglückliches Bruderpaar!

Zweiter Chor.
Weh, weh, des gegenseitigen Mord
Heischenden Vaterfluchs!

Erster Chor.
Ach beiden raubt ein Stoss der Lanze
Zugleich ihr Erbgut, und ihr Leben.

Δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως·

β'.
διανταίαν λέγεις πλαγάν.
α'.
ἀναυδάτῳ μένει.
β'.
ἀραίᾳ τ' ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.
α'.
διήκει δὲ καὶ πόλιν
στόνος, στένουσι πύργοι.
β'.
στένει πέδον φίλανδρον
α'.
μενεῖ κτέανά τ' ἐπιγόνοις,
δι' ὧν αἰνομόροις,
δι' ὧν νεῖκος ἔβα,
καὶ θανάτου τέλος.
β'.
ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι
κτήμαθ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν
διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφία φίλοις
οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.
α'.
σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ' ἔχουσι
β'.
σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι ....
α'.
τάχ' ἄν τις εἴποι, τίνες;
β'.
τάφων πατρῴων λάχαι.
α'.
δ ε ι ν ὰ ν μάλ' ἀχὼ ἐπ' α ὐ τ ο ῖ ς
προπέμπει δαϊκτὴρ γόος,
αὐτόστονος, αὐτοπήμων,
δαΐφρων, οὐ φιλογαθής,
δακρυχέων ἐκ φρενὸς, ἅ,

Zweiter Chor.
O welch ein tiefverwundender Stoss!
Erster Chor.
So weit hats ihre tolle Wuth gebracht!
Zweiter Chor.
Und ihr durch ihres Vaters Fluch erbetner
U n g l ü c k l i c h e r v e r h a s s t e r Zwist!
Erster Chor.
Nun läuft ein Seufzer durch die ganze Stadt,
Es seufzen unsrer Mauern Thürme.
Zweiter Chor.
Es seufzt das ganze diesen Prinzen holde Land.
Erster Chor.
Nun bleibt ihr Erbgut fremden Erben,
Um das die Unglücklichen sich zuerst entzweiten,
Und nun zuletzt sich mordeten.
Zweiter Chor.
So theilten die Wüthenden dann ihr Erbe,
Dass einer so viel als der andre bekam!
Gleich tadelnswerth und traurig war für ihre Freunde
Der Mittler, der ihre Theilung entschied.
Erster Chor.
Nun liegen sie da, durchs Schwerdt gefallen.
Zweiter Chor.
Nun erwartet sie, durchs Schwerdt errungen ....
Erster Chor.
So sagt doch, Freunde, was?
Zweiter Chor.
Ihr Platz im v ä t e r l i c h e n Grabe.
Erster Chor.
Nun folget ihnen mit lautem Geschrei
Die herzverwundende K l a g e nach,
Von eignem Jammer, eignem Leid erpresst,
Am Leben nagend, keiner Freude hold;
Und Thränenquellen öffnend tief in unserm Herzen,

Ἐτεοκλέα μὲν τόνδ' ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς

1009. εὐνοίᾳ] εὐναίᾳ Ald.

κλαιομένας μου, μινύθει,	Das uns, indem wir um die beiden Fürsten
τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.	Weinen, dahin vor Kummer schwindet.
β'.	*Zweiter Chor.*
πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν	Und leider haben doch, wir müssens sagen,
ὡς ἐρξάτην	Die Unglückskinder manches Ungemach
πολλὰ μὲν πολίτας,	Auf dieser Stadt Bewohner
ξένων δὲ πάντων στίχας	Und auf die fremden Völker gebracht,
πολυφθόρους ἐν δαΐδι.	von denen so viele das Schwerdt frass!
α'.	*Erster Chor.*
δυσδαίμων σφὶν ἁ τεκοῦσα	Ach unglückbelastete Mutter
πρὸ πασᾶν γυναικῶν,	Vor allen Wiebern,
ὁπόσαι τεκνογόνοι κέκληνται.	Die jemals Kinder gebahren!
παῖδα τὸν αὑτᾶς πόσιν αὑτᾷ θεμένα	Sie, die mit ihrem eignen Sohne sich vermählte
τούσδ' ἔτεχ', οἱ δ' ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλ-	Und dann die Söhne gebahr, die nun einander selbst
λαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν.	Mit Bruderhänden ermordeten.
β'.	*Zweiter Chor.*
ὁμόσποροι δὴ καὶ πανώλεθροι	Ja Brüder freylich, und Verderber waren sie,
διατομαῖς οὐ φίλαις	Unfreundlich ihr Vergleich,
ἔριδι μαινομένᾳ	Wüthend ihr Zank,
νείκεος ἐν τελευτᾷ.	Und ihrer Zwietracht Ende der Tod!
α'.	*Erster Chor.*
πέπαυται δ' ἔχθος·	Ausgesöhnt ist nun ihr Hass,
ἐν δὲ γαίᾳ ζωὰ	Und in der blutbesprengten Erd' ist
φονορρύτῳ μέμικται.	Beider Leben in eins geflossen.
β'.	*Zweiter Chor.*
κάρτα δ' εἰσ' ὅμαιμοι.	Ach allzunahe Blutsverwandte!
α'.	*Erster Chor.*
πικρὸς λυτὴρ νεικέων ὁ πόντιος	Ein leidiger Schiedsrichter ist der scythische Fremdling,
ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς	Der aus dem Feuer hervorgegangne
θηκτὸς σίδαρος·	Geschärste Stahl.
β'.	*Zweiter Chor.*
πικρὸς δὲ χρημάτων κακὸς	Ein leidiger Erbtheiler ist
δατητὰς Ἄρης, ἀρὰν	Der böse Mars,
πατρὸς τιθεὶς ἀληθῆ.	Der nun des Vaters Fluch erfüllte.
α'.	*Erster Chor.*
ἔχουσι μοῖραν λαχόντες,	Nun haben sie jeder sein Theil,
ὦ μέλεοι, διοσδότων ἀχέων·	Unglückliche, der gottgesandten Trübsal!

Θάπτειν ἔδοξε γῆς φίλαις κατασκαφαῖς·

β'.
ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
πλοῦτος ἄβυσσος ἔσται.
Ἀντιγόνη.
ἰὼ πολλοῖς ἐπανθίσαν-
τες πόνοισί γε δόμοι·
τελευτᾷ δ' αἵδ' ἐπηλάλαξαν
Ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον,
τετραμμένου παντρόπῳ
φυγᾷ γένους.
Ἰσμήνη.
ἕστακε δ' Ἄτας
τρόπαιον ἐν πύλαις,
ἐν αἷς ἐθείνοντο, καὶ δυοῖν κρατήσας
ἔληξ' ὁ δαίμων.
Ἀντιγόνη.
παισθεὶς ἔπαισας.
Ἰσμήνη.
σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.
Ἀντιγόνη.
δορὶ δ' ἔκτανες.
Ἰσμήνη.
δορὶ δ' ἔθανες.
Ἀντιγόνη.
μελεόπονος.
Ἰσμήνη.
μελεοπαθής.
Ἀντιγόνη.
ἴτω γόος.
Ἰσμήνη.
ἴτω δάκρυα.
Ἀντιγόνη.
• • • • •
Ἰσμήνη.
πρόσκειται χ' ὁ κατακτάς.
Ἀντιγόνη.
ἠὲ, ἠὲ, μαίνεται γόοισι φρήν.
Ἰσμήνη.
ἐντὸς δὲ καρδία στένει.
Ἀντιγόνη.
ἰὼ, ἰὼ, πολυδάκρυτε σύ.

Zweiter Chor.
Und unter ihrem Leichham wird für beide Land's genug,
Unermesslich an Tiefe seyn.
Antigone.
O Haus des Lajus, wie so fruchtbar warst du
An immer neu aufsprossender Trübsal!
Zuletzt hat Œdipus Verwünschung
Das hohe Schlachtgeschrey erhoben;
Nun ist aufs Haupt geschlagen
Sein ganzes Geschlecht.
Ismene.
Nun hat sein böser Genius
Mit der Niederlage zweier Brüder
Geendigt, und im Thore, wo sie fielen,
Des Verderbens Siegspanier errichtet.
Antigone (zum Leichnam des Polynices.)
Du warst getroffen und trafst.
Ismene (zum Leichnam des Eteocles).
Du hattest getödtet und starbst.
Antigone (zum Polynices.)
Ihn durchbohrte deine Lanze.
Ismene (zum Eteocles.)
Und du starbst von seiner Lanze.
Antigone.
Unglückliche That!
Ismene.
Unglücklicher Fall!
Antigone.
Fliesst ihr Klagen!
Ismene.
Fliesst ihr Thränen!
Antigone (zum Polynices.)
Da liegt nun der Ermordete!
Ismene (zum Eteocles.)
Und da sein Mörder neben ihm.
Antigone.
O weh! mir raset der Kopf vor Schmerz.
Ismene.
Und das Herz im Busen seufzt.
Antigone.
Wehe, wehe, Thränenwerther!

Στυγῶν γὰρ ἐχθροὺς, θάνατον εἷλετ' ἐν πόλει·

1011. στυγῶν] εἴργων Rob. Receptæ lectioni favent Vit. Ald. etc.

Ἰσμήνη.	*Ismene.*
σὺ δ' αὖτε καὶ πανάθλιε.	Und auch du Beklagenswerther!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
πρὸς φίλου γ' ἔφθισο.	Ach du starbst von Freundes Hand!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
καὶ φίλον ἔκτανες.	Und du tödtetest den Freund!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ὀλοὰ λέγειν.	Schrecklicher Gedanke!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.	Schrecklicher Anblick!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν.	Hier stehn wir nun beim Schauspiel des Elends!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
πέλας δ' ἀδελφῶν αἵδ' ἀδελφεαί.	Hier stehn die Schwestern neben den Brüdern!
Χορός.	*Chor.*
ἰὼ, Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,	O Moëra, du quaalenspendende Verderberin,
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,	Und du furchtbarer Schatten des Œdipus,
μέλαινά τ' Ἐρινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.	Und du, o schwarze Erinnys, gross ist deinde Macht!
Ἀντιγόνη.	*Antigone (zum Polynices.)*
ἠὲ, ἠὲ, δυσθέατα πήματ' ἐ- δείξατ' ἐκ φυγᾶς ἐμοί.	O weh, was für ein grosses Schauspiel Hat er mir, seit er floh, gegeben.
Ἰσμήνη.	*Ismene (zum Eteocles.)*
οὐδ' ἵκεθ' ὡς κατέκτανε,	Auch Er kam nach dem Morde nicht zurück,
σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν.	Sein war der Sieg, und doch büsst' er das Leben ein.
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἀπώλεσε δῆτα.	Sein Leben büsst' er ein.
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισε.	Und nahm's dem Bruder, ach!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
τάλαν γένος.	Unglückliches Geschlecht!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
τάλαινα παθόν.	Unglückliche Geschichte!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
δίστονα κήδε' ὁμώνυμα.	O zwiefach beseufztes Brüderpaar!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
δίυγρα δοριπάλτων πημάτων.	Noch triefend vom Greuel des Zweykampfs!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ὀλοὰ λέγειν.	Schrecklicher Gedanke!

Ἱερῶν πατρῴων δ' ὅσιος ὢν μομφῆς ἄτερ

Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.	Schrecklicher Anblick
Χορός.	*Chor.*
ἰὼ, Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,	O Moëra, du quaalenspendende Verderberin,
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,	Und du furchtbarer Schattan des Œdipus,
μέλαινά τ' Ἐρινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.	Und du o schwarze Erinnys, gross ist deine Macht!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν . . .	Das hat dein Feldzug dich gelehrt, . . .
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
σὺ δ' οὐδὲν ὕστερον μαθών	Und du hasts zu gleicher Zeit gelernt, . . .
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν.	Da du vor unsre Mauern rücktest!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
δορός γε τῷδ' ἀντηρέτας.	Da du dich ihm entgegenstelltest.
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ὀλοὰ λέγειν.	Schrecklicher Gedanke!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.	Schrecklicher Anblick!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἰὼ πόνος . . .	O Drangsal . . .
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ἰὼ κακά.	O Leiden!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
δώμασι, καὶ χθονὶ, πρὸ πάντων δ' ἐμοί.	Das unser Haus und Land, und mich vor allen trifft!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ἰὼ, ἰὼ, καὶ πρόσω γ' ἐμοί.	O weh! und mich nicht mind trifft.
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
* * * *	O Polynices, der du dir dein Recht
* * * *	Zu erkämpfen kamst, und drüber selbst erlagst.
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ἰὼ δυσπότμων κακῶν, ἄναξ	O Fürst Eteocles, der du
Ἐτεόκλεις, ἀρχηγέτα.	Zuerst dis Unglück stiftetest!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι.	Unglücklichste der Sterblichen!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.	Ihr, die das Schicksal rasen machte!
Ἀντιγόνη.	*Antigone.*
ἰὼ ἰὼ, ποῦ σφε θήσομεν χθονός;	O weh, wo werden wir sie nun begraben!
Ἰσμήνη.	*Ismene.*
ἰὼ, ὅπου τιμιώτατον.	Ach, an der ehrenvollsten Stäte!

Τέθνηκεν, οὗπερ τοῖς νέοις θνήσκειν καλόν.
Οὕτω μὲν ἀμφὶ τοῦδ' ἐπέσταλται λέγειν.
Τούτου δ' ἀδελφὸν τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν
Ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσὶν,
Ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείας χθονὸς,
Εἰ μὴ θεῶν τις ἐμποδὼν ἔστη δορὶ
Τῷ τοῦδ'. ἄγος δὲ καὶ θανὼν κεκτήσεται
Θεῶν πατρῴων, οὓς ἀτιμάσας ὅδε,

1017. *Καδμείας*] *Καδμείων* Ald. Rob. Vict. *Καδμείας* Brunck. dedit e Reg. A.
1019. *ἄγος*] *ἄτος* Mosq. 1. et supra schol. *ὄνειδος*.

Ἀντιγόνη.
ἰὼ ἰὼ πῆμα πατρὶ πάρευνον.

Antigone.
So wird dann neben dem Vater sein Herzleid schlafen!

IN SCENAM XII.

v. 1007—1055.

Venit præco a Senatu missus, ejusque auctoritate Eteoclem honesto funere sepeliri, Polynicem vero ut patriæ hostem insepultum abjici jubet. Cui Antigone fortiter repugnat, seque vel invito senatu fratrem sepulturam esse denuntiat.

1007. *δοκοῦντα* sunt ea quæ facienda esse censuit senatus, *δόξαντα*, quæ decrevit; *(das Gutachten und den Schluss)* *δήμου τ. K. π. πρόβουλοι*, Thebanorum senatus.

1009. *Ἐτεοκλέα—τόνδ'*. T ό ν δ ε sic pronuntiatur, ut digito simul Eteoclis cadaver monstraret præco. *ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς*, *propter ejus in* partiam *terram* fidem ac *benevolentiam*. *γῆς φίλαι κατασκαφαὶ*, *humatio* mortuis *exoptabilis*. Quam miserum autem veterum opinione fuerit, sepultura carere, quamquam atrox iis visum sit justa humatione prohiberi, neminem fugit.

1011. *στυγῶν* cum emphasi, *hostes exosus*, *sævus in hostes*, i. e. fortiter eos oppugnans.

1012. sq. *ἱερῶν—καλόν*. *Patriis vero sacris pietatem præstans honesta morte occubuit, sicut juvenes occumbere decorum est.*

1015. *τόνδε. Π. νεκρόν*. Iterum *δεικτικῶς* pronuntiatur.

1016. *ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν*. Solennis in hac re loquendi formula erat, inhumata corpora volucribus et feris relinqui; jam ex Homero nota. "Varie hoc efferunt reliqui tragici. Soph. Antig. v. 211. *ἐᾷν ἄθαπτον, καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας, καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστόν*. Eurip. Phœn. 1624. *ἐκβάλλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός*. v. 1628. *ἐᾷν ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν*. Sophocl. rursus in Antigone v. 29. *ἐᾷν ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς*. Unde videtur mutuatus Euripides in Suppl. v. 282. *μὴ ἀτάφους χάρματα θηρῶν παῖδας κατίδῃς*." Abresch.

1017. sqq. *ὡς ὄντ'—τοῦδ'*. *Ut qui urbem agrumque Thebanum vastasset, nisi deorum aliquis ejus armis obstitisset.*

v. 1019. *ἄγος—κεκτήσεται θεῶν πατρῴων*. *Et post mortem etiam inexpiabili patriorum deorum religione constrictus tenebitur.*

Στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβαλὼν, ἥρει πόλιν.
Οὕτω πετεινῶν τόνδ' ὑπ' οἰωνῶν δοκεῖ
Ταφέντ' ἀτίμως, τοὐπιτίμιον λαβεῖν·
Καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα,
Μήτ' ὀξυμόλποις προσσέβειν οἰμώγμασιν,
Εἶναι δ' ἄτιμον ἐκφορᾶς φίλων ὕπο.
Τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει.
Ἀν. Ἐγὼ δὲ Καδμείων γε προστάταις λέγω,
Ἢν μή τις ἄλλος τόνδε συνθάπτειν θέλῃ,
Ἐγώ σφε θάψω, κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ,
Θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, οὐδ' αἰσχύνομαι

1021. ἥρει πόλιν] ἠρόπολιν mendose Ald. 1026. εἶναι δ' ἄτιμον] ἄτιμον δ' εἶναι invito metro Ald. Turn. ἄτιμον εἶναι δ' Rob. Vict. etc. Concinniori ordine Brunckius voces transposuit. 1028. γε abest Ald. Rob. 1029. ἢν μὴ] εἰ μὴ Ald. 1030. κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ] κἂν ἀκίνδυνον λάβω Mosq. 1. κἂν ἀκίνδυνον βάλλω Mosq. 2. κανὰ ἀκίνδυνον βάλω Ald. cum vitio typogr. κἂν εἰς κ. βαλῶ Rob. Receptam lectionem præferunt Turn. Vict. etc. 1031. τὸν ἐμὸν οὐδ' αἰσχύνομαι] τὸν ἐμὸν δ' οὐκ αἰσχύνομαι Rob.

1021. ἥρει πόλιν. Non *cepit urbem*, sed *capturus fuit.*

1022. sqq. οὕτω—λαβεῖν. *Ita senatus censet, dignum eum esse, qui inhoneste a volucribus sepultus, pœnam facinoris luat.*

1024. καὶ—χειρώματα. *Et sequi eum vetat libationum in tumulo effundendarum officium.* cf. Choëph. v. 85. et Pers. 608. sqq.

1025. ὀξυμόλποις προσσέβειν οἰμώγμασιν, *funebri lesso alta voce edito honorare.*

1026. εἶναι—ὕπο. *Eumque honore funeris ab amicis elati privandum esse.*

1030. sqq. ἐγώ σφε θάψω, κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ, θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμόν. *Ego eum ipsa sepeliam et sepulto fratre meo periculum subibo.* " Eadem Antigone apud Sophocl. in cognomini fabula v. 71. κεῖνον δ' ἐγὼ θάψω, καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν. et in Eurip. Phœniss. v. 1734. ἐν εἴ με καὶ θανεῖν χρεὼν σκοτίᾳ γῇ καλύψω. Deinde ut hic et infra v. 1071. συνθάπτειν, sic Soph. in Ajac. v. 1398. τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω καὶ συμπονεῖν.—In nostri verbis mirifice divexarunt criticos illa κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ. Obfuit scilicet, quod jam aliquoties obstitisse vidimus, præpositio a suo verbo, interposito κίνδυνον, sejuncta, cui si præposueris habebis ἀναβαλῶ κίνδυνον, sensu aperto, pro ἀναῤῥίψω κίνδυνον, *periculum adibo*; de qua phrasi vide H. Steph. in Thes. L. Gr. Quod idem dicit in V. L. afferri sine exemplo, ῥίπτειν κίνδυνον, sensu eodem habes in Eurip. Ion. v. 23. ubi κίνδυνον μέγαν ῥίπτειν." *Abresch.* cf. lex. Æschyl. in v. ἀναβάλλειν.

1031. sq. οὐδ' αἰσχύνομαι ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει. *Neque me pudet in hac re civitati* ejusque magistratui *non obtemperare.* " Variis in locis hæc videtur imitatus Sophocles. vid. Ajac. v. 1131. 1162. 1346. et sequentes. ναυτικὴν ἀναρχίαν dixit Eurip. in Hec. v. 607." *Abresch.*

Ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει.
Δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν,
Μητρὸς ταλαίνης, κἀπὸ δυστήνου πατρός.
Τοιγὰρ θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῶν
Ψυχὴ, θανόντι ζῶσα, συγγόνῳ φρενί.
Τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες
Λύκοι σπάσονται· μὴ δοκησάτω τινί.
Τάφον γὰρ αὐτὴ καὶ κατασκαφὰς ἐγὼ,
Γυνή περ οὖσα, τῷδε μηχανήσομαι,
Κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος,
Κ' αὐτὴ καλύψω· μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν·

1033. δεινὸν] γὰρ addit Rob. 1037. κοιλογάστορες] κοιλογάστερες Viteb. 1038. σπάσονται] Ita codd. Regg. Vit. Mosq. 1. 2. vulg. πάσονται. 1039. αὐτὴ] Recepi emendationem Piersoni, Verisimilium i. 3. p. 41. ut referatur ad sequens κ' αὐτή. Veritatem lectionis asserui in Comm. ad h. l. Vulgo legebatur in omnibus αὐτῷ. 1040. οὖσα perperam omissum Rob. 1042. μηδέ τῳ δόξῃ]

1033. sq. δεινὸν—πατρός. *Magnam vim habet communis ille sanguis, e quo nati sumus, a matre misera et infelici patre.* In v. 1034. ordo verborum hic est: ἀπὸ μητρὸς ταλαίνης καὶ δυστήνου πατρός.

1035. Jam ipsa generosam animam alloquitur Antigone; *Quocirca lubens, ó anima, cum invito, viva cum mortuo, eadem mala participa, in eoque benevolentiam, quæ fraternam necessitudinem decet, demonstra.* θέλουσ' ἄκοντι, scil. Polynici. Oppositionis autem hæc vis est. Mortis periculo se lubens offert Antigone, quam invitus Polynices pertulerat.

1037. sq. τούτου—τινί. *Hujus autem corpus nequaquam avidi lupi discerpent; ne mihi hoc fieri quisquam censeat.* "σπάσονται præferendum, ut illo altero, πάσονται, lupis accommodatius. Soph. Antig. v. 264. σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς, οὔτε του κυνῶν ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο. Et de eodem Polynice v. 1212. κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους. v. 1093. σπαράγματα κυνῶν. adde Eurip. Bacch. v. 339. Hec. v. 1126. Longum iii. p. 89. Parthen. Erot. c. 10. et sic alii complures." *Abresch.*

μὴ δοκησάτω τινί. τινὶ cum respectu ad Senatum et præconem, qui SCtum retulerat.

1039. sqq. τάφον γὰρ αὐτὴ—τῷδε μηχανήσομαι—κ' αὐτὴ καλύψω. *Ego enim ipsa, et sola,* quamvis *mulier sim, sepulcrum huic* (fratri meo) et humationem parabo, *efferens* eum *in sinu byssinæ vestis, egoque ipsa eum* humo *tegam.* Sic, recepta lectione, quam Piersonus conjectura indagavit, αὐτὴ pro αὐτῷ, et τῷδε ad Polynicem relato, h. l. interpretamur. Alia vero ratio Brunckio placuit, qui αὐτῷ servatum ad Polynicem, τῷδε vero ad κόλπῳ referendum censet. κατασκαφαὶ i. q. v. 1010. γῆς φίλας κατασκαφαὶ terra super cadavere sepulto congesta.

1042. μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν. *Neve quis contra sentiat, neve quis contraria decernat.* τῳ i. q. τινί v. 1038. Quamquam eadem sententia jam v. 1088. occurrit,

Θάρσει, παρέσται μηχανὴ δραστήριος.
Κή. Αὐδῶ πόλιν σε μὴ βιάζεσθαι τόδε.
'Αν. Αὐδῶ σε μὴ περισσὰ κηρύσσειν ἐμοί.
Κή. Τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά.
'Αν. Τράχυν', ἄθαπτος οὗτος οὐ γενήσεται.
Κή. 'Αλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ τιμήσεις τάφῳ;

μηδέ τοι δέξῃ vitiose pro μηδέ τῇ δέξῃ Ald. Rob. μὴ δέ τῃ δέξῃ Turn. μηδέ σε' δέξῃ πάλιν e conjectura reposuit Brunck. Sed vide Comm. ad h. l. 1047. τράχυν'] τραχύνεσθ Ald. τραχὺς Rob. τράχυν' Turn. etc.

repetitione tamen ejus, præsertim aliis verbis enuntiatæ, nolim quemquam offendi, ut quæ fervidum et constantem virginis animum optime deceat. Neque vero, cur ineptam Brunckius hanc versionem judicaverat, *neve quis contra sentiat*, conjectura assequor. Sicut enim παλινστομεῖν est *contraria loqui*, quidni eadem ratione πάλιν δοκεῖν significet *contraria sentire s. decernere?* cf. lexic. Æschyl. in Πάλιν.

1043. θάρσει, παρέσται μηχανὴ δραστήριος. *Confide, aderit efficax sollertia*, h. e. *credere mihi, non deerit mihi, præco, consilium exsequendi, via et ratio.* Germ. *Verlass dich drauf, es wird mir nicht an Mitteln fehlen meinen Vorsatz auszuführen.* Burgessius θάρσει non imperativum, sed dativum a subst. θάρσος esse statuit, hoc sensu: *Vel ipsa per me sepeliam, ne contra ea sentias. Fiduciæ aderit efficax sollertia;* quod h. l. tamen nimis exquisitum videtur: ne dicam perquam incommode eum legendum censere πάλιν τῷ, *contra ea.* Brunckius, versibus ita constitutis:

μηδέ σοι δέξῃ πάλιν·
θάρσει, παρέσται μηχανὴ δραστήριος,

iterum Antigonen animum suum alloqui putat; hoc verborum sensu: *ne consilium mutes, ô anime, confide, non deerit negotium perficiendi opportunitas.* Quam quidem emendationem ut ingeniosam esse fateor, ita vulgata lectione ejusque, quam dedimus, interpretatione meliorem apti oremque esse, non concedo. Gallus interpres in θάρσει apostrophen ad Polynicem quæsivit, ita vertendo: *Oui, mon frere, je te le promets, tu recevras les derniers devoirs.*

1044. αὐδῶ—τόδε. *Edico tibi, ne his urbem violes, urbi adverseris.* "Sic Sophocl. Antig. 674. νόμους βιάζεται, et v. 66. βιάζομαι τάδε." *Abresch.*

1045. αὐδῶ—ἐμοί. *Edico, ne mihi superflua prædices.* Nobilis Antigonæ contumacia repetito verbo αὐδῶ pulcre declaratur.

1046. τραχύς γε—κακά. *At enim vero asper solet esse populus, qui infortunium effugerit.*

1047. τράχυν', ἄθαπτος—γενήσεται. *Quantum voles, exaggera ejus asperitatem; non tamen ideo insepultus hic jacebat.* τράχυνε recte cepisse nobis videtur Schol. α'. sic exponens: λέγε πολλάκις ὅτι τραχὺς ἐστιν ὁ δῆμος. Popularibus meis facile succurret Lessingianum illud in comœdia *Minna von Barnhelm;* ubi famulus hero vitia ejus crepanti respondet: "*Machen Sie mich so schlimm, als Sie wollen.* Sic h. l. τράχυνε optime vertas: *Mache du das Volk so rauh und barsch, als du willst.* Hoc certe venustius arbitror, quam si cum Stanleio vertas: *exaspera et tu!*

1048. Postquam præco dixerat: *Num vero tu eum, quem civitas odit, sepulcro honorabis?* respondet Antigone: *Nondum ejus res inhonoratæ fuerunt apud deos;*

'Αν. Ἤδη τὰ τοῦδ' οὐκ ἠτετίμηται θεοῖς.
Κή. Οὔ, πρίν γε χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν.
'Αν. Παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο.
Κή. 'Αλλ' εἰς ἅπαντας ἀνθ' ἑνὸς τόδ' ἔργον ἦν.
'Αν. Ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν.
Ἐγὼ δὲ θάψω τόνδε· μὴ μακρηγόρει.
Κή. 'Αλλ' αὐτόβουλος ἴσθ'· ἀπεννέπω δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ. ΙΣΜΗΝΗ.

'Ημ. ΦΕΥ φεῦ.

1049. οὐκ ἠτετίμηται] οὐ διατετίμηται Ald. Rob. Turn. Vict. etc. οὐ τετίμηται Vit. Nos præeunte Brunckio textum e Grotii emendatione constituimus; nisi quod pro οὐδ' ἠτετίμηται Heathio auctore scripsimus οὐκ ἠτ. quod melius ad sensum. 1053. περαίνει] περαίνοι Ald. 1054. θάψω] θάψων vitiose Ald. 1055. ἴσθ'] ἦσθ' Rob.

h. e. *adhuc Polynices apud ipsos deos in honore fuit, ut me ipsam quoque eum honorare non mirum sit.* v. 1049. pro διατετίμηται, quod etiam in Guelf. legitur, optime Grotius restituit ἠτετίμηται, cui quidem correctioni etiam Schol. α'. favet. (In ed. Burton. affertur illa Casauboni emendatio:

Ἦ δή· τὰ τοῦδ' οὐ διατετίμηται θεοῖς;

Sed Grotii ratio præferenda.) Sed Grotius scribendum censebat:

ἤδη τὰ τοῦδ' οὐδ' ἠτετίμηται θεοῖς,

quod hunc sensum præbet: *adhuc ne apud deos quidem honore suo Polynices caruit*; ut non opus fuerit Heathium οὐκ ἠτετίμηται reponere, meque eum secutum esse pœniteat.

1050. οὔ,—βαλεῖν. *Non sane* honore a diis caruit, *priusquam nimirum hanc civitatem periculo objiceret.* Recte vero Heathius, hæc ad splendidam illam Polynicis fortunam, quam exul apud Adrastum, filia hujus in matrimonium ducta, consecutus erat, retulit.

1051. παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο. *Mala* a fratre *passus, mala retribuit*; injuriam fatris injuria compensavit.

1052. ἀλλ'—ἦν. *At hoc ejus facinus*, belli scil. illati, *cum ad unum* tantum, qui eum læserat, Eteoclem *pertinere* deberet, *ad omnes pertinuit.* Quid enim commeriti erant Thebani, ut una cum Eteocles illos quoque ulcisceretur?

1053. Abrumpit sermonem Antigone, nolens amplius cum præcone altercari: *Omnium dearum Contentio s.* Ἔρις *postrema sermonem finit*; h. e. *altercationis haud facile est finem atque exitum reperire. Ego vero huic sepeliam; apage prolixam disputationem.*

1055. ἀλλ'—ἐγώ. *At scito te hoc tuopte consilio facere, ego vero veto ac prohibeo.*

IN SCENAM ULTIMAM.

v. 1056—1081.

Postquam nuntius ad senatum, Antigone vero domum ad paranda funeri necessaria abiit, solus cum Ismene chorus relinquitur.

1056. sqq. φεῦ—οὗτοι. *Heu, heu, ô superbe exsultantes et generi exitiosæ fatales Furiæ, quæ funditus hunc in modum*

Ὦ μεγάλαυχοι καὶ φθερσιγενεῖς
Κῆρες Ἐρινύες, αἵτ' Οἰδιπόδα
Γένος ὠλέσατε πρυμνόθεν οὕτως.
Ισ. Τί πάθω; τί δὲ δρῶ; τί δὲ μήσωμαι;
Πῶς τολμήσω μήτε σὲ κλάειν,
Μήτε προπέμπειν ἐπὶ τύμβον;
Ἀλλὰ φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι
Δεῖμα πολιτῶν.
Ημ. Σύ γε μὴν πολλῶν πενθητήρων
Τεύξῃ· κεῖνος δ' ὁ τάλας ἄγοος
Μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον ἀδελφῆς

1057. φθερσιγενεῖς] θαρσιγενεῖς Rob. 1061. μήτε] μήποτε Ald. Turn. μὴ Rob. κλάειν] Sic Rob. et Brunck. e cod. Reg. A. 1062. ἐπὶ τύμβον] ἐπὶ τύμβῳ Ald. Turn. ἐπὶ τύμβων Rob. ἐπὶ τύμβον e cod. Reg. A. dedit Brunck. Idem legitur in Mosq. 2. 1067. μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον] μονοκλαυτὸν θρῆνον ἔχων Rob.

exstirpastis Œdipi genus, omni scil. prole mascula exstincta.

1060 — 1064. τί πάθω;—πολιτῶν. "Hanc ῥῆσιν ambo codd. Regg., editiones Aldi et Turnebi, Ismenæ tribuunt, quod recte factum ipsa demonstrat sententia. Statim recitato v. 1054. e scena discedit Antigone, minime consilii dubia, nec ulla re a sepelienda fratris proposito deterrita, cui neutiquam isti versus convenire possunt. Quis illis primus Antigones personam præfixerit, ignoro; sed commentum sane dignum erat, quod calculo suo Pauwius comprobaret. Eos Heathius non absurde Semichoro tribuere videtur. Sed aptior est Ismenæ persona."

Hactenus Brunckius V. D., cui de Antigone prorsus assentior; idem vero an non potius Semichoro hi versiculi tribuendi sint, dubitandum censeo. Nimirum utramque sororem Polynicis funus comitari voluisse, non est credibile propterea quod Eteoclis funus sororis comitatu prorsus caruisset, quod certe fieri non debebat. Itaque cum et supra Antigones querelæ ad Polynicem, Ismenes autem ad Eteoclem pertinerent; Chorus sibi persuasisse videtur, Eteoclis funus Ismenen cum ceteris civibus, Polynicis vero solam Antigonen prosecuturam. Adeoque sive Ismene cum Antigone discesserit, quod mihi quidem verisimilius est, sive cum Choro in scena permanserit, hoc tamen colloquium, nihil interpellante Ismene, inter unum alterumque Semichorum agi videtur, ut sensus horum verborum hic sit: *Quid agemus? quid faciemus? quid moliemur? Quo modo enim sustinebimus,* ὁ Polynices, *te nec deflere, nec ad sepulcrum comitari. At at, timemus* scilicet, *terribilesque civium minas refugimus.*

1065. Respondet alter Semichorus: *Tu quidem,* ὁ Eteocles, *multos qui te lugeant habebis; ille autem infelix absque luctu, sola unius sororis lamentatione honoratus abit;* scil. in Orcum. *Quis igitur his acquiescet?*

Εἴσιν. τίς ἂν οὖν ταῦτα πίθοιτο;
Ἡμ. Δράτω τε πόλις καὶ μὴ δράτω
Τοὺς κλαίοντας Πολυνείκην.
Ἡμεῖς μὲν ἴμεν, καὶ ξυνθάψομεν
Αἵδε προπομποί. καὶ γὰρ γενεᾷ
Κοινὸν τόδ᾽ ἄχος καὶ πόλις ἄλλως
Ἄλλοτ᾽ ἐπαινεῖ τὰ δίκαια.
Ἡμ. Ἡμεῖς δ᾽ ἅμα τῷδ᾽, ὥσπερ τε πόλις
Καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.
Μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ἰσχὺν,
Ὅδε Καδμείων ἤρυξε πόλιν
Μὴ ᾽νατραπῆναι, μηδ᾽ ἀλλοδαπῶν
Κύματι φωτῶν
Κατακλυσθῆναι ταμάλιστα.

1068. τίς—πίθοιτο] τίς οὖν ταῦτα πείθοιτο Ald. Rob. Vict. τίς ἂν οὖν τὰ πίθοιτο Turn. Receptam lectionem Brunckiūs dedit e Regg. 1069. δράτω τε πόλις] δράτω πόλις Ald. Turn. δράτω δὲ πόλις Turn. τε post δράτω inserendum esse vidit Canter. 1071. μὲν] γὰρ Ald. Turn. μὲν γὰρ Rob. ξυνθάψομεν] συνθάψομεν Rob. 1073. ἄχος] ἄχθος Rob. ἄκος in edit. Stanl. vitium typographicum est in Pauwianam et Glasg. propagatum. ἄλλως] οὐκ ἄλλως Rob. 1075. ὥσπερ τε] ὥσπερ τις Ald. 1079. μὴ ᾽νατραπῆναι] μὴ ἀνατροπῆναι Ald. μὴ ἀνατραπῆναι Rob. 1081. ταμάλιστα] τὰ μάλιστα Ald.

1069. sqq. δράτω—δίκαια. *Sive igitur civitas, ea quæ Polynicen lesso honorantibus minata est, perficiat, sive non perficiat, nos certe ibimus, et una cum* Antigone *funeris comites erimus; communis enim est generis dolor;* i. e. hic luctus ad universam Thebanorum gentem pertinet: *nec civitas in iis, quæ justa sint, definiendis semper sibi constat, sed alias aliter de iis statuere solet.*

1075. sqq. ἡμεῖς—ταμάλιστα. *Nos vero hujus* (Eteoclis) *funus prosequemur, sicut et civitas et jus fasque præcipit. Nam post immortales deos, et Jovis virtutem hic potissimum tuitus est Cadmeorum urbem, ne everteretur, et peregrinorum militum fluctibus obrueretur.*

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

AD

SEPTEM ADVERSUS THEBAS

EXCURSUS I.

FABULÆ ŒDIPODIÆ VARIETAS ET VICISSITUDO.

Laius, Labdaci filius, rex Thebanorum, Jocastam[a], secundum quosdam Creontis[b], secundum alios Menœcei[c] filiam in matrimonium duxit. Epimenides vero[d] eum Eurycleam Ecphantis filiam duxisse tradidit; alii utramque, Eurycleam, et Jocastam, uxores habuisse.

Cum igitur Laius prole conjugium carere ægre ferens Apollinis oraculum consuluisset, responsum tulit, quod eum a procreandis liberis absterreret. Æschylus ter eum monitum ab oraculo esse fingit, si sine liberis moreretur, patriam salvam fore. Alii diserte ei prædictum memorant, si filium gigneret, eum qui nasciturus esset parricidam futurum[e]. Addit etiam Euripides[f], universam ejus domum sanguinolenta cæde interituram.

Causæ, cur oraculo non paruerit Laius, varie narrantur. Oblivioni Diodorus culpam tribuit[g]; Euripides libidini et ebrietati[h]; Apollodorus quoque per ebrietatem cum uxore concubuisse scribit. At Æschylus, malis et imprudentibus amicorum consiliis permotum esse, ut oraculum negligeret. Non defuerunt tamen, qui Laii cædem a Pelopis diris repeterent, quibus hic illum, filio Chrysippo, cujus amore incensus esset, rapto, devovisset[i].

Natum sibi e Jocasta infantem, Laius pastori cuidam trajectis

[a] aliis Epicastam, Homer. Apollodor. lib. iii.
[b] Diod Sic. lib. iv.
[c] Eurip. Phœniss. v. 10.
[d] Schol. ad Eurip. Phœn. v. 13.
[e] Apollodor. lib. iii.
[f] Phœniss. v. 20. Sic et Diodor. Sic. lib. iv. p. 266. ed. Rhodom.
[g] ibid.
[h] l. l. v. 21.
[i] Schol. ad Eurip. Phœniss. v. 66.

ferrea fibula pedibus exponendum dedit, a quo quidem in Cithærone monte expositus est. Hanc fabulæ partem silentio præteriit Æschylus in hac tragœdia; adhibuerunt vero Sophocles[k] et Euripides[l].

Expositum Laii infantem Polybi Corinthiorum regis bubulci ad Peribœam illius uxorem contulerunt, quæ acceptum ab iis puerum ut proprium puerum educavit, Œdipumque a pedum tumore nominavit[m].

Adultus interea Œdipus, ob invidiam ab æqualibus, quod spurius esset, conviciis lacessitus, cum a Peribœa, quid verum esset, cognoscere non posset, Delphos profectus est, de veris parentibus Apollinem interrogaturus. A quo, ne in patriam rediret, monitus, quod ei fatale esset, patrem occidere, et cum matre concumbere; Œdipus, quod se ab iis, qui dicerentur, prognatum esse crederet, Corinthum redire noluit; cumque per Phocidem veheretur, angusta quadam in via Laio ejusque præconi Polyphontæ occurrit; cui cum Polyphontes ut de via cederet, imperasset, altercatione orta, tandem Œdipus Laium et Polyphontem interfecit[n]. Æschylus hoc factum leviter tangit v. 754.

Post cum Sphinx illa cives Thebanos infestaret, eamque Œdipus sustulisset[o], rex Thebanorum declaratus, Jocastam uxorem ducit. Pherecydes autem[p] memoriæ prodiderat, Œdipum e Jocastæ connubio Phrastorem et Laonytum, qui a Minyis et Ergino occisi sint; postea vero ex Euryganeæ conjugio Antigonen, Ismenen, Eteoclem et Polynicem suscepisse. Mortua denique Euryganea Œdipum cum Astymedusa Stheneli filia nuptias contraxisse.

Œdipus, postquam piacula, quamvis ab inscio et imprudente sibi contracta cognoverat, secundum Æschylum, filiis regnum invadentibus Thebis profugit, atque antequam in exilio moreretur, eos diris devovet, utque ferro de regno decertarent, precatur. Id eum Æschylus propterea fecisse fingit, quod filiis ob nimiam regnandi libidinem succensuerit. cf. quæ diximus ad v. 787. sqq. Sophocles vero in Œdipo Coloneo[q] hanc causam affert, quod filii patrem patria pulsum nec retinuerint, nec defenderint, eumque exulem nec auxilio sublevarint, nec vitæ subsidia præbuerint. Euripides in Phœnissis ob turpitudinem incestuosi cum Jocasta connubii Œdipum a filiis custodia inclusum fuisse, narrat, ideoque eum animi ægritudine laborantem diras filiis imprecatem esse[r]. Ineptam

[k] in Œdip. Tyr. v. 1135. sqq.

[l] Phœniss. v. 24.

[m] Eurip. Diodor. Sic Apollodor. ll. ll.

[n] Sic Apollodorus, et Euripides, paucis aliter informatis. ll. cc. Consentit etiam Diodorus.

[o] Fabulam illam de Sphingis ænigmate Æschylus præteriit, tantumque eam ἀναρπαξάνδραν ab Œdipo sublatam esse memoravit.

[p] teste Schol. ad Eurip. Phœniss. v. 53.

[q] v. 417. sqq.

[r] v. 65. sq. Similiter fere Stat. Thebaid. i. 238. sqq. Fulgentius autem Œdipi diras silentio præteriit, fab. 67. 68.

vero dirarum causam a cyclicæ Thebaidos auctore confictam, jam supra e Schol. Sophocl. commemoravimus [s]; qua tamen haud scio an etiam ineptior sit, quam Athenæus [t] ex alio Thebaicorum scriptore affert, Œdipum filios ideo exsecratum quod sibi pocula, quæ aversatus esset, apposuerint.

Æschylus Œdipum ante filios mortuum esse, Sophocles vero et Euripides iis superstitem fuisse; et ille quidem jam ante horum cædem exulasse, hic vero demum occisis iis a Creonte Thebis expulsum fuisse finxit.

De mortis genere et sepulcro haud magis inter se consentiunt auctores. Sunt qui se ipsum occidisse perhibeant [u]; alii morbo et mœrore exstinctum narrant [x]. Sepulcrum Œdipi Æschylus quidem Thebis ponere videtur. cf. v. 916. 1004-1006. At Pausanias intra septum Areopagi Athenis Œdipi monumentum, eoque ossa ejus Thebis deportata fuisse scribit [y]. Aliam vero fabulam satis prolixam contexuit Lysimachus, quam refert Schol. ad Sophocl. Œdip. Col. v. 62.

In Polynicis sepultura, quæ, cum a senatu Thebanorum vetita esset, Antigonæ occasionem pulcherrimam facit amabilem fratris amorem, egregiamque animi indolem demonstrandi, æmulos habuit Æschylus Sophoclem in Antigone, et in Phœnissis Euripidem, eorumque ingenia, ut quid in eodem argumento efficere possent, experirentur, excitavit.

EXCURSUS II.

DE TRAGŒDIÆ SEPTEM ADVERSUS THEBAS CONSILIO ET ADORNATIONE.

Cum Æschylus alias etiam historiæ Thebanæ partes deperditis fabulis, Laio, Sphinge, Œdipo, complexus fuerit, nihil aliud sibi in hac tragœdia proposuisse videtur, quam ut tristissimi belli inter fratres coorti, mutuæque eorum cædis imagine spectatorum animos terreret, misericordiaque afficeret. Quod quidem consilium ita exsecutus est, ut simul Ἄρεος μεστὸν, ut ipse ait apud Aristophanem, h. e. bellici strepitus plenissimum drama redderet, omniaque pericula, quæ urbi ab hostibus oppugnatæ impendere solent, elegantissimis coloribus expinxit.

Et quæ in singulis quidem fabulæ partibus, Choricis præsertim

[s] ad v. 785. p. 364.
[t] Deipnosoph. lib. xi. c. 3. p. 465. ed. Casaub.
[u] Fulgent. fab. 242.
[x] In hanc partem concedere videtur Apollodor. lib. ii.
[y] lib. i. c. 28. p. 69. ed. Kühn.

canticis vis et vehementia insit, supra jam suis locis breviter lectorem admonuimus. Universæ autem actionis maxima simplicitas est; nec tamen ea, quæ in jejunitatem abeat, aut spectatorem non satis teneat, atque afficiat. Quod ille quidem hoc artificio consecutus est, quo ne uspiam sine quodam animi affectu sententiose dicerent personæ, sed ut ubique spem, aut metum, fiduciam, aut desperationem, tristitiam, animique vel contractionem vel elationem dictis exprimerent, elaboravit.

Eteoclem fortem, laudis et honoris avarum, in rebus gerendis promptum, in reperiendis adversus hostem præsidiis alacrem et sollertem, ceterum etsi non contemtorem deorum, tamen a nimia superstitione, muliebrique religione alienissimum effinxit. Choricæ virgines trepidæ sunt ac sollicitæ; humanis opibus parum confisæ omnia a divini numinis auxilio exspectant, ideoque in deorum dearumque veneratione maximam solatii præsidiique partem ponunt. In congressu quem Eteocles cum fratre initurus est, Chorus nihil aliud, quam piaculi atrocitatem, ille nil nisi quod imperatoris laus et officium postulet, spectandum existimat.

Chorus nihil, quod non cum proposito apte cohæreat, eique conducat, intercinit. Prima enim deorum dearumque invocatione in tanto urbis discrimine, nihil est opportunius. Deinde quæ sequitur cum Eteocle altercatio, non solum idoneam timoris excusationem habet, sed etiam quam alte eorum animos oppresserit, perspicue demonstrat, ut cum eum maxime celare et condere cupiant, ægre tamen id efficere valeant, identidemque succumbant. Postquam recessit Eteocles, quid erat, in quo aptius versarentur, quam periculi quod imminebat magnitudo? Itaque magna cum animorum perturbatione urbium ab hostibus expugnatarum calamitates decantant. Tum Eteoclis colloquium cum nuntio, quam quisque portam Argivorum ducum sortitus sit, narrante, nunquam moleste interpellant, sed idoneis locis pauca adjiciunt, e quibus patriæ amorem, et in cives suos benevolentiam intelligas. Ipsum vero Eteoclem, postquam a singulari cum fratre certamine frustra omnibus modis abducere conati sunt, eumque pertinacem et in proposito perseverantem ad crudele prælium abire viderunt, in hujus piaculi atrocitate Œdipique dirarum tristissimo eventu deplorando versantur. Accepta autem fratrum cæde funebrem lessum canunt, doloris ac luctus plenissimum, in quo nihil quod fucatum sit, aut longe petitum, aut temere arcessitum, nihil nisi quod flebili rerum eventu dignum sit, audias. Ex quo intelligitur, Choricas hujus tragœdiæ partes multum Euripideis in Phœnissarum fabula præferendas esse, ut in quibus multa sint aliena, quæ nemo ut a Choro isto loco ac tempore dicerentur, exspectaverit.

Attamen Euripides prolixam illam hostilium imperatorum, eorumque, quos adversus illos missurus esset Eteocles, enarrationem in Æschyli tragœdia vituperasse videtur. Nam in Phœniss. v.

768. (763. ed. Brunck.) Eteoclem, qui se hostium ducibus adversarios missurum esse professus erat, hæc addere jussit:

Ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ πολλὴ λέγειν
Ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων.

Quibus quidem versiculis teste Schol. Didymus eum ad Æschyli rationem respexisse putabat. Veruntamen incertum hoc est, a conjectura ductum; et si verum esset, Euripidis reprehensio facile dilui, justisque argumentis convinci posset. Nam nihil interea, dum Eteocles cum nuntio colloqueretur, ab hostium incursu timendum esse, spectatoribus, qui Eteoclis primum sermonem audivissent, ejusque vigilantiam et prudentiam cognovissent, satis persuasum erat; et ipsa hujus colloquii, quamquam paulo prolixioris, celeritas, impediebat, quo minus, si quid in ea re a verisimilitudine alienum esset, id a theatro animadverteretur.

Clypeorum vero descriptiones non otiosæ sunt, sed ita conformatæ, ut hostilium ducum animos et consilia prodant; ut in his iterum Æschylum Euripide superiorem judicem. Hic enim nuntium qui prælii jam commissi eventum narrat, imperatorum quoque insignia describentem induxit; sed ita ut nec ipsa insignia eandem, quæ in Æschyleis cernitur, inventionis calliditatem prodant, et eorum descriptio prorsus alieno loco, ubi ea rescire nihil spectatorum intererat, temere intrusa tædium audientibus objiciat.

Æschylus vero nihil hic inepte molitus est; omniaque quæ parum decora aut minus consilio idonea essent, e fabula circumscripsit, eoque dicendi genere usus est, in quo descriptæ personarum vices pulcherrime servarentur, nec unquam, si ab uno duobusve locis discesseris, magnitudinis et gravitatis consectatio inflatam ac tumentem efficeret orationem.

Ceterum Aristocles, Athenæo auctore, testatus est, hujus fabulæ actionem etiam ab arte Telestæ, quo ad choreas utebatur Æschylus, magnum lumen habuisse, ut qui res a septem ducibus gestas saltatione callidissime expresserit [a], qua de re in apparatu historico copiosius agemus.

[a] Deipnosoph. lib. i. p. 22. ed. Casaub.

IN

ÆSCHYLI PERSAS.

IN

ÆSCHYLI PERSAS.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Cum Xerxes et mari et terra bellum Græciæ illaturus, cum tantis eam copiis invasisset, quantas neque antea quisquam habuerat, neque postea habuit, ingentem per omnes imperii provincias juvenum virorumque vastitatem effecerat. Quam quidem solitudinem primo hujus tragœdiæ ingressu [a] Senes, quibus Xerxes domus rerumque suarum custodiam tradiderat, multis verbis queruntur; ac breviter [b] populorum, qui regem ad bellum secuti erant, eorumque ducum nomina recensentes, suspensos sibi ac sollicitos animos esse significant, quænam futura sit regis fortuna, cogitantibus. Etsi enim [c] tam immenso exercitui, qui torrentis ritu universam Græciam inundabat, nemo videbatur futurus esse, qui obsistere posset, suspicabantur tamen senes, ne divini numinis invidia [d] magna Persis clades pararetur. Hæc igitur illis animo volventibus, Atossa [e], mater Xerxis, Darii vidua, in scenam prodit, cum alias anxia futuri [f], tum hesterna nocte, luculento somnio, quod mala regi portendere videbatur, majorem in modum perturbata. Quod cum illa senibus narrasset [g], hi quidem non id agunt, ut visum illud reginæ oblatum interpretentur, sed tantum, ut deos supplicationibus adeat, terræ inferisque libationes offerat, imprimisque, ut regem Darium, cujus speciem noctu vidisset, precibus sibi benevolum ac propitium reddat, exhortantur [h]. Acquiescit in consilio regina, et quædam de Athenarum situ, fortuna, viribus exquirit [i]. Ecce autem nuntius accurrit anhelans, totumque Persarum exercitum deletum esse clamat [k]. Chorus ejus clamoribus suos quoque gemitus vocesque lamenta-

[a] v. 12. sqq.
[b] v. 15. sqq.
[c] v. 85. sqq.
[d] v. 91. sqq.
[e] v. 147.
[f] v. 157. sqq.
[g] v. 174-212.
[h] v. 213-223.
[i] v. 224. sqq.
[k] v. 247. sqq.

biles miscet [l]. Atossa autem tanti tamque subito allati mali terrore primum attonita et obstupefacta, tandem ipsa quoque silentium rumpit [m], paululumque, ubi Xerxis vitam salvam esse accepisset, recreata [n], fusius de rebus Persarum male gestis exponentem nuntium audit [o]. Finita ejus narratione, regina quid in hac rerum adversitate senes facere velit, edicit [p]: deinde ea, quæ inferiis necessaria essent, paratura intro abit. Chorus interea luctum tot viduarum, maritis parentumque filiis orbatarum persequitur, talemque civium ac navium jacturam deplorat [q]. Redit Atossa, seque jam ad Darii sepulcrum libaturam ostendit [r]; senibus autem, ut ejusdem regis umbram carminibus evocent, quo eam de rebus suis consulere possint, persuadet [s]. Itaque illa ad inferias peragendas, hi ad carmen lamentabile, quod ab inferis Darium educeret, convertuntur [t]. Quibus rite perpetratis surgit ab inferis anima Darii [u], et quid acciderit, sibi narrari jubet. Accepta vero Xerxis clade, partim eam fati necessitati, partim ipsius filii culpæ tribuit [x], quippe qui cum alias tum præsertim Hellesponto vincula injiciendo, superbius se gessisset, quam ut effugere posset ultionem deorum. Deinde quid de reliquo exercitu futurum sit, et quantum etiamnum supersit calamitatis, vaticinatus, unicum Persis malorum remedium esse docet, si memores Athenarum et Græciæ suis se finibus contineant, belloque adversus Græcos gerendo prorsus abstineant [y]. Postremo senibus ut Xerxem admonitionibus corrigant, Atossæ autem, ut cum vestibus decoris filio obviam eat, eumque consoletur, præcipit [z]. Quo facto ad inferos redit. Atossa deinde umbræ mariti dicto audiens, vestes filio quæsitum domum regreditur. Chorus in laudes Darii excurrit [a]. Scena ultima Xerxes ipse advenit, qui non solum, quantum ipsum fortunæ suæ pigeat ac pœniteat, libere proloquitur, sed etiam Chorum ad societatem doloris provocat. Ita mutuo gemitu, planctu, dolore tragœdia finitur.

Scenæ dramatis novem sunt. Prima, quam Chorus agit v. 1—152. secunda, Chori et Atossæ colloquium, v. 153—246. tertia, quæ nuntii narrationem complectitur, iisdem in scena manentibus v. 247—529. quarta, Chori canticum v. 530—596. quinta, redeuntis Atossæ cum Choro confabulatio, hujusque carmen quo Darium evocant, v. 597—677. sexta, quæ Darium ab inferis evocatum sistit v. 678—839. septiam, breve Chori et Atossæ diverbium v. 840—848. octava, Darii præconium a Choro cantatum v. 849—904. ultima, communes Xerxis e bello redeuntis Chorique eum salutantis lamentationes continet v. 905—1068.

[l] v. 254-287.
[m] v. 288.
[n] v. 298.
[o] v. 300. sqq.
[p] v. 525.
[q] v. 530-596.
[r] v. 597-617.
[s] v. 618-621.
[t] v. 621-677.
[u] v. 678.
[x] v. 736. sqq.
[y] v. 787. sqq.
[z] v. 829.
[a] v. 849-904.

FABULÆ PERSARUM FUNDUS, PERSONÆ, ITEM SCENÆ LOCUS, TEMPUS, ORNATUS.

In historia belli Persici, e qua tragœdiæ hujus argumentum sumsit Æschylus, multa esse, in quibus poëta ab historicis, nominatim Herodoto, dissentiat, facile deprehenditur; sive quod Phrynichi Persas in nonnullis fabulæ partibus imitatus fuerit; sive quod suo potius ingenio, aut famæ, quam certis historiæ testimoniis obsecutus; sive quod in quibusdam rebus, ea quæ ipse vidisset aut audivisset, aliorum narrationi anteposuerit, ut qui non solum Marathoniæ pugnæ, sed etiam præliis Salaminio et Platæensi non sine magna virtutis laude interfuisset. Primum igitur in populorum sub Xerxe stipendia merentium, ducumque et imperatorum nominibus parum ei cum Herodoto convenit. Herodoto enim si credimus [b] in exercitu Xerxis

Persis præfuit	Otanes Amastris fil.
Medis	Tigranes
Assyriis	Octanes Artochæi fil.
Bactriis	Hystaspes
Indis	Pharnazathres
Parthis et Chorasmiis	Artabazus
Sogdis	Arzanes
Gandaris et Dadicis	Artyphius
Caspiis	Ariomardus
Sarangis	Pherendates
Pactyis	Atragates
Utiis	Arsamenes
Myris et Paricaniis	Tiromitres
Arabibus et Æthiopibus	Arsames
Afris	Masanges
Paphlagonibus et Matienibus	Dotus
Mariandenibus, Ligyibus et Syris	Gobryas
Phrygibus et Armenis	Artochmes
Lydis et Mysis	Artaphernes
Thracibus	Bagassaces
Moschis ac Tibarenis	Ariomardus
Macronis et Molinoccis	Artayctes
Mariis et Colchis	Pherendates
Allarodiis et Laspiris	Masistes
Insularum maris Erythræi incolis	Mardontes.

Præter hosce singulorum populorum præfectos sex alios, qui summæ rerum præerant in exercitu terrestri, nominat Herodotus, Mardonium [c], Trintatæchmen, Smerdonen, Masisten, Gergin et

[b] Herodot. vii. cap. 61. sqq.

[c] Lib. lib. vii. cap. 82.

Magabyzum. Summi vero classis præfecti Herodoto teste fuere Ariabignes, Prexaspes, Megabyzus, Achæmenes; quorum sub auspiciis Sidoniis præerat Tetramnestus, Tyriis Mapen, Aridiis Nerbal, Cilicibus Syennesis, Lyciis Cyberniscus, Cypriis Gortus, et Timonax, Cariis Histiæus, Pigres, Damasithymus. Quorum nominum paucissima apud Æschylum occurrunt. Neque vero multa eum omisisse mirandum esset, utpote qui tragœdiam, non historiam scriberet; sed hoc tamen mirum est, Æschylum multa ducum nomina memorare, quorum nullam Herodotus mentionem fecerit. Qua quidem re adducor fere ad suspicandum, poëtam nostrum, ut Scholiastæ quoque visum est, pleraque illa ducum nomina suopte ingenio finxisse.

Deinde in causis expeditionis Xerxe susceptæ tradendis historiæ veritatem paulisper inflexit Æschylus. Nihil enim de Darii consilio Græciam novo bello persequendi, Atheniensesque ulciscendi tradidit [d], quod ille exsecuturus erat, nisi morte præpeditus fuisset. Et quamquam v. 244. Chorici senes cladis a Dario apud Marathonem acceptæ quasi prætereuntes mentionem injiciunt, tamen et ipsum illud clarissimum Marathonis nomen silentio tegunt, et alibi sic de Dario loquuntur, quasi semper ille invictus discesserit, nec umquam quæ incepisset, sinistre ei evenerint. Herodotus porro Xerxi primum animum a bello Græciæ inferendo alienum fuisse narrat [e]; post eum a Mardonio incitatum, frustra renitente Artabano, consilium cepisse belli gerundi; cujus cum eum pœnituisset, tamen eum viso nocturno sæpius oblato, cui Artabanus quoque concesserit, confirmatum, in hac sententia perstitisse, ut sibi nihil utilius ac gloriosius fore putaret, quam cum Atheniensibus ex universa Græcia belligerare. Æschylus vero Xerxi amicos desidiam atque ignaviam exprobrasse, horumque opprobriorum stimulis, exemplo quoque patris proposito, eum ad bellum adversus Græciam suscipiendum excitasse fingit. Itaque et bellum adversus Ægyptios ante quam Græciam invaderet, feliciter a Xerxe gestum [f], alto apud Æschylum silentio premitur. Denique in serie regum Persiæ ducenda aliquantum Æschylus ab historicorum monumentis discedit, qua de varietate narrandi aptior erit in Excursu ad v. 762. hujus tragœdiæ dicendi locus.

Personæ dramatis præter Chorum, quatuor sunt, Atossa, nuntius, umbra Darii, Xerxes. Chorus constat senibus, principibus viris et summo loco natis, quibus Xerxes curam rei publicæ ac domesticæ demandaverat. Septem eos regni proceres fuisse suspicatur Stanleius; sed de numero incerta res est. Atossa, Darii vidua, mater Xerxis, id temporis jam provectioris ætatis erat. Nuntius non ex eorum numero est, quos Xerxem per certa stationum intervalla disposuisse scribit Herodotus, sed ipse rerum gestarum testis. Darius autem Hystaspis filius annis ante Persarum cladem mortuus erat. Ejus umbram ab inferis evocatam

[d] Herod. lib. vi. cap. 4. [e] lib. vii. c. 5. [f] lib. vii. c. 7.

spectatoribus ostendit Tragicus noster, in quo eum ob generosam nova inveniendi audaciam jam antiqui scriptores laudant. Xerxen denique non solum, sed comitantibus forte paucis asseclis, mutis personis, scenam ingressum esse conjicio. Agitur autem fabula Susis, ante regias ædes; quas a dextro aut sinistro latere scenæ repræsentatas fuisse, credibile est, ita ut a postica ejus parte Darii sepulcrum spectatoribus ostenderetur.

Diei tempus nuspiam in hac tragœdia diserte notatur. Actionis tamen initium ante meridiem poni exinde colligitur, quod Atossa somnii quod superiore nocte viderat, narrationem non videtur in postmeridianum tempus distulisse.

Scenam ædibus ac Darii monumento decoratam fuisse, res ipsa docet. Quonam vero schemate Æschylus usus fuerit ad histrionem qui Darii umbram imitabatur, vestiendum, non constat. Illud certum est, eum habitu quoque spectri quandam similitudinem præ se tulisse. Machinis quoque locum fuisse conjicio, quibus extolleretur Darii persona, cum surgeret ab inferis, ac ad eosdem rediens, deprimeretur.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΤΡΑΓΩΔΙΑ ΠΕΡΣΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΟΡΟΣ.
ΑΤΟΣΣΑ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΔΑΡΕΙΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΞΕΡΞΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΕΡΣΑΙ.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΑΔΕ μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων
Ἑλλάδ' ἐς αἶαν πιστὰ καλεῖται,
Καὶ τῶν ἀφνεῶν καὶ πολυχρύσων

3. ἀφνεῶν] ἀφνειῶν Guelf. καὶ πολυχρύσων] τῶν πολυχρύσων Rob.

IN SCENAM I.

v. 1—152.

Chorici Senes, quorum curæ Xerxes regnum ac domum demandaverat, primum, qui sint et quid rerum gerant, spectatorum causa verbis declarant. Quæ quidem tragœdiæ ingressio, quamquam non omnino male instituta est, sapientius tamen Promethei vincti ac Thebaidos principium adornatum est. Ibi enim nihil dicitur ab iis qui primo loco scenam ingrediuntur, nisi quod suis ipsorum ex rationibus dicere debebant; tamen ex iis, quæ dicunt, spectatores plenam eorum notitiam colligunt. Quid autem causæ suberat, cur hic senes Persæ statim qui essent, quoque munere fungerentur, exponerent, quod ex eorum numero neminem fugiebat? Nimirum ne spectatores ignorarent. At vitiosum est in dramate personas ita loquentes agentesve inducere, ac si scientes theatri curiositati inserviant. Verum hoc vitii genus ortum est e dramatici et epici poëmatis confusione, veteresque tragicos tum maxime hic lapsos esse deprehendimus, ubi ab initio vel Chorum solum, vel quendam ex interlocutoribus solum secum loquentem facerent.

1. sq. Τάδε μέν. Τάδε h. l. δεικτικῶς, et pro ἡμεῖς positum, ut Sept. adv. Theb. v. 975.

Περσῶν τῶν οἰχομένων—αἶαν. Probabiliter hoc adjectum et ad argumentum fabulæ declarandum appositum.

2. πιστά. Sic v. 169. γηραλέα πιστώματα de iisdem senibus: et v. 678. ὦ πιστὰ πιστῶν. Quod subjicitur καλεῖται h. l. *et sunt et nominantur.* Καλεῖσθαι, νομίζεσθαι, αὐδᾶσθαι, φαίνεσθαι sæpe pro εἶναι poni, dudum observarunt Grammatici, in his nuper *Burgess* ad Soph. Œd. Col. p. 51.

3. καὶ τῶν—φύλακες. Ostendunt senes, se non solum regni Persarum *fidos* Xerxi ejusque familiæ *administros*, sed

Ἑδράνων φύλακες, κατὰ πρεσβείαν
Οὓς αὐτὸς ἄναξ Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενὴς
Εἵλετο χώρας ἐφορεύειν.
Ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ
Καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς ἤδη
Κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται
Θυμὸς ἔσωθεν.

6. Δαρειογενὴς] Δαρείου υἱὸς additur Ox. Mosq. Viteb. Turn. υἱὸς Δαρείου Guelf. Utrumque additamentum e scholiis inductum. 10. ὀρσολοπεῖται] ὀρσοπολεῖται Guelf. Mosq. Viteb. Regg. Ald. Rob. Turn. Sed recte jam Stephanus præferendum censuit ὀρσολοπεῖται, quod Hesychii quoque auctoritate confirmatur. 11. ἔσωθεν omissum Viteb.

etiam Susorum, qua in urbe regia Persarum erat, ingentibus divitiis opibusque custodes esse constitutos. ἀφνειὰ καὶ πολύχρυσα ἕδρανα, *opulenta sedes auroque abundans*, apte designat Xerxis regiam; qua cum potiretur Alexander, ut reliqua taceam, auri argentique non signati plus quadraginta millium talentorum invenit. Diodor. Sic. lib. xvii. cap. 6.

4. κατὰ πρεσβείαν. "*Propter dignitatem.* Hesychius: Πρεσβείη, τιμὴ μείζων. Rursum Πρέσβεις, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι. Noster infra v. 625. Βασίλεια γύναι πρέσβος Πέρσαις.

4. sqq. κατὰ πρεσβείαν οὓς—ἐφορεύειν. *Quos ipse rex Xerxes, imperator Dario prognatus, pro dignitate elegit, ad regni sui se absente curam tutelamque gerendam.* " Aliter autem Herodotus, apud quem Xerxes soli Artabano imperium committit, his verbis: σῶζε οἶκόν τε τὸν ἐμὸν, καὶ τυραννίδα τὴν ἐμήν. Σοὶ γὰρ ἐγὼ μούνῳ ἐκ πάντων σκῆπτρα τὰ ἐμὰ ἐπιτράπω, quæ locutus Artabanum Susa dimisit." *Stanlei.* Βασιλεὺς Δαρειογενὴς explicationis causa adjectum. Opportune autem hic Xerxes nominatur, ne spectator temporis, quo hæc geruntur, notitia careat.

χώρας ἐφορεύειν. Dubitare videtur Abreschius, quartusne plur. an secundus sit casus χώρας; provocans ad Suppl. 684. 634. Eumenid. 534. ubi ἐφορεύειν cum accusativo construitur. Sed hæc exempla non impediunt, quo minus h. l. vocabulum χώρας, quod sensus postulat, genitivo casu elatum esse dicamus.

8—11. ἀμφὶ δὲ νόστῳ—θυμὸς ἔσωθεν. *Verum de reditu regis exercitusque auro abundantis nunc jam mala præsagiens in pectore animus vehementer perturbatur.* ἀμφὶ νόστῳ, metuebant enim ut salvi redirent. In metus, timoris, sollicitudinis affectibus exprimendis præcipue excellit Æschylus. Variavit autem verborum structuram in his νόστῳ βασιλείῳ καὶ στρατιᾶς, pro βασιλέως. Similem loquendi formam Abreschius observavit v. 76. πεζονόμους ἔκ τε θαλάσσης ἐφίσας.

πολυχρύσου στρατιᾶς. Ingentem auri argentique vim in exercitu Persarum fuisse memoriæ proditum est ab historiæ scriptoribus, cf. Herodot. lib. vii. c. 41. 85. κακόμαντις hic paulo aliter ac supra Sept. adv. Theb. 724. Ibi de furia mala hominibus denuntiante; h. l. autem θυμὸς κακόμαντις, *mali præ-*

Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
Οἴχωκεν· νέον δ' ἄνδρα βαΰζει.

12. Ἀσιατογενὴς] Ἀσιατιγενὴς Turn. probante Pauwio. 13. οἴχωκεν] ᾤχωκε Viteb. Ald Turn. οἴχωκε Victor. νέον] ἴον legit Schol. in quibusdam Codd. βαΰζει Pauwius vel βαΰζω legendum, vel ad θυμὸς referendum putat, cum alii, ut Heathius, ex Ἀσιατογενὴς, Ἀσία quasi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti velint. Cel. Valckenarius ad Phœniss. Eurip. 1489. metrorum potissimum anapæsticorum rationibus adductus conjecit post βαΰζει quædam deesse; cui repugnant Heathius et Brunckius; quia in his non ita terminetur sententia, ut basi et parœmiaco claudi omnino debuerit; connecti enim eam cum sequentibus copula καὶ, quæ novum sensum non inchoet. Heathius itaque hunc sensum verbus tribuit: *Asia juventutem suam tantum non omnem a Xerxe in Græciam abductam poscit et inclamat.* Brunckii vero secundum opinionem Asia sic dicitur νέον ἄνδρα i. e. τὴν νεότητα πᾶσαν τῶν Περσῶν *clamare*, ut infra v. 918. αἰάζει τὰν ἐγγαίαν ἥβαν Περσῶν. Perierat, inquit, juventus fere omnis. Verum si hoc *perierat* vir doctissimus de hoc loco, quem tractamus, intelligi voluit, non animadvertit hic et v. 1. vocabulum οἴχεσθαι *perire*, sed tantum *abire*, *discedere*. Periisse enim juventutem hoc loco ante nuncii adventum senes Chorici nondum sciebant. Nobis vero durior h. l. videtur esse vocabuli Ἀσία ex antecedente repetitio; nec levibus ducimur argumentis ad suspicandum, inter οἴχωκεν et νέον δ' ἄνδρα βαΰζει aliquot versiculos intercidisse. Qua de re cf. Commentar. ad h. l.

saga. Causas sollicitudinis exponit Chorus v. 91. sqq. Sæpius autem Tragicus de prævisione malorum utitur vaticinandi verbis.

ὀρσολοπεῖται. Hesychius: Ὀρσολοπεῖται, διαπολεμεῖται, ταράσσεται, Αἰσχύλος.

12. πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς οἴχωκεν. *Omne enim robur Asiaticum*, h. e. *omnis* Asiæ juventus *abiit*. Neminem enim fere qui arma portare posset, a Xerxe domi relictum esse, immensus copiarum numerus nobis persuadet. Ex unius Pythii familia quinque filii exercitum sequebantur; tantumque aberat ut pater uni eorum vacationem impetrare pollet, ut potius eam petenti Xerxes vehementer iratus crudeli filium innocentem supplicio afficeret.

13. νέον δ' ἄνδρα βαΰζει. Si hic sana omnia et integra sunt, utique repetendum arbitror Ἀσία ex Ἀσιατογενής· q. d. *et Asia cum clamore juvenes viros poscit*, nullis scilicet præter pueros senesque maribus in regno relictis. Verumtamen hæc ratio paulo contortior est et abruptior, quam ut ita Æschylum scripsisse credam. Accedit quod cum Chorus bis in hac scena ad eandem sententiam redeat v. 59—64. et v. 131—137. utrinque etiam mentionem faciat parentum uxorumque desiderii, quo liberos maritosque prosequantur. Fortasse igitur inter οἴχωκεν et νέον aliquot versiculi perierunt; quorum quidem cum vicinis junctorum hanc fere sententiam fuisse suspicor: *Abiit omnis Asiæ juventus; magnum ex horum desiderio dolorem capiunt, patres, matres, uxores; unaquæque recens nupta mœret, et juvenem maritum cum clamore poscit.* βαΰζειν Hesychius intp. ὑλακτεῖν; h. l. transfertur verbum ad *vociferandi flagitandique* sensum, quemadmodum in illo Lucretiano,—*nonne videtis Nil aliud sibi naturam latrare;* idem est latrare, ac *vehementer poscere, flagitare.*

Κοὔτε τις ἄγγελος, οὔτε τις ἱππεὺς
Ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται·
Οἵτε τὸ Σούσων, ἠδ᾽ Ἀγβατάνων,
Καὶ τὸ παλαιὸν Κίσσινον ἕρκος
Προλιπόντες ἔβαν, οἱ μὲν ἐφ᾽ ἵππων,
Οἱ δ᾽ ἐπὶ ναῶν, πεζοί τε βάδην
Πολέμου στῖφος παρέχοντες·
Οἷος Ἀμίστρης, ἠδ᾽ Ἀρταφρένης,

16. ἠδ᾽] ἠδ᾽ Mosq. Ἀγβατάνων] ἐκβατάνων Mosq. Viteb. Guelf. Ald. Turn. etc. Scite autem Brunckius observavit urbem, quæ postea Ἐκβάτανα vocata sit, Æschyli ævo Ἀγβάτανα nominatam fuisse. Cf. v. 956. in quo etiam ad Wesselingii auctoritatem provocat, qui ubique in Herodoto e melioribus codd. istam scripturam restituit. 19. ναῶν] νηῶν τε Mosq. νηῶν Viteb. 21. οἷος] Pauw. inepte corrigit οἷσιν. Ἀμίστρης] ἀμνήστρης Ald. ἀμήστρης Rob. Ἀρταφρένης] ἀρταφέρνης Guelf. ἀρτάφρένης sic Mosq.

14, 15. κοὔτε—ἀφικνεῖται. *Neque ullus sive pedestris sive equestris nuntius ad hanc urbem. Persarum imperii caput advenit.* ἱππεὺς de ἀγγάροις illis s. veredariis publicis accipio apud Persas institutis, quorum rationem describit Herodotus lib. viii. c. 98.

16. οἵτε *qui quidem* scil. Persæ *Susorum urbe*, et *Ecbatana* Mediæ metropoli, *et vetere Cissiæ sede relicta abierunt, alii equis alii navibus vecti, alii pedites, pedestri itinere belli robur ac molem præbentes.* πολέμου στῖφος παρέχειν vel simpliciter est *bellicum agmen facere*, vel simul *robur belli* notatur. Utro modo explices, hoc certe tenendum, βάδην—παρέχοντες ad πεζοὺς tantum, non ad equites nautasque pertinere. Aliter enim post βάδην commate distinguendum esset, repetito post βάδην, ex antecedentibus ἔβαν; quod sane langueret ex tautologia, πεζοὶ βάδην ἔβαν. Nostra vero ratione elegans efficitur periphrasis, πεζοί τε, βάδην πολέμου στῖφος παρέχοντες.

17. Κίσσινον ἕρκος. "Susa a Tithono condita, Memnonis patre; arx ipsa Memnonium vocabatur. Susii etiam Cissii sunt dicti, et Æschylus Memnonis matrem Cissiam vocat. Strabo lib. xv. p. 728. Λέγεται γὰρ δὴ καὶ κτίσμα Τιθωνοῦ τοῦ Μέμνονος πατρός. Et mox: ἡ δ᾽ ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνειον. Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι. Φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. Auroram intelligit, quam Æschylus (fortasse in Ψυχοστασίᾳ) Cissiam fuisse tradidit. Sic Strabo. Æschylus vero hic Susa et τὸ παλαιὸν Κίσσινον ἕρκος separat, ut et postea v. 117. Cissia sane urbs erat in agro Susiano, Ptolem. Geogr. vi. Κισσίης χώρης meminit Herodotus vi. 236. Cissiorum Hesychius; ἔθνος Περσῶν, quos in hac expeditione adversus Græcos profectos, tradit idem Herodotus armaturamque describit, et ducem nominat, Ataphem Otanis fil. lib. vii." *Stanl.*

21. Ἀμίστρης idem esse videtur, qui infra vocatur Ἀμίστρις. Virorum nomina metro refractaria in ordinem cogenda erant, ut versui aptari possent. Qui vulgo Ἀρταφέρνης, transpositis litteris Ἀρταφρένης dici debuit. *Brunck.* "Sa-

Καὶ Μεγαβάζης, ἠδ' Ἀστάσπης,
Ταγοὶ Περσῶν,
Βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου
Σοῦνται, στρατιᾶς πολλῆς ἔφοροι,
Τοξοδάμαντές τ' ἠδ' ἱπποβάται,
Φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν, δεινοὶ δὲ μάχην
Ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ.
Ἀρτεμβάρης θ' ἱππιοχάρμης,
Καὶ Μασίστρης, ὅ τε τοξοδάμας
Ἐσθλὸς Ἰμαῖος, Φαρανδάκης θ',

22. Μεγαβάζης] μεγαβάτης Viteb. μεταβάτης Mosq. Ald. Ἀστάσπης] ἀστάπης Ox. Mosq. Viteb. Ald. Rob. 24. βασιλῆς] βασιλεῦς Mosq. Viteb. Ald. Rob. 26. τοξοδάμαντες τ'] Abest τ' Viteb. Guelf. τοξοδάμαντον Mosq. ἠδ'] δ' Mosq. 28. εὐτλήμονι] Sic Brunck. e codd. Reg. ἐντλήμονι Ald. Turn. etc. ἀτλήμονι Rob.

ne Artaphernes quidam, Artaphernis fil. Lydorum et Mysorum dux in hac expeditione memoratur Herodoto lib. vii." *Stanlei.*

22. Μεγαβάζης. " Idem fortasse, qui Herodoto Μεγάβαζος, ὁ Μεγαβάτεω, inter præfectos nauticarum copiarum recensitus lib. vii. c. 87." *Stanl.*

Ἀστάσπης. " An idem qui Herodoto Ὑστάσπης dux Bactrionum et Sacarum ? lib. vii. 95." *Stanl.*

24. βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι. " Persarum imperatorem plures reges sibi subditos habuisse nemo nescit, ideoque titulum *regis regum* sibi vindicabat; ita in inscriptione monumenti Cyrum appellatum testatur Strabo lib. xv. ex Onesicrito.

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς
βασιλήων.

Ita se nominat Artaxerxes in epistola ad Esdram, Esdræ lib. i. c. 7." *Stanl.*

βασιλέως μεγάλου. Hoc titulo regem Persarum insignitum fuisse notissimum est; nec in re tralatitia opus est exemplis, quæ ad h. l. congessit Stanleius.

26—28. τοξοδάμαντες—δόξῃ. *Alii quidem sagittarii, alii equites, adspectu formidabiles, in prælioque strenui propter insitam animi cedere nescii virtutem, cujus laude florent.*

29. ἱππιοχάρμας. " Ita Pindarus Hieronem Συρακόσιον ἱππιοχάρμαν βασιλῆα vocat, vel ut alii, ipsos Syracusios ἱπποχάρμας, qui legunt Συρακοσίων ἱπποχαρμᾶν βασιλῆα. Ubi tamen mallem cum nostro ἱππιοχάρμαν. Hesychius: Ἱππιοχάρμης, ὁ ἐφ' ἵπποις χαίρων ἢ μαχόμενος. Χάρμη γὰρ ἡ μετὰ χαρᾶς μάχη. De Persis diserte Hieronymus in Hierem. cap. 12. *juxta historiam omnis Persis et universa Chaldæa, et regionum illarum exercitus gaudet equitatu.* cf. et Xenoph. Cyrop. lib. viii." *Stanl.*

30. Μασίστρης. " Inter duces Persicos Μασίστης quidam nominatur Herodoto lib. vii." *Stanl.*

31. Φαρανδάκης. " An qui Herodoto Φερενδάτης qui Maribus et Choribus et Colchis præerat ? lib. vii. 79." *Stanlei.*

Ἵππων τ' ἐλατὴρ Σωσθάνης.
Ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων
Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης,
Πηγασταγὼν Αἰγυπτιογενής,
Ὅ τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων
Μέγας Ἀρσάμης, τάς τ' ὠγυγίους
Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος,
Καὶ ἑλειοβάται ναῶν ἐρέται
Δεινοὶ, πλῆθός τ' ἀνάριθμοι.
Ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν

32. Σωσθάνης] Σουσθάνης Viteb. σωσθένης Guelf. σοσθάνης Mosq. 34. ἔπεμψεν] ἔπεμψε Ald. 35. Πηγασταγὼν] πηγάς τ' ἄγων Rob. Stanl. existimat forte legendum esse πηγὰς ταγὼν, cujus quidem lectionis etiam Schol. meminit; neuter tamen, quem ea distractio sensum præbere possit, edixit. Αἰγυπτιογενὴς] Αἰγυπτογενὴς Mosq. Turn. Acute autem observat Brunckius vocabulum αἰγυπτιογενὴς hic πεντασύλλαβον esse, synalœphe in ιο facta, ut Eurip. Phœniss. 684. ξυνηλίκεσι sic pronuntiandum, ut λίκεσι sit pes trochæus. 37. μέγας] μέγας τ' Mosq. ὠγυγίους] ὠγυγίας Turn. 40. ἀνάριθμοι] ἀνάριθμον Turn. 41. ἕπεται] ἕσπε-

32. Νεῖλος. *Magnus* appellatur, quia ceteris longior multo et copiosior fuit, quam ob causam sæpe etiam cum de Ægypto agitur, κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ ποταμός. πολυθρέμμων, *almus, fertilis*: Epitheti rationem reddit Strabo lib. xv. καὶ Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾷν καὶ τἄλλα καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκάς ἐσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι· καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον, καὶ τρόφιμον διὰ τῶν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν αὐτὸ καταλιπόντων τὸ τρόφιμον, τὸ δὲ περιττὸν ἐκθυμιώντων." *Stanl.*

35. Πηγασταγών. "Scholiastes monet nomina hæc non esse Ægyptiaca, sed ab ipso poëta conficta; certe Persica potius videntur. Πηγασταγὼν inter Persas nominatur infra. Est et Ἀρσάμης nomen Persicum, Antigon. Hist. mirab. 12. φησὶ δὲ ὁ ἱστοριόγραφος Ἀρσάμην τὸν Πέρσην εὐθὺς ἐκ γενεῆς ὀδόντας ἔχειν. Arabum et Æthiopum dux Arsames in hac expeditione memoratur Herodoto lib. vii." *Stanl.* Ego vero non video, cur Ægyptiaca horum ducum nomina esse debuerint; quid enim impedit, quominus credamus Persarum proceres Ægyptiis præfectos fuisse?

37. ὠγυγίους Θήβας. De hoc Thebarum Ægyptiacarum cognomine cf. Stanleii not. ad Sept. adv. Theb. v. 327.

39. καὶ ἑλειοβάται. "Per ἑλειοβάτας, *paludicolas* intelligit incolas ἑλέων, regionum palustrium Ægypti. vid. post Schol. Spanhem. ad Julian. p. 255. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 178. et Wesseling ad Hierocl. Synecd. p. 716. Thucydide teste Ἕλειοι isti Ægyptii erant omnium bellicosissimi, v. lib. i. c. 110." *Abresch.* δεινοὶ ἐρέται, *boni remiges, acres*. (Sic *acri remige* Virg. Æn. v. 116.) Sin ἐρέτας de militibus nauticis capias, δεινοὶ *fortes* erunt.

41. ἁβροδιαίτων Λυδῶν. "Mollitiei Lydorum satis aperta indicia, quod fi-

Ὄχλος, οἵ τε ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
Κατέχουσιν ἔθνος, τοὺς Μιτραγαθὴς
Ἀρκεύς τ' ἀγαθὸς, βασιλῆς δίοποι,
Καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους

ται Rob. 42. οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρογενὲς κατέχουσιν ἔθνος] Hanc locutionem insolentiæ accusat Pauwius, ac substituendum censet: οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρόταις κατέχουσιν ἕδος, *sedes quæ per continentem extenduntur*, hujus commenti elegantiam scilicet suo more prædicans. 43. τοὺς] Stanleius sine causa corrigit τοῖς. Μιτραγαθὴς e Reg. A. pro vulg. Μητραγαθὴς dedit Brunckius. 44. βασιλῆς δίοποι] βασιλεῖς διόπτοι, quod schol. interlineari explicatur ἐπόπται, Viteb. βασιλεῖς διόπτοι Mosq. βασιλῆες διόπτοι, quod glossa interlin. interpr. περίβλεπτοι, Guelf. βασιλεῖς δίοπτοι Ald. βασιλεῖς δίοποι Turn. Pauwius pro Ἀρκεύς τ' ἀγαθὸς β. δ. scribendum esse hariolatur Ἀρκεύς τ' ἀγαθοὶ β. δ.

lias suas omnes prostituerint: quod primi caupones institoresque exstiterint, et quod inventum ab ipsis tesserarum et talorum ludum et pilæ καὶ ἄλλων πασέων παιγνίων τὰ εἴδεα πλὴν πεσσῶν jactitarint. Herod. lib. i. 94." *Stanl.*

43. κατέχουσιν ἔθνος. Etsi hæc explicari possunt, si κατέχειν ἔθνος insolentius dictum sit, pro *gente aliqua contineri*, mihi tamen verisimilius est, articulum τοὺς ante Μιτραγαθὴς ab aliena manu insertum, Æschylum autem ita scripsisse:

οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
Κατέχουσιν ἔθνος, Μιτραγαθὴς
Ἀρκεύς τ' ἀγαθὸς βασιλῆς δίοποι·

colo post δίοποι posito, ita ut ex antecedentibus subintelligatur ἕπονται. Sensus: *Sequitur vero etiam mollis Lydorum populus, et qui omnes gentes in illa continente natas imperio regunt, Mitragathes, et fortis Arceus, præfecti regii.*

βασιλῆς δίοποι brevius eosdem designat, qui antea βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου στρατιᾶς ἔφοροι dicebantur. Eustath. in Iliad. α'. δίοπος—λέξις παρ' Αἰσχύλῳ ἡγεμονική. Idem in Iliad. β'. οὐ μόνον δίοποι οἱ ἄρχοντες, ὡς καὶ Αἰσχύλος δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ ἀδίοποι οἱ μὴ ἀρχόμενοι. Et in Odyss. μ'. διέπων, Τὸ ἐνεργεῖν λέγει ἔθεν καὶ δίοπος ὁ οἰκονόμος παρ' Αἰσχύλῳ. Verum ultima hæc Eustathii glossa ad alium Æschyli locum pertinet. Hesychius: Δίοπος, ἐπίσκοπος, ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης; item Δίοποι, ἐπιμεληταί. Et hujus quidem interpretationis sedes in hoc Æschyli loco ponenda videtur.

45. sqq. καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις—προσιδέσθαι. *Et Sardes* (male Stanl. intp. *Sardi*) *auro abundantes multorum curruum vectores emittunt, quadrijuges et sejuges ordines, terribile visu spectaculum.* πολύχρυσοι dicuntur Sardes, quia Pactolus e Tmolo fluens, aurique ramenta secum ferens, mediam urbem ejusque forum interluebat; (Herodot. lib. i. c. 17. Strabonis autem ætate hæc ramenta defecerant. Geogr. lib. xiii.) unde etiam Crœsus divitias habuisse dicebatur. ἔποχος Hesych. ὁ ἐπὶ τοῦ ὀχήματος. Idem Ἔποχοι οἱ ἐπὶ τῶν ὀχημάτων διαβαίνοντες.

ἐξορμῶσι. "Transitive quam absolute frequentius verbum inveneris apud auctores paulo antiquiores. v. c. Eurip. Iphig. Taur. v. 1437. παῦσαι διώκων, ῥεῦμά τε ἐξορμῶν στρατοῦ.—" *Abresch.* τέλη sunt ordines curruum bellicorum, δίῤῥυμοι currus, qui duo temones habent, et quibus quaterni equi junguntur, τρίῤῥυμοι autem tribus temonibus instructi adeoque sejuges. Abradates

Ἅρμασι πολλοῖς ἐξορμῶσιν,
Δίρρυμά τε καὶ τρίρρυμα τέλη,
Φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι.
Στεῦνται δ' ἱεροῦ Τμώλου πελάται
Ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι,
Μάρδων, Θάρυβις, λόγχης ἄκμονες,
Καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί· Βαβυλὼν δ'
Ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον
Πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους
Καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς.
Τὸ μαχαιροφόρον τ' ἔθνος ἐκ πάσης

46. ἅρμασι πολλοῖς] πολλοῖς ἅρμασιν Guelf. Viteb. Mosq. Ald. Rob. Turn. Vict. etc. Nos Brunckii transpositionem adoptavimus, qua fit elegantior et concinnior structura verborum. 48. προσιδέσθαι] προσειδέσθαι Ald. 49. στεῦνται] σεῦται Mosq. 49, 50. Inverso ordine leguntur in Rob. 50. δούλιον] δούλειον Guelf. Viteb. Mosq. Ald. Vict. At δούλιον metri causa legendum esse vidit Stanl. 51. Μάρδων, Θάρυβις] μάρδων τ' Ἄρυβις Turn. 55. καὶ] Abest Guelf. λήματι] λήμματι Mosq. Viteb. Sed λήματι Guelf. et Edd.

(ap. Xenoph. Cyrop. lib. vi. c. 1. ubi vid. Zeunii not.) sibi paraverat ἅρμα τετράρρυμόν τε καὶ ἐξ ἵππων ὀκτὼ, indeque Cyrus excogitavit currus octo temonum, turribus oneratos, qui octonis boum jugis veherentur.

49. sqq. στεῦνται—ἄκμονες. *Minantur vero etiam sacri Tmoli accolæ servitutis jugum imponere Græciæ, Mardon, Tharybis*, sc. duces eorum, *hasta acres.* Tmolus Lydiæ mons ἱερὸς, ut ap. Eurip. Bacch. v. 64. quia ibi Bacchus ex Jovis femore natus esse ferebatur, (cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Del. v. 70.) Circa eum habitabant olim Lydi, Mæones, Mysi. (Hom. Il. β'. 866. Strab. lib. xii. p. 625.) Lydorum tamen et Mysorum ducem Artaphernem nominat Herodotus.

52. ἀκοντισταὶ Μυσοὶ, quia jaculis præustis utebantur. Herodotus armaturas variarum gentium in hac expeditione describens: Μυσοὶ δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον κράνεα ἐπιχώρια, ἀσπίδας δὲ μικράς. Ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ἐπικαύτοισι. Lib. vii. 74.

53. Βαβυλὼν δ' ἡ πολύχρυσος. "De hujus urbis opulentia cf. Herodot. lib. i. 192. et Strab. lib. xv." *Stanl.* In uno Beli templo immensa vis aureæ supellectilis fuit. Herodot. i. 181. sqq.

πάμμικτον ὄχλον, scil. partim nautas, partim pedites. πέμπει σύρδην Stanl. vertit *mittit tractim.* Verum quid hoc sit *tractim mittere?* σύρδην ἀναλῶσαι apud Eurip. Rhes. v. 85. est *funditus perdere.* Sed hæc adverbii notio non magis quam illa ab hoc loco aliena. Quid multa? Mihi vel σύδην *impetuose*, vel φύρδην *mixtim* s. *promiscue* legendum esse videtur. ναῶν ἐπόχους, *nautas et milites classiarios.* τοξουλκῷ λήματι πιστοὺς, *sagittandi peritia feroces.*

56. sqq. τὸ—πομπαῖς. *Ensiferque populus ex universa Asia sequitur venerandis grandibusque sub regis auspiciis.* ὑπὸ πομ-

’Ασίας ἕπεται
Δειναῖς βασιλέως ὑπὸ πομπαῖς.
Τοιόνδ’ ἄνθος Περσίδος αἴης
Οἴχεται ἀνδρῶν.
Οὓς πέρι πᾶσα χθὼν ’Ασιῆτις
Θρέψασα, πόθῳ στένεται μαλερῷ·
Τοκέες τ’ ἄλοχοί θ’ ἡμερόλεγδον
Τείνοντα χρόνον τρομέονται.
Πεπέρακε μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη ϛροφή.
Βασίλειος στρατὸς εἰς ἀντίπορον
Γείτονα χώραν,
Λινοδέσμῳ σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας

58. δειναῖς] προτροπαῖς δειναῖς, augmento e scholiis adsumto, Ox. ὑπὸ πομπαῖς] conjunctim scribitur ὑποπομπαῖς Codd. Regg. Rob. Turn. Cant. 59. αἴης οἴχεται] γαίας ὄχεται Viteb. αἴας οἴχεται Ald. αἴης formam Ionicam eruit Brunck. e Regg. 61. οὓς πέρι] οὐδὲ περὶ Mosq. 63. ἡμερόλεγδον] ἡμερόλεκτον Guelf. 64. τρομέονται] τρομαίονται mendose Guelf. 65. πεπέρακεν] πεπέρακε μὲν Turn. περσέπτολις] περσίπολις Viteb. 67. χώραν] χθόνα Guelf.

παῖς. “Dum exspecto, qui doceat ὑπὸ illam induere compositis virtutem, qnam hic agnoscunt veteres critici, mihi dubium non erit, legendum quin sit ὑπὸ πομπαῖς, separatis, quæ male in unam vocem coaluere. Simplex πομπὴ pro *instinctu* habes in Aristid. tom. i. p. 181. πέμπουσι θείᾳ πομπῇ γῆν ἐπὶ πᾶσαν ἀφορμὰς τοῦ βίου· et Ζεφύρου πομπὰς dixit Pindar. Nem. Od. vii. v. 43. Hinc sensu valde commodo ὑπὸ πομπαῖς βασιλέως accipi poterit pro *regis ductu*.” *Abresch.*

59. ἄνθος ἀνδρῶν Περσίδος αἴης ut Agam. v. 205. ἄνθος Ἄργεος vel ’Αργείων de delecto juvenum virornmque bello gerendo idoneorum exercitu.

61. οὓς πέρι—μαλερῷ. *Propter quos omnes quæ eos genuit et aluit Asiatica tellus ingemiscit, flagrans desiderii igniculis.* μαλερῷ, *ardente, ignibus consumente*, bene de desiderio; uritur enim animus cupidine absentis amici videndi et quasi tabescit.

63. τοκέες τ’—τρομέονται. *Parentesque et uxores, singulos dies numerando, temporis mora et tarditate anguntur.*

ἡμερόλεγδον. “Sic Aristot. Natur. Animal. lib. vi. ἔνιοι διισχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερόλεγδον, h. e. decem menses continuos, (ita ut singuli dies numerentur.” ἡμερολεκτεῖν *quotidie numerare*.” *Stanl.*

65. πεπέρακε μὲν—χώραν. *Jam quidem transiit regis exercitus urbium vastator in vicinam oppositam regionem.* Chersonesum scil. Abydo exadversum sitam. ἀντίπορον, ut in Suppl. 553 ἀντίπορος γαῖα, et Eurip. Med. 210 ‘Ελλὰς ἀντίπορος. Eodem sensu ἀντήρη χώραν posuit Eurip. Troad. 220. et ἀντίπορθμος id. Jon. 1585.—” *Abresch.*

68—71. λινοδέσμῳ—πόντου. *Per rates lineis vinculis s. funibus inter se junctas,*

'Αθαμαντίδος Ἕλλας,
Πολύγομφον ὅδισμα
Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου.
Πολυάνδρου δ' Ἀσίας θούριος ἄρχων ἀντιστ.

69. Ἕλλας] Ἕλλης Guelf. Ald. Ἕλλας etiam in Viteb. legitur. 70. ὅδισμα] ἔρεισμα Rob.

fretrum Helles, Athamanti filiæ, i. e. Hellespontum *superans, pontem multis clavis firmatum, jugo cervicibus ponti imposito.* Pontem navalem, quo Xerxes Europam Asiæ junxit, luculenter describit Herodotus lib. vii. Post ὅδισμα ambigua est interpunctio, et jam olim pro eo legebatur Schol. teste, ἔρεισμα. Utra lectio verior sit, certo difinire non ausim. Si vero ὅδισμα teneas, melius est, colo a sequentibus disjungere, ut πολύγομφον ὅδισμα sit explicatio quædam verborum λινοδέσμῳ σχεδίᾳ, et ita connectatur cum antecedentibus, ut vel simul cum acc. πορθμὸν a participio ἀμείψας regatur, vel absolute positum sit. Sin ἔρεισμα legas, quod est *firmamentum*, aptius cum sequentibus ita construatur, ut sensus sit: *firmamento multis clavis revincto tamquam jugo cervicibus ponti imposito.* In his ζυγὸν—αὐχένι πόντου nobilis, est metaphora, non tamen ultra tragici sermonis altitudinem assurgens.

72. sqq. πολυάνδρου—ἰσόθεος φώς. In his v. 75. melius legi arbitror πεζονόμους, commate vel colo post θαλάσσης posito; quam quidem rationem Scholiastæ quoque placuisse suspicor. Sensus: *Populosæ autem Asiæ bellicosus rex gregem divinum*, h. e. *immensum, bifariam partim terrestres, partim ex mari s.* maritimas *copias agit, fortibus asperisque ducibus confisus.* E lectione πεζονόμοις gracilior sensus oritur, nec satis, ut ita dicam, rotundus; epitheta enim, quæ ad universas Xerxis copias pertinebant, tantummodo ducibus eorum tribuuntur. πεζονόμος, si accusativum legas, signif. *pedestris*, q. d. *qui pedestris pascitur.* Si dativum serves, est *pedestres pascens.* Illa ratione passive accipitur, ut ἀγρονόμος ap. Hom. Od. ζ. 106. Utrumvis legas, servatur translatio, quæ est in ποιμανόριον. "ποιμανόριον, *exercitum.* Non enim hoc vocabulo *gregem* tantum *ovium*, sed et populi significari, monet Eustathius, nostrum laudans in Iliad. ii. τὸ δὲ ποιμὴν λαῶν, ταυτὸν ὂν τῷ ἀνδρῶν· ποιμάνωρ συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε, καὶ τὸ τοιοῦτον ποίμνιον, ποιμανόριον. cf. infr. v. 239. Hesych. Ποιμάνωρ· ποιμὴν ἢ βασιλεύς." Stanl. στυφελὸς *asper*, i. q. *fortis, bellicosus*, quemadmodum Virgilius: *studiis asperrima belli*, de Carthagine. Æn. i. 14. ἐφόταις· Hesychius: 'Εφόρας· τοὺς ἡγεμόνας τῶν Περσῶν καταχρηστικῶς, proprie enim erant Atheniensium judices, qui de causis capitalibus cognoscebant.

χρυσογόνου γενεᾶς. *Genus auro prognatum* appellatur Xerxis genus, quatenus a Perseo deducitur, quem Danaë turri ænea inclusa ex Jove, qui in pluviam auream commutatus ei vitium fecerat, suscepisse dicitur. Fabula est notissima. Xerxem vero e Persei posteris esse, similiter fingit Lycophron, (Cassandr. v. 1403. sqq.) hisce versiculis, quos jam Stanl. adhibuit:

'Αλλ' ἀντὶ πάντων Περσέως ἕνα σπορᾶς
Στειλεῖ γίγαντα, τῷ θάλασσα μὲν βατὴ
Πεζῷ ποτ' ἔσται, γῆ δὲ ναυσθλωθήσεται
'Ρήσσοντι πηδοῖς χέρσον·

Persas vero omnes a Perseo nomen accepisse auctor est Herodotus lib.

Ἐπὶ πᾶσαν χθόνα ποιμανόριον
Θεῖον ἐλαύνει
Διχόθεν, πεζονόμοις, ἔκ τε θαλάσσης
Ὀχυροῖσι πεποιθὼς
Στυφελοῖς ἐφέταις, χρυ-
σογόνου γενεᾶς ἰσόθεος φώς.
Κυάνεον δ' ὄμμασι λεύσσων μονόστρ.
Φονίου δέργμα δράκοντος,
Πολύχειρ, καὶ πολυναύτης,
Σύριόν θ' ἅρμα διώκων,
Ἐπάγει δουρικλύτοις ἀν-

73. ποιμανόριον] ποιμανοίριον Viteb. 74. ἐλαύνει] ἐλαύναι Guelf. 75. πεζονόμοις] πεδιονόμοις Guelf. 78. χρυσογόνου] χρυσονόμου Ald. Turn. Utriusque etiam lectionis mentionem facit Schol. γενεᾶς] γυγιᾶς corrupte Viteb. ἰσόθεος] ἰσόθεον in quibusdam Codd. a se lectum esse testatur Steph. tumque non φὼς, sed φῶς scribendum fuisse recte monet. Sed nihil mutandum. Infra de regina occurrit θεῶν ἴσον φάος v. 149. unde fortasse aliquis hic genuinam lectionem emendandam putavit. 79. λεύσσων φονίου] βλέπων φονίου Viteb. λεύσων φοινίου Rob. 81. πολύχειρ] πουλύχειρ Ald. Rob. 82. Σύριον] ἀσσύριον Guelf. Rob. Reg. B. ἀσύριον Viteb. Mosq. Reg. A. Ald. Turn. ἅρμα] ἅμα Mosq. Ald.

vii. c. 61. ἐκαλέοντο δὲ (Πέρσαι) πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέν τοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι. Ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα τὸν Βήλου, καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην, γίνεται αὐτῷ παῖς ᾧ οὔνομα ἔθεντο Πέρσην. Τοῦτον δὲ αὐτοῦ καταλείπει. Ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσενος γένου. Ἐπὶ τούτου δὲ τὴν ἐπωνυμίην ἔσχον.

79. sqq. κυάνεον—ἄρην. *Oculisque cæruleum referens immitis s. cruenti draconis vultum, multo cum milite multisque cum navibus Assyrium currum agens, Martem arcipotentem adversus viros hastis nobiles ducit.* Sublimis descriptio! Similitudo draconis graviter designat trucem bellicosi regis vultum.

Σύριον. "Pro Assyrio, sicut monet interpres Græcus. Herodot. lib. viii. 63. de Assyriis verba faciens: οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. Strabo lib. xvi. οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν, ὅταν φασὶ Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύρους λέγουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι καὶ Νίνῳ κατεσκευασμένους τὸ βασίλειον. Oritur differentia ex additamento articuli Arabici." *Stanl.*

83. ἐπάγει—ἄρην. "*Contra Græcos, qui hastis in pugna usi sunt, adducit* Persas, *quibus arcus et sagittæ præcipua armatura.*" cf. v. 145. sqq. Herodotus Persarum arma recensens lib. vii. αἰχμὰς inquit, βραχέας ἔχον, τόξα δὲ μεγάλα, ὀϊστοὺς δὲ καλαμίνους. Et apud eundum lib. v. Aristagoras ἥ τε μάχη αὐτέων ἐστὶ τοιήδε, τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα. Ubi tamen in describendo arcu Persico parum inter se conveniunt A-

δράσι τοξόδαμνον ἄρην.
Δόκιμος δ' οὔ τις ὑποστὰς
Μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν,
Ἐχυροῖς ἕρκεσιν εἴργειν
Ἄμαχον κῦμα θαλάσσης.
Ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν
Στρατὸς, ἀλκίφρων τε λαός.
Δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ

84. ἄρην] ἄρη Rob. 86. φωτῶν] Viteb. add. τάξεσιν, quod e scholio verborum ἐχυροῖς ἕρκεσιν fluxit. 90. λαὸς] λεὼς Turn. λεὼς, quod et metrum poscit, est in Regg. 91. ἀπάτην Guelf. Vit. Mosq.

ristagoras et Herodotus, quem hic brevem, ille magnum dicit. Sub gerris et scutis ex humeris pendere pharetras discimus ex eodem Herodoto lib. vii. ὑπὸ δὲ φαρετρεῶνας ἐκρέμαντο. Strabo lib. xv. παρὰ δὲ τὰς φαρέτρας καὶ σαγάρεις ἔχουσι. Rursus eodem libro: ἔχει δ' ἕκαστος τόξον καὶ σφενδόνην." *Stanl.*

τοξόδαμνον. Rectius forte fuerit cum Pottero ad Lycophr. v. 1331. τοξοδάμνον scribere. Tzetzes enim ad illum locum monet, τοξόδαμνον esse *arcu domitum*, τοξοδάμνον vero, παροξυτόνως, *arcu domantem*. Quicquid sit, h. l. activam hujus vocabuli vim obtinere, certum est.

85. sqq. δόκιμος—λαός. *Neque quisquam idoneus, qui valeat, magno virorum torrenti*, immenso exercitui, *obnitens, firmo aggere*, opposita militum mole, *inexpugnabilem maris fluctum*, exercitum Persarum, cujus vim et impetum sustinere nemo potest, *propulsare. Sustineri enim non potest Persarum exercitus bellicosusque populus.* Allegoria nobilis, audax, lucida, sibique egregie constans. cf. Theb. v. 64. 116. Bene etiam comparavit Stanl. illud Ciceronis ad Attic. vii. 4. *Fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat.* δόκιμος] " Interpr. reddit *expectandus*, quasi legeretur προσδόκιμος. Rectius Schol. exp. ἀνδρεῖος. Hesych. τίλσιος, χρήσιμος." *Abresch.* Et Hesychii quidem glossa χρήσιμος hic optime quadrat. ἀπρόσοιστος] Ἀπρόσοιστος, ἀνυπομόνητος Hesych. qui vel in codice suo legit ἀπρόσοιτος, vel corrigendum ἀπρόσοιτος.

91. sqq. Δολόμητιν—φυγεῖν. *Insidiosam vero fraudem numinis quis mortalium evitet? Quis levi agilis pedis saltu se expediat? Amice enim initio blandiens ducit mortalem in retia, unde non licet homini sine noxa effugere.* δολόμητιν ἀπάταν θεοῦ ita accepit Stanl. ut Æschylum ad somnium illud respexisse putaret, quod, Herodoto narrante, bis Xerxi apparuerat, minitans, ni extemplo expeditionem susciperet, eum brevi ad incitas redactum iri. Quamquam vero eodem trahit illa quæ v. 101. sequuntur, mihi tamen haud persuasit vir doctissimus, Æschylum nocturnum illud Xerxis visum in hanc fabulam illigare voluisse. Ego potius h. l. universe, sine respectu ad illud somnium, hanc sententiam designari statuo, magnam hominis fortunam sæpissime cladis alicujus aut calamitatis prænuntiam esse. Nimirum duæ sunt opiniones veterum de divini numinis erga fortunam hominum habitu; altera, qua deum eundem hominem perpetuo beatum esse ferre posse negabant; al-

Τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;
Τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδή-

92. θνατὸς] θνητὸς Vit. θεοῦ—θνατὸς absunt Mosq.

tera, qua divinum numen ipsam hominis felicitatem, præsertim si ea insolenter abutatur, insciente eo ac minime sperante in perniciem convertere statuebant. Illam igitur ob causam deo *invidiam*; hanc ob rem autem ei *dolum* s. *fraudem* tribuunt. Prioris sentiendi loquendique rationis exemplum occurrit ap. Herodot. ubi lib. iii. c. 40. Amasis ad Polycratem scribit,—se quidem ejus prospera fortuna delectari, sed propterea quod nimia sit ejus prosperitas, et humanitatis modum excedat, sollicitum esse; non ignotam enim sibi esse numinis invidiam. ἐμοὶ δὲ, inquit, αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν—οὐδένα γὰρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος, εὐτυχέων τὰ πάντα. Eodem modo Artabanus Xerxem a bello adversus Græciam avertere cupiens invidiam hanc divini numinis commemorat lib. vii. c. 10. ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· οὕτω δὴ καὶ στρατὸς πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται κατὰ τοιόνδε· ἐπεάν σφι ὁ θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ ἢ βροντὴν, δι' ὧν ἐφθάρησαν ἀναξίως ἑωυτῶν, οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν. Itaque cum h. l. Chorus de dolosa fraude numinis loquitur, nihil aliud intelligit, quam deum summam hominum fortunam subito sæpe evertere, eosque nec opinantes, ac rerum suarum prosperitati nimium quantum confisos, in acerbissimas calamitates, unde se expedire nequeant, conjicere. Quocirca Æschylum in his ad somnium illud regis a Herodoto narratum respexisse, tantum abest ut concedam, ut potius illud ei forte ne in mentem quidem venisse existimem. Certe si Stanleii conjectura valeret, infra ubi Darius quærit, quid Xerxen, ut Græcos bello persequeretur, impulerit, Chorici senes hoc somnium silentio non præteriissent. Quid enim ad excusandum Xerxen majorem potuisset vim habere, quam si per nocturni visi fallaciam eum a deo ad suscipiendum bellum excitatum fuisse docuissent?

δολόμητιν. In hoc epitheto non inest injustitiæ criminatio. Ad[hi]c enim tragicus noster eandem ἀπάτην justam appellavit, versiculo ab Eustath. ad Iliad. β. commemorato; ὅτι δὲ ἔστιν, sic ille, οὐ μόνη κακὴ ἀπάτη, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ, Αἰσχύλος δηλοῖ εἰπὼν,

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

93. τίς—ἀνάσσων. Sic utique ad metri integritatem scribendum, non ἀνάσσων. Inepta in cod. Reg. B. glossa εὐδαιμῶν, κρατῶν. Credo equidem a veteribus Atticis ἄσσω scriptum fuisse sine iota. Sed scriptura illa si hodie admitteretur, minus exercitatis molestiam sæpe facesseret. Qui enim distinguerent ἀΐσσω, cujus thema ἄιξ, ab ἀνάσσω significante ἀναΐσσω?—H. l. autem notanda est enallage Poëtis frequens: τίς ὁ κραιπνοῦ ποδὸς εὐπετεῖ πηδήματι ἀνάσσων. Sic Sophocl. Electr. 19. μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη, pro ἐκλέλοιπεν ἄστρα μελαίνης εὐφρόνης. Eurip. Hel. 1098. παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χρόος, pro παρῇδος χροΐ. Orest. 227. ὦ βοστρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα, pro ὦ βοστρυχόι πινώδεις ἀθλίου κάρα. Exempla passim obvia apud utriusque linguæ poëtas."—" *Brunck.* Imo et Germanorum lingua nonnunquam imitari potest. v. c. Æschyli versiculos illos ita

ματος εὐπετέος ἀνάσσων ;
Φιλόφρων γὰρ σαίνου-
σα τὸ πρῶτον, παράγει
Βροτὸν εἰς ἀρκύστατα,
Τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνα-
τὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.
Θεόθεν γὰρ κατὰ μοῖρ' στρ. α'.
Ἐκράτησεν τὸ παλαι-
όν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
Πολέμους πυργοδαΐκτους
Διέπειν, ἱππιοχάρμας
Τε κλόνους, πόλεών τ' ἀναστάσεις.

94. εὐπετέος] εὐπετέως Mosq. ἀνάσσων] ἀνάσσων Guelf. Ald. ἀνάσσων φιλόφρων γὰρ omittit Mosq. ἀναίσσων Turn. ἀναΐσσων Victor. 97. ἀρκύστατα] ἀρκύσαντα Rob. mendose. ἀρκύστατα conj. Pauw. 98, 99. οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα] alii teste Steph. οὐκ ἔστιν ὕπερθεν τὸν ἀλύξαντα. 104. ἱππιοχάρμας] ἱππιοχάρμονας Viteb. Mosq. 105. πόλεών τ' ἀναστάσεις] πόλεων τὲ ἀνστάσεις Turn.

vertere licet : *Wer kann mit behendem Fusse, leichten Sprunges, entkommen?* vel sic : *Wer kann mit einen leichten Sprunge des behenden Fusses entkommen?*"

πηδήματος. Metaphora ducta est a bestiis, quæ capiuntur in foveis, stramento aut virgulto tectis, unde exsilire non datur.

95. φιλόφρων γὰρ σαίνουσα, simulata *benevolentia blandiens*, scil. ἀπάτη illa ; pertinet ad ingentem illam fortunam, quæ hominis perniciem antecedere solet.

98. τόθεν—φυγεῖν. E tribus hæc verba construendi interpretandique rationibus, quas attulit Abreschius, unam tantum, quæ unice vera est, omissis reliquis, enotamus. ὑπὲρ nimirum cum φυγεῖν, a quo disjunctum est, connectendum : τόθεν οὐκ ἔστιν θνατὸν ὑπερφυγεῖν ἀλύξαντα, *unde mortalis non potest sine noxa effugere*, s. *quos laqueos nemini mortali superare licet, etiamsi omnibus viribus id conetur*. Atque ita dicitur, eodem observante Eurip. Bacch. v. 868. φυγεῖν ὑπὲρ ἀρκύων, et infra Agam. v. 366. ὑπερτελέσαι δίκτυον. it. v. 1385. ἀρκύστατον, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος.

100. sqq. θεόθεν—ἀναστάσεις. *Divinitus enim jam dudum* prospera *fortuna obtinuit, Persasque adegit, ut bella gererent, turribus infesta, tumultuque equis gaudente*, h. e. prœlio equestri, *urbiumque eversionibus occuparentur*. μοῖρα h. l. non universe de fato, sed de felici Persarum fato accipio, quo nimirum usi sic insolescebant, ut animos ad bella gerenda converterent. πόλεμοι πυργοδάϊκτοι de obsidione urbium, et prœliis inter oppugnatores obsessosque commissis ; at πόλεων ἀναστάσεις designat urbium jam expugnatarum eversionem. κλόνος de turba ac tumultu hostium in pugna congressorum, ut apud Homer. ε'. 167. π'. 331. ἐπέσκηψε autem, *inflixit*, h. l. de imposita necessitate pugnandi, cui resisti non potest.

Ἔμαθον δ' εὐρυπόροι- ἀντιστρ. α'.
ο θαλάσσας πολιαι-
νομένας πνεύματι λάβρῳ
Ἐσορᾶν πόντιον ἄλσος,
Πίσυνοι λεπτοδόμοις πεί-
σμασι, λαοπόροις τε μηχαναῖς.
Ταῦτά μοι μελαγχίτων στρ. β'.

107. θαλάσσας] θαλάσσης Ald. Turn. Cant. 108. πολιαινομένας] πολιαινομένης Ald. Turn.

106. sqq. ἔμαθον—μηχαναῖς. Stanl. ita vertit: *didicerunt vero vasti maris, albicantis flamine rapido, aspicere marinum nemus, freti tenuiter textis rudentibus et populum transfretantibus machinis*; qua in versione poëtæ dictio non tautologiæ solum insulsæ, sed inficetæ quoque translationis speciem induit. Quomodo enim ferri possit *maris* marinum *nemus?* Aut quomodo *mare* cum *nemore* comparetur? Sed ista interpretis, non poëtæ culpa est. Primum enim etsi πόντος ac θάλασσα synonyma sunt, non tamen ita sunt similia, ut prorsus nihil differant; πόντος enim præterea quod mare significet, certi alicujus maris propriam habet notionem adjunctam, quod secus est in θάλασσα, adeoque, sicut Æschylo quidem licuit hac figura verborum uti, σκάφη νεῶν, idem vero si νᾶες νεῶν dixisset, omnibus profecto, qui eum audirent, risum debuisset: ita πόντιον ἄλσος θαλάσσης excusari potest, non item si dixisset θαλάσσιον ἄλσος θαλάσσης. Itaque saltem non *maris marinum nemus*, sed *pelagi marinum nemus*, aut *ponti marinum* nemus vertere debebat interpres. Accedit quod Æschylus πόντιον de Hellesponto videtur intellexisse, certe, quæ sequuntur, eum Hellespontum a Xerxe trajectum spectasse planum faciunt. Ἄλσος autem h. l. non *nemus*, sed *pratum* significat, adeoque πόντιον ἄλσος ita dicitur, ut Ciceroni placuit in Arateis: *Neptunia prata secantes*, quem locum in notis ad partes vocavit Stanleius. Plura dabimus in lex. Æschyl. v. ἄλσος. Itaque Latinis verbis hoc potius modo reddenda sunt Græca: *didicerunt vero* (nempe antea ob rei nauticæ ignorantiam nondum docti) *vasti maris ventorum impetu albescentis pontica prata* (vel si mavis, *vasti pelagi marina prata*) *intueri*. λεπτόδομα πείσματα, *rudentes a tenuibus filis contexti*; et hæc quidem, tanquam partim pro toto, de navibus Xerxis intelligo; λαοπόρους autem μηχανάς de ponte navali, quo Xerxes Hellespontum trajecit, accipio, cujus descriptio exstat ap. Herodot. lib. vii. c. 36. Sensus igitur verborum πίσυνοι—μηχαναῖς detracto ornatu poëtico hic est: *freti navibus et ponte navali.*

112. sqq. ταῦτά μοι—λακίς. Ab stropharum sensu et verborum consecutione Scholiastes pariter atque interpres Latinus valde aberravit. Vere enim sic explicandæ: *Propterea mihi tristia præcordia metu vellicantur* s. *punguntur, ne istum clamorem, Heu! Persarum exercitum! audiat civitas, urbs magna Susidis viris vacua*; illique clamori *Cissina urbs respondeat, Heu, illud verbum* (scil. ἐά) *universa mulierum caterva vociferante, byssinique mulierum pepli*, præ dolore *lacerentur*. In Græcis tamen paululum languere videtur τοῦδε post στρατεύματος; quam ob causam pro eo legendum opinor τοῦτο, ita ut commata

Φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ,
Ὀᾶ Περσικοῦ στρατεύματος
Τοῦδε, μὴ πόλις πύθη-
ται κένανδρον μέγ'
Ἄστυ Σουσίδος,
Καὶ τὸ Κίσσινον πόλισμ' — ἀντιστρ. β'.
Ἀντίδουπον ἔσσεται.
Ὀᾶ τοῦτ' ἔπος γυναικοπλη-

118. Κίσσινον] Κισσίνων Viteb. Mosq. 120. τοῦτ' ἔπος absunt Turn.

post στρατεύματος posito, τοῦτο sublata distinctione cum μὴ πόλις quam proxime cohæreat, eodemque modo ad præcedentia ὀᾶ Περσικοῦ στρατεύματος referatur, quo in antistrophe sequente τοῦτ' ἔπος refertur ad præcedens ὀᾶ. Nempe metuebat Chorus, ne serius ocius adventurus esset nuntius clamans: *Heu Persicum exercitum!* sc. deletum; illumque clamorem audiret vacua viris urbs Susorum, eumque redderet Cissina civitas, omni mulierum turba lamentabilem illam vocem HEU (ὀᾶ,) quam ex nuntio primum audierant, repetente. Cl. Brunckius hunc locum Græcis verbis ita explicavit: διὰ ταῦτα φοβοῦμαι ὑπὲρ τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος, μὴ πόλις πύθηται. . . . καὶ τὸ Κίσσινον πόλισμ' ἀντίδουπον ἔσσεται, τοῦ γυναικοπληθοῦς ὁμίλου ἀπύοντος, Ὀᾶ, καὶ μὴ λακισθῶσιν οἱ βύσσινοι πέπλοι. In quibus ut alia melius quam ceteri, tum hoc præclare vidit γ'. ὅμιλος ἀπύων nominativos esse consequentiæ. At quomodo priora intellexerit, non satis assequor. Quantum enim ex ejus paraphrasi conjicio, dativum φόβῳ ita construxit, ut ab eo regeretur genitivus Περσικοῦ στρατεύματος, vel saltem omissa et subintellecta præpositione ὑπὲρ ab eo penderet; cum eodemque reliqua oratio per μὴ conjuncta procederet. In quo si recte viri doctissimi mentem interpretor, necessarium foret ista μὴ πόλις πύθηται—Σουσίδος hoc modo reddere: *Vereor, heu, de isto Persarum exercitu, ne civitas audiat evacuatam esse viris Susidis urbem.* Verum hanc rationem quo minus amplectar, duo sunt, quæ me prohibeant; alterum quod Susorum urbem ceterasque viris vacuas esse, jam antea questus erat Chorus, neque ea res ejusmodi erat, ut eam a nuntio demum audire deberent; deinde quia illa quam exposui interpretatione arctioribus inter se Strophe et Antistrophe vinculis constringuntur.

ὀᾶ Περσικοῦ στρατεύματος. Simili, quam Chorus hic timet, exclamatione postea utitur is, qui cladem Persarum nuntiat v. 248. sqq. πόλις et ἄστυ κένανδρον Σουσίδος, per appositionem nostro familiarem.

119. ἀντίδουπον. Sic v. 1036. βόα νυν ἀντίδουπά μοι. Atque sic nuntii clamorem vicissim clamoribus excipit Chorus v. 254. sqq.

120. ὀᾶ τοῦτ' ἔπος. Ut h. l. τοῦτ' ἔπος refertur ad præcedens ὀᾶ, sic Prometh. 988. postquam Prometheus vocem ὤμοι emiserat, Mercurius subdit: τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται.

120. sq. γυναικοπληθὴς ὅμιλος ἀπύων nominativi absoluti; quo ante Brunckium, qui conferri jubet Eurip. Hel. 296. Phœniss. 290. Sophocl. Œd. Col. 1119. Œd. Tyr. 60. Abreschius animadverterat, laudato Salmas. de Usur. p. 715.

θὴς ὅμιλος ἀπύων·
Βυσσίνοις δ' ἐν πέ-
πλοις πέσῃ λακίς.
Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας — στρ. γ'.
Καὶ πεδοστιβὴς λεὼς
Σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπε
Μελισσᾶν, σὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ,
Τὸν ἀμφίζευκτον ἐξα-
μείψας ἀμφοτέρας ἅλιον
Πρῶνα κοινὸν αἴας.
Λέκτρα δ' ἀνδρῶν πόθῳ — ἀντιστρ. γ'.

124. ἱππηλάτας] τε additur Rob. Vict. Cant. abest autem a codd. Regg. et recte expunxit Brunckius; metrum enim corrumpit. **127.** μελισσᾶν] μελισσάων Reg. B. Guelf. μελισσῶν Ald. Turn. Vict. etc. Brunckius veram scripturam assecutus est, μελισσᾶν. **128.** ἐξαμείψας] ἀμείψας Viteb.

123. ἐν πέπλοις πέσῃ λακὶς, periphrasi poëtica pro πέπλοι λακισθῶσιν. "Etiam apud Persicas mulieres in summo luctu vestes scindere moris erat." Ita Diodor. Sic. lib. xvii. post Darium victum mulieres τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηττούσας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν excessisse tradit. Curt. lib. iii. c. 10. "ingens circa eam nobilium feminarum turba constiterat, et laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores etc."—Porro abscissis vestimentis lugubria induebant mulieres Persicæ. Curt. lib. x. *Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est; abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit.*" Stanl.

124. sqq. Eandem quæ supra occurrerat v. 12. sqq. sententiam h. l. repetit Chorus, sed majore copia verborum et varietate imaginum usus. *Omnis enim equestris pedestrisque populus tanquam apium examen excessit, una cum duce exercitus, utrinque ponte junctum utriusque terræ* Asiæ et Europæ *commune promontorium trajiciens.* πρῶνα κοινὸν αἴας, ἀμφοτέρας intellige Chersonesum Thracicam, quæ tanquam isthmus aut promontorium ab Europa versus Asiam procurrit, adeoque utriusque communis dici potest. ἀμφίζευκτος vero appellatur, quia ab utroque Hellesponti littore ponte jungebatur. ἅλιος πρὼν, *peninsula s. terræ tractus in mare prominens.*

131. sqq. Si vulgatam v. 134. lectionem sequamur, intp: *Lecti autem virorum desiderio lacrymis implentur; Persides vero summa tristitia oppressæ; unaquæque desiderio viri amante ferocem bellicosumque maritum prosecuta solitaria relinquitur.* Sed præter tautologiam a me jam in V. L. notatam, quæ ex repetito πόθῳ exsistit, veritas quoque suavissimæ imaginis lectione πόθῳ φιλάνορι adulteratur. Nam ille mulierum amantium sensus, quo discedentes ad bellum maritos prosequuntur, προπέμπουσαι, desiderium recte dici nequit, quippe quod post aliquam temporis moram demum oritur. Sed in hoc discessu mœrent mulieres, dolent, anguntur, et cum potissimum virorum in

Πίμπλαται δακρύμασι·
Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς,
Ἑκάστα πόθῳ φιλάνορι.
Τὸν αἰχμάεντα θοῦρον.
Εὐνατῆρα προπεμψαμένα
Λείπεται μονόζυξ.
Ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι, τόδ' ἐνεζόμενοι μονόστρ.

132. πίμπλαται] Sic Viteb. πίμπλανται Guelf. Ald. πεπίμπλαται conj. Arnald. ita hos versus constituens:

λέκτρα δ' ἀνδρῶν πόθῳ πε-
πίμπλαται δακρύμασι.

ut prior esset creticus dim. hypercatal. posterior trochaicus dimeter catalectic. Verum Heathii ratio præferenda, quam et Brunckius tenuit. 134. ἑκάστα] Sic Codd. Regg. ἕκαστα Viteb. ἑκάστη Turn. πόθῳ] Ferenda non est tautologia horum verborum πόθῳ φιλάνορι, cum v. 131. duobus tantum versiculis interjectis jam positum sit ἀνδρῶν πόθῳ. Sæpe jam monuimus, ut copiam et varietatem Æschyli lectores observarent. Eumne igitur bis eadem in periodo dixisse credamus? Absit per omnem modum. Particula δὲ quoque post ἑκάστα vix abesse potest. Itaque sic emendandum esse h. l. statuo:

ἑκάστα δ' ἤθῃ φιλάνορι

idque cum προπεμψαμένα arctissime copulandum: Ἦθη· φροντὶς, ὥρα, φόβος, Hesychius. Sensus: *et unaquæque bellicosum virum cura mariti amante prosecuta, solitaria relicta est.* Pauwius, ut eidem vitio occurreret v. 131. pro ἀνδρῶν πόθῳ legendum putabat ἀνδρῶν πόνῳ. Sed ibi nihil mutandum est. φιλάνορι] Lepidam hic Arnaldo fraudem fecit vitium Stanleianæ editionis typographicum; ibi enim exaratum est φιλάνορει, e quo cum se Arnaldus expedire non posset, nec alias editiones inspexisset, emendandum opinabatur φιλανόρῳ, quod Græcum non est; adeoque sordes, ut ita dicam, sordibus eluebat. 135. αἰχμάεντα] Ita Regg. αἰχμητάεντα vitiose Ald. αἰχμήεντα Rob. Turn. Vict. etc. 136. εὐνατῆρα προπεμψαμένα] Hoc ut multo aptius restitui e Rob. Vulg. εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένα. Cod. Reg. A. in contextu legit εὐνατῆρα προπεμψαμένα. Primæ verbi syllabæ superscriptum ἀπὸ tanquam glossema. 138. ἄγε] ἄγετε Viteb. quod

pericula ruentium afficiuntur. Comparet lector illustrem Homeri locum, ubi Hector ab Andromacha discedit, Il. vi. 407. sqq; nullum ibi in Andromacha desiderii vestigium; adhuc enim in Hectoris amplexibus hærebat; sed curæ ac sollicitudinis omnia plena. Itaque si ἑκάστα δ' ἤθῃ φιλάνορι (e δ' ἤθῃ primum πόθῃ post πόθῳ fieri potuit) reponamus, non solum jejunæ tautologiæ maculam abstergemus, verum etiam integritatem imaginis poëticæ servabimus. In discessu virorum *cura* mulierum animos attentos tenebat, sollicitos vice maritorum, quos tot belli pericula manebant; post longam vero absentiam accedebat etiam desiderium; indeque nocturnæ lacrymæ, quibus lectos irrigabant, a viris sejunctæ.

μονόζυξ *solitaria*, metaph. ducta ab equis eidem jugo adsuetis, jamque inter se disjunctis.

138. sqq. ἀλλ' ἄγε—κεκράτηκεν. *Sed agite Persæ, assidentes antiquis hisce*

Στέγος ἀρχαῖον,
Φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον
Θώμεθα, χρεία δὲ προσήκει,
Πῶς ἄρα πράσσει Ξέρξης βασιλεὺς,
Δαρειογενὴς, τὸ πατρωνύμιον
Γένος ἁμέτερον·
Πότερον τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν,
Ἢ δορυκράνου
Λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν.
Ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς

Zennius ortum esse vidit ab eo, qui ignoraverit ἄγε cum plurali quoque numero recte jungi. 143. πατρωνύμιον] πρωνύμιον ex non intellecto scripturæ compendio Guelf. πατρώνυμον Mosq. Sed hic locus mihi videtur interpolatione depravatus. Suspicionis causas exposui in Commentario ad h. l. 145. πότερον] πρότερον Rob. τόξου ῥῦμα] τόξον ῥῦμα Ald. 146. δορυκράνου] δορύκρανον Ald. Rob.

ædibus, regio palatio, *gnaviter et prudenter curemus, urget enim necessitas*, ut sciamus, *quid rerum gerat Xerxes Darii filius generi nostro cognatus; teline conjectus vicerit*, (h. e. *Persæne arcubus instructi*) *an cuspidatæ lanceæ vis* (h. e. *Græcorum*) *superior discesserit*. φροντὶς κεδνὴ *proba* est et *gnava*, socordiæ contraria, βαθύβουλος autem *sollers, consilii plena*, imprudentiæ opposita. Hæc autem exhortatio Chori hanc vim habet, ut omnibus modis exquirendum et sciscitandum esse dicant, quanam fortunæ conditione utatur Xerxes cum exercitu; itaque præcipue ad nuntios et exploratores in Græciam mittendos spectat.

χρεία δὲ προσήκει. Hæc necessitas in eo posita, quod diu nullus nec pedestris nec equestris ab exercitu venisset, qui senes cura et sollicitudine liberaret. cf. v. 14.

Δαρειογενὴς τὸ πατρωνύμιον γένος ἁμέτερον. Quid hoc est *genus nostrum a patre nominatum?* quod etiamsi de Perseo Persarum, ut ferebatur, generis auctore caperemus, tamen incommode dictum esset. Æschylus mihi scripsisse videtur: Δαρειογενὴς, γένος ἁμέτερον, *Darii filius, idemque* (ut Persa) *nobis cognatus*; sicut notissimum illud τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν significat, *nos cum eo cognati sumus*. Vocabulum vero πατρωνύμιον irrepsit, ut opinor, e nota Grammatici, qui ad marginem vel intra lineas adscripserat: πατρωνυμικόν· moniturus nempe adjectivum Δαρειογενὴς patronymicum esse. Quo recepto facile alius nescio quis articulum τὸ inseruit.

τόξου ῥῦμα verbotenus est *arcus tensio* s. ut Cel. Morus (in ind. in Xenoph. ἀναβ. v. ῥῦμα) *teli conjectus*; ponitur autem pro militibus arcus gerentibus ac tela emittentibus, et consequenter Persas designat, quemadmodum δορυκράνου λόγχης ἰσχὺς simili verborum figura Græcos hastis armatos notat. Ut h. l. τόξου ῥῦμα, sic supra τοξουλκὸν λῆμα, et v. 84. τοξόδαμνος ἄρης de Persis.

λόγχη δορύκρανος, *hastile ferro præfixum* Virg. v. 557.

148. sqq. ὀφθαλμοῖς non cum Schol. et interpr. de senum oculis accipio, sed

Φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως,
Βασίλεια δ' ἐμὴ, τὴν προσπιτνῶ.
Καὶ προσφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν
Πάντας μύθοισι προσαυδᾷν.

ΧΟΡΟΣ. ΑΤΟΣΣΑ.

Χο. Ω ΒΑΘΥΖΩΝΩΝ ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη,

150. τὴν omissum Guelf. Ald. Rob. Turn. Vict.

cum θεῶν conjungendum existimo; quo pacto hic sensus efficitur: *Verum ecce lumen, quale ex deorum oculis emicat, nobis exoritur. Prodit enim* Atossa, *regis mater, regina nostra, quam adoramus.* φάος ἶσον ὀφθαλμοῖς θεῶν, phantasia nobilissima ac decentissima; significant enim Atossæ vultum populo tanquam deæ vultum affulgere.

τὴν προσπιτνῶ. "Moris erat apud Persas, ut regem adeuntes proni adorarent, priusquam in congressum colloquiumque venirent. Tithraustes ap. Ælianum, V. H. lib. i. c. 21. Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Soph. in Or. v. 1519. προσκυνῶ σ' ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπιτνών. cf. Curt. lib. viii. c. 1. Valer. Max. vii. 3. Hujus vero legis rationem reddit Artabanus Persa apud Plutarch. in Themistocle, Ἡμῖν, inquit, πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστιν, τό τε τιμᾷν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τοῦ πάντα σώζοντος." *Stanl.*

προσφθόγγοις μύθοις προσαυδᾷν. Gravius hoc est, quam simplex προσαυδᾷν. Significant enim reginam non sine honorifica compellatione, qualis ea est, quæ v. 153. sq. continetur, alloquendam esse. Inest igitur notatio venerationis; ut apud Romanos blandius et officiosius erat, nominatim aliquem compellare, quam simpliciter, nomine non addito, affari.

IN SCENAM II.

v. 153—246.

153. sqq. Atossam ex regia prodeuntem hisce verbis alloquitur Chorus: *O Regina Persidum alte cinctarum, grandæva Xerxis mater, salve Darii uxor; namque tu dei Persarum conjux eras, dei quoque mater es, nisi forte vetus fortuna nunc exercitum deseruit.* Omnia verborum lenocinia hoc uno alloquio inclusa sunt. Laudant enim senes Atossam a dignitate, a sexus sui principatu, a matrimonio, a materna felicitate, unde commode ad enuntiandam animi solicitudinem transeunt. θεὸς Περσῶν dicitur rex, quatenus et ipse felix est, et subditorum civium fortunas recte tuetur. Itaque Chorus tantisper Atossam Dei Persarum matrem appellari posse denuntiat, doneo Xerxes res bene gesserit. δαίμων παλαιὸς, *pristina felicitas.* "Interpres, *nisi forte vetus infelicitas exercitum invaserit,* quem sequitur Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 386. et Ran. v. 859. Δαίμονα scil. accipientes pro infortunio, quibus haud queo accedere, quod non videam τὸ εἴ τι μὴ μεθέστηκε ita qui possit intelligi. Quin permittere non videntur Atossæ verba, quæ responsi loco subdit εὐδαιμῶς οὐδ' ἀδείμαντος etc. Recte haud dubie Schol. ad v. 153. explicuerat εὐτυχίαν, εὐδαιμονίαν. Μεθέστηκε valet *reliquit,* i. q. ἀφίστηκεν, ut expl. Hesych." *Abresch.*

Μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιὰ, χαῖρε Δαρείου γύναι,
Θεοῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς,
Εἴ τι μὴ δαίμων παλαιὸς νῦν μεθέστηκε στρατοῦ.
Ἄτ. Ταῦτα δὴ λιποῦσ' ἱκάνω χρυσεοστόλμους δόμους
Καὶ τὸ Δαρείου τε κἀμὸν κοινὸν εὐνατήριον·
Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς· ἐς δ' ὑμᾶς ἐρῶ
Μῦθον, οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος, φίλοι,
Μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀνατρέψῃ ποδὶ
Ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινός.
Ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσὶ,

155. εὐνάτειρα] εὐνήτειρα Viteb. θεοῦ δὲ καὶ] καὶ omittit Viteb. Ald. Rob. 156. στρατοῦ] στρατῷ Ald. Vict. Genitivum recte restituit Brunckius e Cod. Reg. A. 157. χρυσεοστόλμους] Ita Victor. χρυσεοστόλβους Guelf. Turn. χρυσεοστόλους Viteb. Rob. χρυσοστόλβους mendose Ald. 158. κἀμὸν] Sic Regg. Vit. Ald. Rob. κἀμοῦ Turn. Vict. Cant. εὐνατήριον] εὐνητήριον Guelf. 159. καί με] καί μοι Vit. καί μου Ald. 160. οὐδαμῶς ἐμαυτῆς] ἐμαυτῆς οὐδαμῶς Guelf. Rob. 161. κονίσας] κονίσσας Rob. ἀνατρέψῃ] ἀντρέψῃ vulg. ἀνατρέψῃ Viteb. Reg. A. ἀνατρέψει Mosq. 162. ἦρεν] εἶλεν Ald.

159. sqq. respondet Atossa: *Propter hoc ipsum*, sollicitante me nimirum filii mei fortuna, *venio relictis auro ornatis ædibus thalamoque Dario mihique communi; pungit et meum animum sollicitudo; habeo enim quod vobis narrem*, somnium scil. quod me terruit, *quamquam et alias meapte sponte minime sum timoris expers*, sed metuo potius, *amici, ne magna* illa *opulentia* nostra, *celeriter festinans, pede proruat felicitatem, quam Darius non sine divino numine acquisivit.*

μῦθον sine dubio de narratione somnii quam parat intelligendum.

ἐμαυτῆς i. q. ἀπ' ἐμαυτῆς, etiamsi illum somnium non accessisset, se tamen suopte ingenio satis timidam esse ostendit.

μὴ μέγας πλοῦτος. Decoram hanc allegoriam non omnino recte ceperunt interpretes. κονίσας οὖδας, *solum pulvere spargens*, quemadmodum Homericum illud κονίοντες πεδίοιο nihil aliud est ac *festinantes*. *Opulentia* autem *festinans* dicitur pro celeriter crescente. Et ut ii qui currere festinant, facile pedibus columnam, aut si quid occurrat ejusmodi, proruunt, sic opulentia dicitur celeriter festinando felicitatem eversura.

ὄλβον. "Hinc perspicere est discrimen πλοῦτον inter et ὄλβον, quod tangunt Ammom. Thom. Mag. et Eustath. ad Iliad. α'. p. 1502, 15. et ad Iliad. γ'. p. 304, 8. cf. Etymol. Hesych. et Spanhem. ad Callim. H. Jov. v. 84. add. inf. v. 250." *Abresch.*

ὃν Δαρεῖος ἦρεν—τινός. Quam felicitatem Darius erexit, non sine Dei alicujus auxilio. Pergit enim in allegoria quam cœperat, ut felicitatem cum stante columna comparet. Simile est notissimum illud Horatianum (Carm. i. 35, 13.) ad fortunam: *Injurioso ne pede proruas stantem columnam.*

163. sqq. ταῦτά μοι—σθένος πάρα. Horum verborum sensus quidem facilis et planus, at structura impeditior

Μήτε χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος ἐν τιμῇ σέβειν,
Μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς, ὅσον σθένος πάρα.
Ἔστι γὰρ πλοῦτός γ' ἀμεμφής, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος.
Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω, δεσπότου παρουσίαν.

164. σέβειν] πέλειν conj. Pauw. sed nihil opus. 167. νομίζω] νομίζου Vit. δεσπότου] δεσπότης Ald.

est. Ait enim Atossa duplici cura sibi animum pertentari, metuenti ne vel opes sine viris maneant, vel viri opibus exuti redeant. Neutrum vero optabile esse, cum nec opes absque viris in honore sint, nec viris quamvis fortibus bene sit, nisi etiam opes accedant. ταῦτα h. l. omissa præpositione *propterea.* μέριμν' ἄφραστος, *infanda cura*, sicut *infandum dolorem* dixit Virgilius pro *immenso.*

μήτε—σέβειν. Obscurum est, quo pertineat σέβειν; itaque vel omissum est τινὰ, ut ἐν τιμῇ σέβειν nihil aliud sit quam ἐν τιμῇ ἄγειν, hoc sensu: *neque quemquam opum sine viris multitudinem honore prosequi;* vel ἐν τιμῇ σέβειν dictum pro ἐντίμιον, ὥστε τινὰ σέβειν, *neque opum sine viris multitudinem eo in honore esse, ut eam aliquis colat.* Si pro σέβειν legeretur φλέγειν, nihil esset laborandum. Id enim optime conveniret sequenti λάμπειν, q. d. *neque opes sine viris in honore lucere, neque viris sine opibus felicitatis lucem affulgere.* Sed Æschylum sic scripsisse evinci nequit.

μήτ' ἀχρημάτοισι scil. ἀνδράσι λάμπειν φῶς, scil. τόσον, ὅσον σθένος πάρα, *neque viris, quamvis fortibus, absque divitiis tantam felicitatis s. salutis lucem affulgere, quanta ipsis fortitudo insit.* φῶς h. l. translate, de felicitatis flore. Melius tamen forte fuerit de *honore et existimatione* intelligere, ut viri fortes, si opibus careant, nequaquam in tanto honore, quantum eorum virtus postulet, haberi dicantur. cf. lex. Æschyl. v. φῶς.

166. *ἔστι γὰρ—φόβος. Nam divitiæ quidem nobis sunt non contemnendæ, sed circum oculos meos timor.* ἀμεμφὴς h. l. i. q. ἄφθονος, *multus, magnus;* sicut antea μέγας πλοῦτος. Inepte latinus interpres a Scholiaste græco deceptus vertit: *de oculis vero metus;* quasi ὀφθαλμοῖς metaphorice de viris, inprimis de Xerxe, dictum sit; qua quidem metaphora h. l. nihil fuisset ineptius. Imo hoc dicit Atossa, timorem, maxime ex viso nocturno, quod mox narratura est, atris quasi alis sibi oculos circumvolare. Universe autem hic φόβος refertur ad eadem quæ v. 161. a se timeri dixerat, μὴ μέγας πλοῦτος etc.

167. *ὄμμα γὰρ—παρουσίαν.* Quamquam hic versiculus seorsim spectatus nihil habet, quod poëta nostro indignum sit; pulcra enim est sententia: *oculum domus arbitror domini præsentiam;* tamen si nexum ac perpetuitatem orationis considero, vix mihi tempero, quin eum hic ab aliena manu intrusum esse suspicer. Fieri potuit, ut Grammaticus nescio quis, qui sententiam v. 164. attentius tractasset, aut v. 166. ὀφθαλμοῖς perperam de *viris absentibus* cepisset, hunc versum adscriberet, sive a se fictum, sive aliunde, ut sæpe factum scimus, propter similitudinem argumenti translatum. (Sic post v. 252. in ed. Rob. et post v. 251. in Cod. Guelf. integer versus e Sophoclis Antigone insertus est. Certe si abesset hic versiculus, nihil ad sententiam desideraremus, et asperitas dictionis a propria τῶν ὀφθαλμῶν notione ad ὄμμα translate positum effugeretur. Si tamen genuinus est, hoc saltem tenendum, particulam γὰρ post ὄμμα non causam s. explicationem præcedentis ὀφθαλμοῖς afferre,

Πρὸς τάδ' ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε, σύμβουλοι λόγου
Τοῦδ' ἐμοὶ γίνεσθε, Πέρσαι, γηραλέα πιστώματα.
Πάντα γὰρ τὰ κέδν' ἐν ὑμῖν ἐστί μοι βουλεύματα.
Χο. Εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆσδε, μή σε δὶς φράσαι
Μήτ' ἔπος, μήτ' ἔργον ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ.
Εὐμενεῖς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς.
Ἄτ. Πολλοῖς μὲν αἰεὶ νυκτέροις ὀνείρασι
Ξύνειμ', ἀφ' οὗπερ παῖς ἐμὸς στείλας στρατὸν
Ἰαόνων γῆν οἴχεται, πέρσαι θέλων·

168. ὡς abest Viteb. 169. γηραλέα] γηραλαία vitiose Ald. Rob. 172. ὧν ἂν] ὡς ἂν Rob. 174. αἰεὶ] ἀεὶ ambo codd. Regg. 175. ἀφ' οὗπερ] ἀφ' οὗ Guelf.

q. d. *ideo dixi* ὀφθαλμοῖς, *quia* ὄμμα δόμων *puto domini præsentiam*, quæ subtilitas grammatico quam poëta tragico dignior esset; sed potius γὰρ ad causam timendi referendum esse, ut dicat Atossa: *circum oculos vero timor*. Nec mirum me timere; *nam oculum domus arbitror esse domini præsentiam*.

168. sqq. πρὸς τάδε—βουλεύματα. *Proinde his rebus ita comparatis*, ô Persæ, *senes consiliarii, mihi in hac causa consulatis velim; omnium enim bonorum consiliorum copiam mihi in vobis sitam esse censeo.*

ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε. "Usitata est loquendi formula in Agam. v. 1404. ὡς ὧδ' ἐχόντων. Adde Sophocl. in Ajac. v. 282. et 999. in Antig. v. 1193. Herodot. lib. i. c. 177. ὡς ὧν ἐχόντων ὧδε. Idem viii. 144. ὡς οὕτω ἐχόντων—" *Abresch.* γηραλέα πιστώματα, pro πιστοὶ γέροντες, neutrum masculini loco, ut supra v. 7.

171—173. Respondet Chorus: *Sat scito, regina hujus terræ, te nihil quod a nobis dici fierive velis bis edicturam, quod quidem in nostra potestate positum sit. Vere enim nos benevolos tibi harum rerum consultores vocas.* ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ, apta circumlocutione τῶν δυνατῶν. Antequam enim aliquid faciamus, quasi *præire* debet faciundi potestas.

ὄντας—καλεῖς. Respicit Chorus id quod Atossa postremo loco dixerat v. 173. significatque se curaturum, ut honorifico illo reginæ judicio se ipse dignum se præstet.

174. Sequitur luculenta visi per quietem nocturnam reginæ oblati narratio. Ac primis quidem verbis exspectationem auditorum movet: *Multis quidem semper somniis nocturnis utor, ex quo filius meus exercitu conflato in Græciam profectus est, expugnare eam cupiens; nunquam tamen visum adeo luculentum oblatum est, quam hesterna nocte. Idque vobis jam narrabo.*

176. Ἰαόνων γῆν. "Et v. 1019. Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγαίχμας. *Iaones* dicti Græci a barbaris, nempe ut in sacris litteris dictæ insulæ *Javan*. Schol. Aristoph. in Acharn. Ἰαον δ' ἀντὶ τοῦ Ἀθήνας, Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. Hesych. Ἴωνες (leg. Ἰάονες, ut postulat litterarum ordo) Ἀθηναῖοι, οἱ Ἴωνες, ἀπὸ Ἴωνος, καὶ οἱ ἄποικοι αὐτῶν. Ἔνιοι καὶ τοὺς Θρᾶκας, καὶ Ἀχαιοὺς, καὶ Βοιωτοὺς Ἕλληνας." *Stanlei.* cf. Potter ad Lycophr. v. 989. et Ind. histor. v. Ἰάονες.

Ἀλλ' οὔ τι πω τοιόνδ' ἐναργὲς εἰδόμην
Ὡς τῆς πάροιθεν εὐφρόνης· λέξω δέ σοι.
Ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε,
Ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη,
Ἡ δ' αὖτε Δωρικοῖσιν, εἰς ὄψιν μολεῖν,
Μεγέθει τε τῶν νῦν ἐκπρεπέστατα πολὺ,
Κάλλει τ' ἀμώμω, καὶ κασιγνήτα γένους
Ταυτοῦ· πάτραν δ' ἔναιον, ἡ μὲν Ἑλλάδα
Κλήρῳ λαχοῦσα γαῖαν, ἡ δὲ βάρβαρον.
Τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν,
Τεύχειν ἐν ἀλλήλησι· παῖς δ' ἐμὸς μαθὼν
Κατεῖχε, κἀπράϋνεν, ἅρμασιν δ' ὕπο
Ζεύγνυσιν αὐτὼ, καὶ λέπαδν' ἐπ' αὐχένων
Τίθησι. Χ' ἡ μὲν τῇδ' ἐπυργοῦτο στολῇ,

178. ὡς τῆς] ὥς τις Ald. 179. γυναῖκ' εὐείμονε] γυναῖκες εὐείμονες Viteb. γυναῖκ' εὐείμονες Ald. Turn. 182. ἐκπρεπέστατα] εὐπρεπέστατα Guelf. Ald. Turn. 183. ἀμώμω] ἀμώμῳ Ald. 184. ταυτοῦ] αὐτοῦ Mosq. 187. ἀλλήλησι—μαθὼν] ἀλλήλοισι—λαθὼν Viteb. ἀλλήλαιν—μαθὼν Ald. ἀλλήλοισι—τοῦτο μαθὼν Rob. 188. κἀπράϋνεν] καὶ πράϋνεν Ald. 189. αὐτὼ] αὐτῷ Ald.

179. sqq. ἐδοξάτην—βάρβαρον. *Visæ mihi sunt duæ mulieres eleganter vestitæ, altera peplis Persicis, altera Doricis ornata, in conspectum venire, proceritate hodiernis mulieribus multum augustiores, forma vero inculpatæ, et sorores germanæ ejusdem generis; patriam vero incolebant, hæc quidem Græciam, illa vero barbaram.*

ἠσκημένη. "Hesych. Ἀσκήσας, κοσμήσας, κατασκευάσας." *Stanl.* Frequens autem ἀσκεῖν pro *ornare, excolere.* Eurip. Ion. v. 326. εὖ ἤσκησαι πέπλοις. Alcest. v. 159. ἐξελοῦσα κεδρίων δόμων ἐσθῆτα κόσμον τε εὐπρεπῶς ἠσκήσατο." *Abresch.* qui more suo hic multo plura coacervavit. εὐπρεπέστατα superlativus pro comparativo. κασιγνήτα Scholiastes refert ad mythicam Europæ et Asiæ ex Oceano generationem. κλήρῳ λαχοῦσα, vel quia fingitur utraque soror sorte inter se possessionem divisisse, vel simpliciter significat *possidens.*

186. sqq. τούτω—τίθησι. *Hæ dissidia forte inter se (ut visa sum mihi videre) exercebant. Quod cum filius meus comperisset, cohibuit eas et compescuit, curruique eos junxit, loraque cervicibus imposuit.* τεύχειν. Hunc infinitivum Cl. Brunckius pendere putat ab ἐδοξάτην, quod repetendum sit e v. 179. Ita et Glossa in Reg. B. ἀπὸ κοινοῦ ἐδοξάτην μοι. Verum cum intercedat v. 184. ἔναιον, duriuscula hæc ratio videtur. Itaque vel ἠρξάντο supplendum esse existimo, vel ἔτευχον ἀλλήλησι legendum. ἅρμασιν pluraliter pro uno Xerxis curru.

190. sqq. Χ' ἡ μὲν—λέγω. *Et illa quidem Asia, s. barbara, hocce ornatu superbiebat, osque frenis coerceri facile patiebatur. Hæc vero exsultare manibusque instrumenta currus dilacerare, et frenis*

Ἐν ἡνίαισι δ' εἶχεν εὔαρκτον στόμα·
Ἡ δ' ἐσφάδαζε, καὶ χεροῖν ἔντη δίφρου
Διασπαράσσει, καὶ ξυναρπάζει βίᾳ
Ἄνευ χαλινῶν, καὶ ζυγὸν θραύει μέσον.
Πίπτει δ' ἐμὸς παῖς, καὶ πατὴρ παρίσταται
Δαρεῖος οἰκτείρων σφέ. τὸν δ' ὅπως ὁρᾷ
Ξέρξης, πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω.
Ἐπεὶ δ' ἀνέστην, καὶ χεροῖν καλλιῤῥόου
Ἔψαυσα πηγῆς, ξὺν θυηπόλῳ χερὶ

192. χεροῖν ἔντη δίφρου] χεροῖν ἐν τῇ δίφρῳ Guelf. Ald. Rob. etc. Canter conj. χεροῖν αὐτὴ δίφρον. Sed nihil evidentius est emendatione Stanleii ἔντη, quam contra Heathium recte defendit elegantissimus Brunckius.

excussis vi diripere, postremo medium jugum frangere. Excidit autem filius meus, paterque Darius miserens illius adsistit, quem simulac vidit Xerxes, vestes circum corpus laceravit. Et hæc quidem jam noctu me vidisse aio.

ἐπυργοῦτο. Hesych. πυργοῦται, ὑψοῦται. H. l. ad elationem animi et superbiam transfertur. εὔαρκτον στόμα, *os morigerum, tractabile.*

ἔντη δίφρου. "Ita legendum esse, haud dubie vere conjecit Stanl. cui suspicioni mirandum est eum non multum tribuisse. Sic ἔντεα ἱππικὰ Pind. Olymp. xiii. 28. ubi vid. Schol. et Nem. ix. 51. Idem Pyth. Od. iv. 417. σταξάμενος δ' ἄροτρον βοέοις δήσαις ἀνάγκας ἔντεσιν αὐχένας, cf. Od. v. 45. κατέκλασεν ἐντέων σθένος οὐδέν. Ubi iterum vid. Schol. Per ἔντεα δίφρου intelligit lora, quibus adjuncta erat currui, et frena, ut ipse auctor mox exponit." *Abresch.*

197. πέπλους ῥήγνυσιν. "In luctu vestes lacerare mos erat apud Persas tum viris tum mulieribus communis. De mulieribus cf. not. ad v. 123. De viris exempla sæpius occurrunt. Herodot. lib. iii. Πέρσαι δ' ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντό τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. cf. lib. viii. c. 99. et Curt. lib. v.

199. sqq. ἐπεὶ—παρεῖχε. *Postquam vero surrexi, manibusque pulchre fluentem fontem attigi, una cum turba sacrificorum ad aram steti, averruncis diis, quibus hæc sacra parari solent, libum oblatura. Video vero aquilam ad Phœbi altare fugientem; præ timore vero obmutui, amici; deinde circum aspicio celeriter alis irruentem unguibusque caput (aquilæ) vellicantem; hæc vero nihil aliud egit, quam ut perterrita corpus ei præberet.* Ingeniose Æschylus futuram Xerxis fortunam somnii pariter atque ominis Atossæ oblati imagine adumbravit.

ἔψαυσα πηγῆς. "Notissima veterum in expiandis somniis superstitio; quod vel vini aspersione fiebat, vel, ut hic, aqua fontana. Aristophanes Ranis:

Ἀλλά μοι, ἀμφίπολοι, λύχνον ἅψατε,
Κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
Θερμαίνετε δ' ὕδωρ
ᾧ ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.

Pers. Sat. 2. *et noctem flumine purgas.*" Stanl.



Βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι
Θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε·
Ὁρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἐσχάραν
Φοίβου· φόβῳ δ' ἄφθογγος ἐστάθην, φίλοι·
Μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ
Πτεροῖς ἐφορμαίνοντα, καὶ χηλαῖς κάρα
Τίλλονθ'· ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ πτήξας δέμας
Παρεῖχε. Ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν,
Ὑμῖν δ' ἀκούειν. Εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς

201. βωμῷ] βωμὸν Guelf. 206. κάρα] τὸ κάρα Viteb. 208. δείματ' ἔστ' ἰδεῖν] Stanl. conj. δεῖμά τ' ἐστ' ἰδεῖν.

201. *βωμῷ προσέστην.* "Hæc sunt ab Herodoto prorsus aliena, qui de Persarum sacris ritibus verba faciens lib. i. c. 132. *οὔτε*, inquit, *βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι μέλλοντες θύειν.* Quis vero nescit, Poëtas res sui ævi ad tempora illorum, de quibus scribunt, transferre?—Nostrum forsan imitatur Seneca in re simili sub persona Poppeæ:

delubra et aras petere constitui sacras,
cæsis litare victimis numen deûm,
ut expientur noctis et somni minæ."

Stanl.

202. *ὧν τέλη τάδε.* "Hæc verba interpres minus accurate vertit: *qui hisce præsident.* Τέλη hic sunt θυσίαι. Hesych. Τέλεα, τέλη, τὰ ἱερά. Soph. Trach. v. 242. Τέλη ἔγκαρπα Διός, i. e. Schol. interprete θυσίας. Adde sis ejusd. Œd. Colon. v. 1104." *Abresch.*

203. *ἐσχάραν*, i. e. *βωμὸν*, quem usum ex Sophocle et Euripide observavit quoque Ammonius. Eurip. Schol. ad Phœniss. hoc modo commentatur: *ἐσχάρα δὲ ἡ ἐν κατραγείῳ περὶ τῶν βάσεις, βωμοῦ τάξιν ἔχουσα ἐπὶ ἀπολάσεως.*" *Abresch.*

Φοίβου. "Quo minus hoc incongrue dictum videri possit, monendum est, vel ipsos Historicos, Geographos, aliosque orationis solutæ scriptores, deorum Græcorum nomina diis Persicis accommodasse. Ita Herodotus lib. i. et Strabo lib. xv. inter Persarum deos recensent Δία, Οὐρανίην, et Ἀφροδίτην, quin etiam Ἥλιον et Σελήνην. Ex his Δία, teste Agathia, Βὴλ nominarunt Persæ; Ἀφροδίτην, si Herodotum sequimur, Μίτραν, sin Strabonem, Ἀναΐτιδα. Hic itaque per Φοῖβον videtur intellexisse Æschylus Solem, cui sub Mithræ nomine sacrificarunt Persæ." *Stanl.*

207. *ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ'.* "Supple ἐποίει, cujus verbi frequens ellipsis. Vide ad Prometh. v. 611. Nec Latinis minus usitata. Vid. Interpretes ad Livii xxxi. 34. et ibi laudatum Perizonium ad Sanctii Minervam." *Brunck.*
πτήξας hic vel proprie *contrahens sese*, vel translate, *perterrita*; quod h. l. aptius est. Præ terrore enim et pavore aquila nec tueri se, nec repugnare audebat.

208. *ταῦτ'—ἀκούειν.* *Hæc vobis haud minus auditu, quam mihi visu, terribilia esse scio.* Male autem Stanl. corr. δεῖμά τ'; nam nec singularis hic plurali præferendus; et copula τε hic prorsus aliena.

209. sqq. *εὖ γὰρ ἴστε.* Nullo pacto

Πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ·
Κακῶς δὲ πράξας, οὐχ ὑπεύθυνος πόλει,
Σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.
Χο. Οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις,
Οὔτε θαρσύνειν· θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκνουμένη,
Εἴ τι φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ τῶνδ' ἀποτροπὴν τελεῖν,

212. ὁμοίως] Veram lectionem inique sollicitat Pauw. ut substituat suam ὅπως, quam sic interpretatur: *quomodo imperabit huic terræ?* 214. θαρσύνειν] θρασύνειν Morq. 215. τελεῖν] λαβεῖν Guelf. Ald. Turn. [illegible] Vit. Morq. Rob. Vict. etc.

hæc quæ sequuntur, præsertim addita particula causali, cum antecedentibus connecti possunt. Nam quæ jam addit Atossa, ea consolandi potius Chori quam terrendi vim habere debebant. Atqui cum dixisset ταῦτα ὑμῖν δείματ' ἔστ' ἀκούειν, subjungeretque σὺ γὰρ ἴσθι, nemo erat, qui non eam aliquid in medium prolaturam exspectaret, quod ad explicandam terroris rationem, aut ad exaggerandum metum valeret. Quæ cum ita sint, inter ἀκούειν et σὺ γὰρ ἴσθι quædam intercidisse suspicor; versiculosque appositis defectus notis hoc modo collocandos esse:

Ὑμῖν δ' ἀκούειν. * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * *
* * * * * σὺ γὰρ ἴσθι, παῖς ἐμὸς etc.

Omissorum hæc sententia fuit, nisi fallor: *Et sane visa illa mala nobis portendere videntur. Fieri tamen potest, ut in bonam partem accipienda sint. Certe si modo Xerxes salvus redierit, cetera æquo animo ferenda puto.* Jamque pergit Atossa: *Non enim vos fugit, Xerxem, si bene rem gesserit, admirabilem futurum; sin male, certe urbi non obnoxius erit. Sed si modo salvus redierit, haud secus atque antea, hujus terræ imperium tenebit.* Pauwius, qui idem hujus loci difficultatem sensit, malam tamen ei medicinam adhibuit, corrigendo ὅπως pro ὁμοίως, quod minime fieri oportuit. Neque vero verum incommodi, quod hunc locum premit, sedem recte assecutus est. Heathius autem, qui contra eum verbose disputat, multum se torquendo non effecit, ut intelligeremus, quonam modo σὺ γὰρ ἴσθι, et quæ sequuntur, nexu causali cum præcedentibus cohæreant.

οὐχ ὑπεύθυνος πόλει. Non, ut Schol. explicat, quia culpæ istius socios habeat consiliarios, qui eum ad suscipiendam expeditionem in Græciam impulerint; sed potius quia propter αὐτοκρατῆ βασιλείαν καὶ ἀνυπεύθυνον, ut Plutarchi verbis utamur, a nemine civium, ut rerum male gestarum rationem redderet, aut causam diceret, cogi poterat. κοιρανεῖ h. l. futurum.

213. sqq. οὔ σε—σκότῳ. *Nolumus te, ô mater, neque nimium terrere verbis,* quasi mala tantum, *neque confirmare,* quasi mera bona tibi portendantur. *Quin tu potius deos supplicationibus adiens, si quid mali vidisti precare, ut id averruncent, bona vero tibi et liberis, civitatique et omnibus amicis perficiant. Deinde te oportet terræ et mortuis inferias libare; humaniter vero roga Darium, quem dicis te noctu vidisse, ut tibi filioque tuo bona ab inferis in lucem emittat, contraria vero terræ tenebris occulat.*

εἴ τι φλαῦρον. "Collectivum est τί, unde pluralis τῶνδε subjicitur. Sic Eurip. Suppl. v. 256. εἴ τι—τούτων. —" *Abresch.*

215. αἰτοῦ—τελεῖν. "Id est αἰτοῦ αὐτοὺς τάδε ἀποστρέφειν. Germanam lectionem exhibet Reg. α'. Vulgato λα-

Τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελῆ γενέσθαι σοί τε καὶ τέκνοις σέθεν,
Καὶ πόλει, φίλοις τε πᾶσι. Δεύτερον δὲ χρὴ χοὰς
Γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι· πρευμενῶς δ' αἴτει τάδε
Σὸν πόσιν Δαρεῖον, ὅνπερ φῂς ἰδεῖν κατ' εὐφρόνην,
Ἐσθλά σοι πέμπειν, τέκνῳ τε, γῆς ἔνερθεν ἐς φάος·
Τἄμπαλιν δὲ τῶνδε γαίας κάτοχ' ἐμαυροῦσθαι σκότῳ.
Ταῦτα θυμόμαντις ὤν, σοὶ πρευμενῶς παρῄνεσα.
Εὖ δὲ πανταχῇ τελεῖν σοι τῶνδε κρίνομεν πέρι.
*Ατ. Ἀλλὰ μὴν εὔνους γ' ὁ πρῶτος τῶνδ' ἐνυπνίων κριτής,
Παιδὶ καὶ δόμοις ἐμοῖσι τήνδ' ἐκύρωσας φάτιν·
Ἐκτελοῖτο δὴ τὰ χρηστά. Ταῦτα δ', ὡς ἐφίεσαι,

216. τέκνοις σέθεν] τέκνοισί τε vitiose pro τέκνοισί τε Vit. 217. καὶ πόλει usque ad ἔνερθεν v. 220. absunt Mosq. 218. πρευμενῶς] πρευμενῆν Ald. πρευμενῆ Turn. 221. τἄμπαλιν] ταὔμπαλιν Viteb. 224. εὔνους γ'] Abest γ' Vit. 225. ἐμοῖσι] Omissum Ald. ἐκύρωσας] ἔκυρσας Rob. 226. ἐκτελοῖτο] ἐξιλεοῖτο Vit. Mosq. Vict. δὴ] δὲ Ald. Rob.

βεῖν superscriptum in Reg. β'. γρ. τελεῖν, καὶ δοῦναί σοι." *Brunck.*

218. πρευμενῶς. Si hæc lectio placeat, πρευμενῶς αἰτεῖσθαι est *humaniter rogare*. Quia tamen statim v. 222. recurrit πρευμενῶς, magis arridet lectio Turnebiana, quam et Brunckius in codd. Regg. adnotatam reperit, πρευμενῆ, quod cum Δαρεῖον construendum. *Benevolum vero maritum tuum Darium roga.* cf. ad v. 682.

221. γαίας κάτοχα, *sub terra retenta, ne evolare possint, mala.*

222. θυμόμαντις dicitur is, qui insita mentis prudentia usus, non divino numine afflatus, futura prædicit. Hesych. Θυμόμαντις, ὁ τὸ ἀποβησόμενον συλλογιζόμενος, καὶ προγινώσκων· ψυχόμαντις, καὶ συνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα. Opponitur θεόμαντις.

223. εὖ δὲ—πέρι. *Omnino autem* deos *hæc tibi prospere ut eveniant effecturos esse censemus.* "Geminum horum esse sensum docet Schol. pro totidem consilii partibus, nempe et somnii et sacrificii prosperum eventum futurum esse. Aliter paulo intellexit interpres, cum vertit: *et undequaque hæc tibi perficienda decernimus.* Possent fortasse et hoc pacto suppleta accipi: κρίνομεν (τὸν Δαρεῖον) εὖ τελεῖν σοι περὶ τῶνδε, quomodo εὖ τελεῖ θεὸς Sept. adv. Theb. v. 35." *Abresch.* Atque hujus interpretationis veritatem adstruunt verba Atossæ, quæ statim sequuntur, ἀλλὰ —ἐνυπνίων κριτής. Utrum vero *deos* an *Darium* post τελεῖν intelligas, perinde est.

224. sq. ἀλλὰ—φάτιν. *Tu vero primus horum somniorum interpres idemque benevolus filio domuique meæ hæc asseruisti.* κυροῦν φάτιν, *fidenter aliquid pronuntiare, s. asserere.*

226. ἐκτελοῖτο δὴ τὰ χρηστά. Altera lectio ἐξιλεοῖτο, (ab ἐξιλεόομαι, placo, passive accepto,) quam Schol. quoque

Πάντα θήσομεν θεοῖσι, τοῖς τ' ἔνερθε γῆς φίλοις,
Εὖτ' ἂν εἰς οἴκους μόλωμεν. Κεῖνα δ' ἐκμαθεῖν θέλω,
Ὦ φίλοι, ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρύσθαι χθονός.
Χο. Τῆλε πρὸς δυσμὰς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.
Ἄτ. Ἀλλὰ μὴν ἵμειρ' ἐμὸς παῖς τήνδε θηρᾶσαι πόλιν.
Χο. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος.

227. ἔνερθε] ἔνερθεν Vit. γῆς] Omissum Ald. 230. πρὸς δυσμὰς] πρὸς δυσμαῖς Guelf. πρὸς δυσμᾶς Viteb. πρὸς δυσμὰς Brunck. dedit e Reg. A.

sequitur, postularet ut τὰ χρηστὰ adverbialiter sumeretur. Plures ejusmodi formulæ apud Æschylum occurrunt, e. c. τὸ δ' εὖ νικάτω. Agam. 167. τὸ δ' εὖ κρατοίη ibid. 359. Itaque vertendum: *omnia jam bona eveniant*, quemadmodum Chorus Atossam jusserat precari τὰ ἀγάθ' ἐκτελῆ γενέσθαι v. 216.

226. sqq. ταῦτα—μόλωμεν. *Et hæc quidem omnia, ita ut mones, diis amicisque sub terra* h. e. Dario *faciemus, cum domum reversæ fuerimus.* φίλοι, pluralis pro singulari, ut sæpe. Sic Choëph. 51. δεσποτῶν θάνατοι, *regis* Agamemnonis *mors*.

228. κεῖνα—χθονός. *Interim hoc scire velim, amici, ubinam terrarum sitæ dicantur esse Athenæ.* Hæc digressione, quam sola reginæ curiositas peperisse dicatur, sapienter utitur poëta, ut Atheniensibus blandiri possit.

230. τῆλε—φθινασμάτων. Nunquam ego mihi persuaderi patiar, Æschylum inficeta hac locutione usum fuisse δυσμαὶ—φθινασμάτων. Nam δυσμαὶ ἡλίου et φθινάσματα prorsus eadem sunt, ut apponi quidem sibi utrumque queat, non alterum ab altero regi. Sic igitur emendandum esse censeo:

τῆλε πρὸς δυσμαῖς, ἄνακτος Ἡλίου
φθινάσμασιν.

(Postquam ita scripseram, idem vidi Pauwio placuisse.) Talis appositio synonymorum, præsertim ubi alterum adjectis aliquot verbis explicetur, poëta tragico non indigna, utpote quam Herodotus quoque usurpaverit lib. ii. c. 31. ῥέει δὲ (ὁ Νεῖλος) ἀπὸ ἑσπέρης τε καὶ Ἡλίου δυσμέων. Lectio πρὸς δυσμαῖς non solum auctoritate cod. Guelf. et edd. Ald. Rob. aliarumque, sed etiam consuetudine Æschylea firmatur, qui et alibi, ubi situs in loco significandus est, πρὸς cum dativo construit, e. c. Prom. 815. οἳ πρὸς ἡλίου ναίουσι πηγαῖς, et v. 853. Νείλου πρὸς στόματι. Quamquam non nego Accusativi quoque exempla apud eum occurrere. cf. ad Prometh. v. 348. Si quis igitur accusativum δυσμὰς malit, certe ita scribendum est:

τῆλε πρὸς δυσμάς, ἄνακτος Ἡλίου
φθινάσματα.

Δυσμαί, ut δύσις, absolute ponitur de regione occidentali. Nostri cives dicerent: *Fern im Westen, wo die Sonne die Königin des Tages sich unsern Augen entzieht.* Gallicus interpres ἄνακτος ad Persicam solis adorationem traxit: *dans les contrées où le soleil que nous adorons, disparoit à nos regards.* Verum ἄναξ Græca quoque Solis appellatio, cf. Homer. Odyss. μ'. 176. "Ceterum Eustath. ad Il. λ'. p. 765. extr. huc respiciens: ἡλίου φθίνασμα εἶπέ τις ποιητής· et Hesych. Φθινάσμασι, φθίσεσι." *Abresch.*

231. ἀλλὰ—πόλιν. *Enimvero filius meus vehementer capere hanc urbem cupiebat.*

232. πᾶσα γὰρ—ὑπήκοος. Male latinus interpres: *Imo omnis fiat Græcia*

Ἄτ. Ὧδέ τις πάρεστιν αὐτοῖς ἀνδροπλήθεια στρατοῦ;
Χο. Καὶ στρατὸς τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ δὴ Μήδους κακά.
Ἄτ. Καὶ τί πρὸς τούτοισιν ἄλλο; πλοῦτος ἐξαρκὴς δόμοις;
Χο. Ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός.
Ἄτ. Πότερα γὰρ τοξουλκὸς αἰχμὴ διὰ χερῶν αὐτοῖς πρέπει;

233. ὧδέ τις] ὧδε; τίς Turn. 234. ἔρξας πολλὰ δὴ Μ. κακὰ] ἔρξας δὴ Μήδους πλεῖστα κακὰ Rob. 235. καὶ—ἄλλο; πλοῦτος] καὶ τί πρὸς τούτοις πλοῦτος Ald. Post ἄλλο nullum distinctionis signum Rob. 236. αὐτοῖς ἐστι] αὐτοῖς ἐστιν αὐτοῖς Ald. 237. χερῶν] χειρὸς sic Mosq. χερός γ' Victor. Sed γ' abest Mosq. Regg. Ald. unde Brunckius metri causa dedit διὰ χερῶν.

regi subdita. Fefellit eum, ut recte Brunckius observat, vis particulæ γάρ. Hæc enim in responsionibus sæpe refertur ad omissam brevem sententiam, cujus rationem affert. Itaque h. l. Abreschius bene hunc in modum supplevit: Καὶ εἰκότως γε, καὶ οὐδέν γ' ἀπεικός, πᾶσα γὰρ—ὑπήκοος, τῆσδε πόλεως ἁλούσης. *Nec mirum; nam hac urbe expugnata, omnis Græcia in regiam potestatem veniret.*

233. ὧδέ τις—στρατοῦ. Interpres: *Ita (sit;) adestne illis copiosus exercitus.* Vere autem judicavit Abreschius, nihil in interpretatione adsumendum, verbaque sic potius ordinanda esse: ὧδέ τις ἀνδροπλήθεια σ. π. α., *adeoque ipsis copia quædam armatorum sunt.*

234. καὶ—κακά. *Imo vero ejusmodi exercitus, qui multa jam Medis h. e. Persis mala inflixit.* Marathoniam potissimum pugnam significat. "δὴ h. l. pro ἤδη, ut Prom. v. 13." *Abresch.*

235. καὶ τί—δόμοις. *Quid autem præterea? num etiam divitiarum quantum sat est ipsis domi suppetit?* Interpres latinus vertit: *hisne aliquid insuper,* quasi legeretur καί τι. Sed interrogativum τί h. l. aptius.

236. ἀργύρου—χθονός. *Argenti quidam fons,* i. e. fodina, *ipsis est, terræ thesaurus.* "Sectiones argentarias in Attica olim uberes fuisse refert Strabo lib. ix. τὰ δ' ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει. Locus autem, ut observat Casaub. ad h. l., ubi fuere argenti venæ, vocabatur Laurium. Thucyd. lib. ii. παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις. Et lib. vi. commemorat Alcibiades τὰς τοῦ Λαυρίου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Cf. etiam Herod. qui in Polyhymnia testatur, potuisse Athenienses e Laurii metallis accipere ὀρχηδὸν ἕκαστον δέκα δραχμάς; omninoque Xenophon περὶ Πόρων, quem librum recte judicat Casaubonus ab eo hoc potissimum consilio scriptum esse, ut Athenienses ad fodiendas strenue argenti fodinas hortaretur." *Stanl.*

237. πότερα γὰρ—πρέπει; *Numnam arcum et sagittas manibus gerunt?* τοξουλκὸς αἰχμὴ est *sagitta,* quæ ideo dicitur *arcum trahens s. tendens,* quia arcus non aliam ob causam tenditur, quam ut sagittæ emittantur. Paulo aliter supra τοξουλκὸν λῆμα, *fortitudo arcum tendens.* Male assecutus est imaginem poëticam in τοξουλκὸς αἰχμὴ Latinus interpres; vertit enim: *cuspis per arcum tracta.*

διὰ χειρὸς πρέπει. Sic Eurip. Helen. v. 217. πρέπων δι' αἰθέρος.

Χο. Οὐδαμῶς· ἔγχη σταδαῖα, καὶ φεράσπιδες σαγαί.
Ἄτ. Τίς δὲ ποιμάνωρ ἔπεστι κἀπιδεσπόζει στρατοῦ;
Χο. Οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ' ὑπήκοοι.
Ἄτ. Πῶς ἂν οὖν μένοιεν ἄνδρας πολεμίους ἐπήλυδας;
Χο. Ὥστε Δαρείου πολύν τε καὶ καλὸν φθεῖραι στρατόν.
Ἄτ. Δεινά τοι λέγεις ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι.
Χο. Ἀλλ', ἐμοὶ δοκεῖν, τάχ' εἴσῃ πάντα νημερτῆ λόγον·
Τοῦδε γὰρ δράμημα φωτὸς Περσικὸν πρέπει μαθεῖν,

238. φεράσπιδες] φεράσπιδ^ες^ₐᵢ sic Mosq. σαγαί] χέρες Rob. 239. ποιμάνωρ] ποιμάντωρ Ald. Turn. ἔπεστι] ἐπίσῃ Mosq. στρατοῦ] στρατῷ Mosq. Rob. 244. δοκεῖν] δοκεῖ Mosq. δοκεῖν Viteb. τάχ' εἴσῃ πάντα] πάντ' εἴσῃ τάχα Guelf. τάχ' abest Rob. 245. δράμημα] δρόμημα Mosq.

238. ἔγχη σταδαῖα non sunt *hastæ firmæ*, sed *erectæ*, quæ solent in terram defigi; Homer. Iliad. κ'. 153. ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. Hesych. Σταδαῖα, ἑστηκότα ὄρθια. Inde ad hastæ longitudinem transfertur. φεράσπιδες σαγαί bene interpr. *clypeata armatura*.

239. τίς δὲ—στρατοῦ. *Quis vero eos pascit et imperat exercitui?* ποιμάνωρ enim h. l. βασιλεύς. vid. Hesych. v. Ποιμάνωρ.

240. οὔ—ὑπήκοοι. *Nullius hominis servi aut subditi sunt.* κέκληνται enim h. l. pro εἰσί.

241. πῶς—ἐπήλυδας; *Quomodo igitur sustineant hostes infestos s. impetum facientes?* ἐπήλυδας enim, alias interprete Hesychio οἱ ποτὲ ἐλθόντες ἐξ ἑτέρας γῆς, h. l. non *advenas* solum, sed etiam *aggressores* notat.

242. ὥστε. Ante hanc particulam intelligi oportere οὕτως, Abreschius probe admonuit. Sensus enim est: *Quomodo vim hostium sustinere possint, quæris? Imo jam olim sic sustinuerunt, ut Darii magnum et bonum exercitum perdiderint.*

243. δεινὰ—φροντίσαι. *Gravia igitur eorum qui ad bellum exierunt parentes liberis suis metuere jubes; s. quantum ex te audio, habent utique parentes militum nostrorum in Græciam profectorum, cur de liberis solliciti sint.*

245. τοῦδε γὰρ δράμημα. "Herodotus, postquam Xerxem hujusce cladis suæ nuncios in Persidem misisse narraverat, subdit, nihil his nuntiis pernicius transcurrisse in rebus humanis, ipsumque δράμημα, ut vocat Æschylus, hunc in modum a Persis constitutum describit: ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι. Τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔργει, μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωϋτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. Ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ. Τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι Ἀγγαρήϊον. Eadem ratione Herodotus ἀγγαρήϊον Persarum λαμπαδηφορίῃ Græcorum assimilat, qua et Æschylus noster in Agamemnone τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν τὸν ἀπ' ἀ γ γ ά ρ ο υ πυρὸς vocat. Ipsi quippe nuncii dicebantur ἄγγαροι. Joseph. Antiq. Jud. lib. ii.c. 6. de Artaxerxe: Διέπεμψε δὲ τοὺς Ἀγγάρους

Καὶ φέρει σαφές τι πρᾶγος, ἐσθλὸν ἢ κακὸν κλύειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ. ΧΟΡΟΣ. ΑΤΟΣΣΑ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ω ΓΗΣ ἁπάσης Ἀσιάδος πολίσματα,
Ὦ Περσὶς αἶα, καὶ πολὺς πλούτου λιμὴν,

246. τι πρᾶγος] τοι πράγος Mosq. κλύειν] Excidit Rob. 247. Ἀσιάδος] Ἀσιάτιδος Ald.

λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος ἐργάζειν αὐτοὺς τοὺς γάμους παραγγέλλειν. Hesych. Ἄγγαροι· ἡ λέξις δὲ Περσική· σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους. Iidem et Ἀστάνδαι dicti. Suidas: Ἀστάνδαι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοὶ Ἄγγαροι· τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Eustath. in Odyss. 19. κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοὶ, φησὶ, καὶ Ἀστάνδαι Περσικῶς. Hos a Cyro institutos fuisse docet Xenophon Pæd. lib. viii. Σκεψάμενος γὰρ πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος κατανύτοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσοῦτο διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέστησε, καὶ τοὺς ἐπιμελουμένους τούτων. Καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. Ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ τὰς νύκτας φασὶν ἵστασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι." Hactenus Stanleius; qui, quamvis illa quæ collegit scriptorum loca ad cognoscendam Angariæ Persicæ veredariorumque publicorum (*des Persischen Postwesens*) rationem utilia sunt, tamen si ad hunc locum spectes οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον attulit. Hic enim nuntius non ex Angaris illis per certa stationum intervalla dispositis est, neque cum eo nuntiorum genere, quæ nos *reitende Posten, Estaffettes*, appellamus comparandus. Sed potius Æschylus talem esse nuntium finxit, quales nobis *Couriers* vocantur, qui mandata ab eo, unde profecti sunt, loco, usque ad eum, ubi is, ad quem data sunt, commoratur, perferunt. Hunc enim nuntium non a proxima statione, sed ex ipsa Græcia venire, satis declaratur v. 264. ubi se cladi Persarum interfuisse testatur. Quod reliquum est, illa τοῦδε γὰρ—πρέπει μαθεῖν nihil aliud significant, quam, *illum enim Persam accurrentem videre licet.*

IN SCENAM III.

v. 247—529.

Nuntius a Xerxe missus clamore et lamentatione Chori et Atossæ colloquium interrumpit.

247, 248. Quamquam πολὺς πλούτου λιμὴν sic explicari potest, ut sit *magnus divitiarum portus*, ac de universo Persarum regno intelligatur, mihi tamen verisimilius est poëtam scripsisse

Ὦ Πέρσις αἶα, καὶ πόλις, πλούτου λιμὴν,

hoc sensu: *O terræ totius Asiaticæ oppida, ô Persica tellus, tuque, ô urbs, portus divitiarum*; Suas nimirum, quam in urbem, tanquam in portum omnes undi-

Ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολὺς
Ὄλβος, τὸ Περσῶν δ' ἄνθος οἴχεται πεσόν.
Ὤ μοι, κακὸν μὲν πρῶτον ἀγγέλλειν κακά·
Ὅμως δ' ἀνάγκη πᾶν ἀναπτύξαι πάθος
Πέρσαις. στρατὸς γὰρ πᾶς ὄλωλε βαρβάρων.

250. τὸ Περσῶν δ'] τὸ δὲ Περσῶν Ald. Rob. 252. ἀναπτύξαι] ἀναπτύσαι Ald. Rob. Post hunc versum additur in Rob. hic versiculus;

Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.

Eundem Guelf. commodius post v. 251. inserit. Sed suppositititium esse Stephanus recte conjecit, et Abreschius Sophocleum esse Antig. 283. unde eum aliquis illustrationis causa, quod et Schol. fecit, adhibiturus ad marginem scripsit, e quo deinde in textum a nonnullis receptus est. 253. Πέρσαις] Πέρσας legitur in Ald. in fine antecedentis versiculi; h. l. autem repetitur Πέρσαι. Πέρσαις e cod. Reg. B. rescripsit Brunck. loco vocativi adhuc editi.

que divitiæ confluebant. (Observandum est λιμὴν translate positum tripliciter usurpari. Primum sic, ut cum Euripides, quem Abreschius cum aliis laudat, Orest. v. 1077. Agamemnonis filium sic loquentem facit:

Σοὶ μὲν γάρ ἐστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή,
Καὶ δῶμα πατρὸς, καὶ μέγας πλούτου λιμὴν,

ubi μ. π. λ. sunt ipsæ divitiæ, ad quas tamquam ad portum confugere possis. Similiter ᾅδου λιμὴν Soph. Antig. v. 1295. est ipse orcus, mortuorum portus et receptaculum. Alia ratio est, cum Longinus sect. ix. mortem appellat λιμένα κακῶν, h. e. *perfugium adversus mala.* Tertius vero usus occurrit Antig. v. 1013. *sedes auguris* appellatur παντὸς οἰωνοῦ λιμὴν, pro tamquam ad portum omnes aves convolant. Eodem modo hic apud Æschylum πόλιν πλούτου λιμένα nominari censeo.) πόλις in πολὺς a librariis mutatum esse videtur, qui πολὺς e sequenti versiculo oculis anticipaverat. Æschylus autem non solet idem verbum, nisi orationis elegantia postulat, brevi intervallo repetere. Multo etiam verius urbs, quæ regni caput est, et ubi regii thesauri asservantur, πλούτου λιμὴν appellatur, quam universum regnum. Πόλις etiam, *urbs*, κατ' ἐξοχὴν de Susis recte ponitur, præsertim cum πολίσματα, *oppida*, ei opponantur. Accedit, quod, si πόλις legamus, elegantior a majori ambitu ad minorem procedat oratio. Asia enim Persicum regnum, Persico regno Susa continentur. Inest etiam quasi quædam itineris a nuntio facti repetitio. Primum enim Asiæ, deinde Persidis fines intraverat; postremo jam ad Susorum urbem devenit.

249. sqq. ὡς ἐν μιᾷ—πεσόν. *Ut uno eodemque ictu magna felicitas eversa est, Persarumque flos caducus interiit.* Hactenus nuntius cœlo quasi et aëri tantum Persarum calamitatem questus erat; gravissimisque verbis summam infortunii effuderat. In iis autem, quæ sequuntur, ad ipsum senum chorum convertitur.

250. sqq. ὤ μοι βαρβάρων. *Heu mihi; malum quidem est mala primum nuntiare; necesse tamen est omnem calamitatem Persis exponere. Totus enim exercitus barbarorum* h. e. Persarum *interiit.*

Χο. Ἀνί, ἄνια κακὰ, — στροφὴ α'.
Νεόκοτα, καὶ δάϊ', αἶ, αἶ.
Διαίνεσθε Πέρσαι
Τάδ' ἄχος κλύοντες.

Ἀγ. Ὡς πάντα γ' ἐστ' ἐκεῖνα διαπεπραγμένα.
Καὐτὸς δ' ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος.

Χο. Ἦ μακροβίοτος — ἀντιστ. α'.
Ὅδε γέ τις αἰὼν ἐφάνθη

254. ἄνι'—κακὰ] ἄνια ἄνια κακὰ λυπηρὰ λυπηρὰ Ald. Rob. ἄνια ἄνια κακὰ Turn. Male Pauwius et Heathius ἄνια mutari volunt in αἰνά. 255. νεόκοτα] νέοτεκα Rob. δάϊ'] δάϊα Guelf. Rob. 256. διαίνεσθε] σιαίνεσθαι sic Mosq. διαίνεσθαι Guelf. Ald. διαίνεσθε δάκρυσι Rob. ubi tamen auctor additamenti scripsit δάκρυσι; quod scilicet intelligendum erat, non scribendum. 258. ὡς πάντα γ' ἐστ'] ὡς πάντ' ἐστ' Ald. Rob. ἐστ' ἐκεῖνα] ἐσται κεῖνα Mosq. 259. βλέπω] βλέπει Ald. 261. ὅδε

254. ἄνι', ἄνια κακά. "Sic scripti et digesti versus in utroque cod. Reg. Prior non minus est penthemimeris trochaica, quam quod reponi suadet Heathius. Adjectivum ἄνιος, quo carent lexica, valet λυπηρὸς, ἀνίας παρεκτικὸς, ἀνιαρὸς, ἀθεράπευτος, ut exponunt veteres glossæ. Occurrit iterum infra v. 1047. et 1058." *Brunck.* ἀνιὰ νέοκοτα κακὰ καὶ δάϊα sunt *tristia mala, recentia s. recenti et inusitato furore sævientia, atque hostilia.*

256. διαίνεσθε, *irrigemini* scil. lacrymis.

258. ὡς—διαπεπραγμένα. *Ut scilicet illa omnia prorsus perierunt!* Male enim interpres latinus: *quoniam illa omnia peracta sunt.* "Sic infra v. 515. διαπεπραγμένου στρατοῦ; ubi vid. Schol. Sic Choëph. 880. ἀρήξαι διαπεπραγμένῳ i. e. σφαγέντι. Ald. v. 1008. Sophocl. in Trachin. v. 797. et Thom. Mag. v. Διαπεπραγμένον. Eurip. Helen. v. 864. διαπεπράγμεθα, *perimus, actum de nobis est.* Et simplex verbum in neutri Choëph. v. 130. πεπραγμένοι ἀλλάξασθε—. Eundem usum præstant omnia ferme reliqua verba *faciendi,* ut ἐκπρᾶξαι Eurip. Hec. 515. Soph. Œd. Colon. 1730. et infra Agam. 1286. ἐξεργάσασθαι Eurip. Helen. 1104. Orest. 1224. Hippol. 565. ἐπεξεργάσασθαι Soph. Antig. 1298. ubi Schol. explanat per ἐπισφάξαι, et διεργάσασθαι Soph. Œd. Col. 1481. Eurip. Hec. Hippol. 613.—" *Abresch.*

259. νόστιμον φάος, *reditus diem,* ut νόστιμον ἦμαρ Odyss. ζ. 311. et sæpius apud Homerum.

260. sqq. ἦ μακροβίοτος—ἀκούειν. *Profecto nimium longum videtur hæc vita senibus, insperatam hancce calamitatem audienda.* ὅδε τις hic non conjungenda, quemadmodum Eurip. Electr. v. 107. εἰσορῶ τήνδε προσπόλον τινὰ, aliisque locis ab Abreschio commemoratis; sed h. l. τις ad μακροβίοτος retrahendum, notaque illa intendendi vi præditum est. Ordo enim verborum: ἦ μακροβίοτός τις ὅδε γε αἰὼν ἐφάνθη. Infinitivum ἀκούειν ellipsi præpositionis πρὸς vel διὰ jungitur cum μακροβίοτος. Nimium diu sibi vixisse videntur senes, vel πρὸς τὸ ἀκούειν etc. ut istam calamitatem audire possent, superstites, vel διὰ τὸ ἀκούειν, propterea quod eam vivendo attigerint, auribusque acceperint.

Γεραιοῖς, ἀκούειν
Τόδε πῆμ' ἄελπτον.

Ἄγ. Καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων,
Πέρσαι, φράσαιμ' ἂν, οἷ' ἐπορσύνθη κακά.

Χο. Ὀττοττοτοῖ, μάταν — στροφὴ β'.
Τὰ πολλὰ βέλεα παμμιγῆ
Γᾶς ἀπ' Ἀσίδος ἦλθ' ἐπ' αἶαν
Δίαν, Ἑλλάδα χώραν.

Ἄγ. Πλήθουσι νεκρῶν δυσπότμως ἐφθαρμένων
Σαλαμῖνος ἀκταὶ, πᾶς τε πρόσχωρος τόπος.

Χο. Ὀττοττοτοῖ, φίλων — ἀντιστ. β'.
Ἁλίδονα σώματα πολυβαφῆ

γέ τις] ὧδε γέ τις Ald. ἐφάνθη] ἐφάνη Vit. ἐφαάνθη Ald. Turn. 262. γεραιοῖς] γηραιοῖς Ald. 264. γε] τε Mosq. Vit. 265. Πέρσαι] Πέρσαις Rob. 268. Ἀσίδος] Ἀσιάδος Vit. 270. δυσπότμως] δυσπότμους Mosq. 271. πρόσχωρος] πρόχωρος Mosq. Ald. 273. ἁλίδονα σώματα πολυβαφῆ] Arnaldus, ut hic versus secundo strophes secundæ respondeat, ejecto vocabulo σώματα, quod ut v. 596. subintelligi possit, ita scribendum opinatur:

ἁλίδονα πολυβαφῆ τε.

264. Choricorum senum verbum ἀκούειν occasionem præbet nuntio, illa quæ sequuntur adjiciendi: *Atqui vero ego, qui præsens adfui, nec alios tantum narrantes audivi, optime dixerim, quanta illis mala acciderint.*

266. sqq. μάταν—χώραν. *Eheu! Frustra* igitur tam multa *omnis generis tela,* h. e. tot millia hominum armatorum e multis variisque gentibus conflatorum, *in Græciam, claram et nobilem terram, ex Asia venerunt.*

270. sq. πλήθουσι—τόπος. *Oppleta sunt cadaveribus militum infeliciter perditorum Salaminis littora, omnisque vicinitas,* scil. ex pugna navali Salaminia, cf. Herodot. viii. 89.

273. ἁλίδονα πολυβαφῆ, *mari jactata et multum* s. *sæpe mersa.* Post πολυβαφῆ non intelligendum *sanguine,* ut Schol. voluit, sed *undis.* Aliud est jactari fluctibus, aliud mergi. Itaque nec Pauwii ratione utimur, qui πολυβαφῆ κατθανόντα arctius copulanda censuit, q. d. *in aquis exstincti.* Nos potius κατθανόντα cum πλαγκτοῖς ἐν διπλάκεσσιν jungimus; ut universæ antistrophes hæc sententia sit: *Heu, heu,* corpora amicorum in errabundis navibus, scil. fractis et submersis, *mortua ferri dicis, mari jactata ac sæpe mersa.* Ita πλαγκτοῖς διπλάκεσσιν vel proprie accipiendum, de tabulis navium, in quibus miseri naufragi enatare cupiebant, sed antequam ad lictus appellerent suffocati peribant, ita ut paulo post eorum cadavera mari disjicerentur; vel parte pro toto posita, integras naves significat, in quibus nautici vel cæsi, vel submersi sunt. De v. δίπλαξ cf. Clav. Æschyl. h. v.

Κατθανόντα λέγεις φέρεσθαι
Πλαγκτοῖς ἐν διπλάκεσσιν.
Ἄγ. Οὐδὲν γὰρ ἤρκει τόξα, πᾶς δ' ἀπώλλυτο
Στρατὸς, δαμασθεὶς ναΐησιν ἐμβολαῖς.
Χο. Ἴυζ' ἄποτμον βοὰν — στροφὴ γ'.
Δυσαιανῆ Πέρσαις
Δαΐοις, ὡς πάντα παγκάκως
Ἔθεσαν, αἶ, αἶ, στρατοῦ φθαρέντος.
Ἄγ. Ὦ πλεῖστον ἔχθος ὄνομα Σαλαμῖνος κλύειν·
Φεῦ, τῶν Ἀθηνῶν ὡς στένω μεμνημένος.
Χο. Στυγναί γ' Ἀθᾶναι δαΐοις· — ἀντιστ. γ'.

274. κατθανόντα] καταθανόντα Viteb. 275. ἐν διπλάκεσσιν] σὺν διπλάκεσσιν inepte corrigit Pauw. 276. ἀπώλλυτο] ἀπώλυτο Ald. 277. στρατὸς] λεὼς Guelf. ναΐησιν] ναΐοισιν Turn. 278. ἴυζ'] ἴυζε Turn. 280. πάντα παγκάκως] Sic Mosq. Vit. πάντα κακῶς Guelf. 282. κλύειν] καλὸν add. Mosq. 284. στυγναί γ' Ἀθᾶναι] στυγναὶ δ' Ἀθῆναι Guelf. Turn.

276. sq. οὐδὲν—ἐμβολαῖς. *Nihil enim Persis profuerunt arcus; omnis autem exercitus periit, navium* hostilium *impetu victus.* ναΐαι ἐμβολαὶ de navium in hostiles impetu et concursu, cum adversis proris in proras, vel in latera irruebant. Cf. Thucyd. vii. 36. Polyb. i. 24.

277. sqq. ἴυζ'—φθαρέντος. *Emitte infaustum lugubrem clamorem super infelicibus Persis! Ut omnia pessime gesserunt, heu, heu, perdito exercitu!* cf. v. 936. sqq. δαΐοις non *pugnacibus*, ut interpr. reddidit, sed *infelicibus*. Schol. ad Sophocl. v. 796. δάϊοι κοινῶς τὸ πολέμιον, ἀττικῶς δὲ τὸ δύστηνον. Et alius ibid. Ὦ δαΐα. δηΐα πεπονθυῖα, ἡ κατανικωμένη, καταπεπολεμημένη, κεκακωμένη.— Καὶ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ ἀθλία κέχρηται τῇ λέξει. cf. Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 925.

282. ὦ—κλύειν. *O Salaminis nomen acerbissimum auditu et infestissimum!* ἔχθος non est *fastidium*, sed *odium* ex damno accepto.

283. ὡς στένω μεμνημένος. *Quam gemo, cum Athenarum reminiscor!* Ejusmodi vocibus Æschylus populi Atheniensium aures mirifice delectari sciebat.

284. sqq. στυγναί—ἀνάνδρους. *Exosae*, graves, formidabiles, *hostibus Athenae sunt; meminisse licet, quam multas Persidum liberis parentibusve orbas viduasque viris reddiderint.*

εὔνιδας. "Orbas nempe liberis parentibusve, quasdam utrisque. Hoc valet εὖνις, ut recte illustravit Schol. per ἐστερημένον, ὀρφανὸν, quo et solo sensu novit Homerus, observantibus grammaticis: vid. Iliad. x. 44. Odyss. i. 524. Noster in Choëph. v. 245. θεοὶ γένναν εὖνιν κείνου πατρός, et v. 792. πῶλος εὖνις πατρὸς φίλου. Eurip. Orest. v. 930. ἀνδρῶν εὔνιδας dixit mulieres, quarum mariti absentes.—Ἄνανδρος notat in universum mulierem sine viro, sive matrimonio fuerit juncta, sive non. Eurip. Androm. v. 343. ἄνανδρον ἐν δόμοις χήραν καθίξεις, et Soph. Trach. v. 313. τίς ποτ' εἶ ἄνανδρος ἢ τεκοῦ-

Μεμνῆσθαί τοι πάρα
Ὡς πολλὰς Περσίδων μάταν
Ἔκτισαν εὔνιδας ἠδ' ἀνάνδρους.
Ατ. Σιγῶ πάλαι δύστηνος ἐκπεπληγμένη
Κακοῖς· ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορὰ,
Τὸ μήτε λέξαι, μήτ' ἐρωτῆσαι πάθη.
Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν,
Θεῶν διδόντων· πᾶν δ' ἀναπτύξας πάθος
Λέξον καταστὰς, κεἰ στένεις κακοῖς ὅμως,

285. τοι] τι Mosq. Vit. 286. πάρα ὡς πολλὰς] Hiatus vitandi causa, quod tamen necessarium non est, transponere malebat Abreschius:

μεμνῆσθαί τοι πάρα πολλὰς
ὡς Περσίδων—

Περσίδων] τῶν Περσίδων Mosq. Vit. 289. ὑπερβάλλει] ὑπερβάλλοι Vit. 291. βροτοῖς] βροτοὺς Vit. Ald. Turn.

σαι. Huc refero inprimis Eurip. Cycl. v. 305.

Ἅλις δὲ Πριάμου γαῖ' ἐχήρωσ' Ἑλλάδα
Πολλῶν νεκρῶν πιοῦσα δορυπετῆ φόνον,
Ἀλόχους τ' ἀνάνδρους, γραῦς τ' ἄπαιδας ὤλεσεν,
Πολιούς τε πατέρας—

et Orest. v. 1136.

Ὧν πατέρας ἔκτειν', ὧν τ' ἀπώλεσεν τέκνα,
Νύμφας τ' ἔθηκεν ὀρφανὰς ξυναόρων."
Abresch.

μάταν vero h. l. non est *immerito, sine causa*, ut Abreschius putabat, quamquam id alibi e. c. Agam. 1283. ita usurpatur, sed potius *frustra, nullo effectu*, quemadmodum v. 266. positum reperimus. Nempe si Xerxes victor discessisset, acerba quidem uxoribus matribusque tot militum occisorum jactura, sed tamen ferenda fuisset; nunc cum tot millibus hominum perditis nil nisi damnum et ignominiam lucratus esset, multo acerbior iis casus ad animum accidere debebat.

Ἔκτισαν. "*Κτίσαι ἀντὶ τοῦ ποιῆσαι* frequens in primis Æschylo. Euripidi et Sophocli *τιθέναι* et *φαίνειν*, cujus tamen in Trach. v. 915. *ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι.*" *Abresch.*

288. sqq. *σιγῶ—πάθη.* *Diu est, quod taceo infelix, obstupefacta malis; tantum enim hoc est infortunium, ut neque loqui, neque sciscitare calamitates ausa fuerim.*

ἐκπεπληγμένη κακοῖς. Comparat Abreschius Achill. Tat. vi. p. 361. *ἐξεπλάγη καὶ ἔστη σιωπῇ*, et p. 367. *ἡ μὲν δὴ τῷ παραλόγῳ τῆς συμφορᾶς ἐκπλαγεῖσα ἐσιώπησεν*, ut alia mittamus. Ceterum neque, quod ei in mentem venit, ut post *ἐκπεπληγμένη* suppleamus *λόγῳ*, neque ante *τὸ μήτε λέξαι* particula *ὥστε*, sed potius *ἐς* præpositio intelligenda est, ut sæpe in hac loquendi forma.

291. *ὅμως δ' ἀνάγκη.* "Eurip. Alcest. v. 1071.

Χρὴ δ' ὅστις εἶ σὺ καρτερεῖν θεοῦ δόσιν."
Abresch.

292. *πᾶν δ' ἀναπτύξας—λέξον.* Supra in Prometh. v. 193. *πάντ' ἐκκάλυψον καὶ λέγων ἡμῖν λόγον.*

293. *κεἰ στένεις κακοῖς ὅμως.* Malim *ὁμῶς*, ut significet, *quamvis tu similiter*,

Τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν
Τῶν ἀρχελείων, ὅς τ' ἐπὶ σκηπτουχίᾳ
Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών.
Ἄγ. Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ φάος βλέπει.
Ἄτ. Ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα,
Καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.
Ἄγ. Ἀρτεμβάρης δὲ μυρίας ἵππου βραβεὺς

296. θανὼν] θανῶν sic Mosq. 297. μὲν abest Mosq. 298. δώμασιν] δόμοις Mosq. Viteb. 299. μελαγχίμου] μελαγχείμου Ald.

s. *æque atque ego his malis ingemiscas.* ὅμως temere repetitum e v. 291. h. l. friget. καταστὰς, *animo composito et confirmato*, v. Clav. in Καθίστημι. τίνα δὲ καὶ —ὅστ' ἐπί. Scholiastes ait in quibusdam codd. scriptum fuisse ὅστ', hoc sensu: *quinam vero nobis lugendus sit ex imperatoribus, et quomodo quisque in imperio constitutus, morte sua aciem destituerit.* Haud male quidem; attamen vulgata quoque sic explicari potest, ut ἀρχελείων ad *summos duces*, pertineat, verba autem ὅστ' ἐπὶ σκ. describant minorum ordinum duces sub illorum auspiciis imperantes. σκηπτουχία *imperium militare* h. l. designat. ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανὼν sic interpretor, *qui morte sua cohortem in solitudinem conjecerit, jam viro* scil. forti imperatore *carentem, adeoque viribus fractum et imbecillem.* ἄνδρα sæpe de imperatore et viro forti κατ' ἐξοχὴν dici notissimum est. Omnino etiam simpliciter ἄνανδρον significare potest *viduam*, s. viduatam. Sic nostri homines forti imperatore legionis occiso vel mortuo dicere solent, *sein Regiment sey verwaiset.* Ita certe dignior Æschylo et Atossæ persona sensus exit, quam ex Heathii ratione, sic illa vertentis: *quique sceptrigeris præfectus cohortem eviratam duce destitutam reliquit moriens.* "Σκηπτοῦχοι enim, inquit, isti *non erant Satrapæ* aut qui supra appellantur βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι, sed *revera Eunuchi*, unde ἄνανδρον τάξιν subjungit poëta. Regii corporis apud Persas custodiam eunuchis primus commisit Cyrus, teste Xenophonte Cyrop. vii. 3, 6. viii. 3, 8. Hi satellites numero trecenti erant, et σκηπτοῦχοι appellabantur, iisque primus præfuit Gadates ipse eunuchus." Quæ quidem omnia etsi vera et recte observata sunt, minime tamen hujus loci sententiam attingunt. Nam primum ὁ ἐπὶ σκηπτουχίᾳ ταχθεὶς non significat *sceptrigerorum cohorti præfectus*, sed potius *in imperio constitutus:* deinde cum ineptum h. l. fuisset satellitum regiorum mentionem facere, tum præsertim *eviratorum spadonum cohortem* hic nominare prorsus absonum et minime decorum.

297. ζῇ τε καὶ φάος βλέπει. "Homeric. Iliad. α'. 88. ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο." *Stanl.*

298. ἐμοῖς—μελαγχίμου. *Sane tu quidem domui meæ magnam lucem denuntiasti, albumque* h. e. clarum *diem ex atra nocte.* Imagine utitur suavi, et materni animi benevolentiam et caritatem spirante. Succurrit nobilissimum Horatii carmen Od. iv. 5, 2.

300. μυρίας ἵππου βραβεὺς, *decem millium equitum dux.* Hesych. βραβεῖα, ἄρχοντα.

Στυφλοὺς παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων·
Χὠ χιλίαρχος Δαδάκης, πληγῇ δορὸς,
Πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο·
Τενάγων τ' ἄριστος Βακτρίων ἰθαγενὴς
Θαλασσόπληκτον νῆσον Αἴαντος πολεῖ.
Λίλαιος, Ἀρσάμης τε κ' Ἀργήστης τρίτος,
Οἵδ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα
Νικώμενοι 'κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα·
Πηγαῖς τε Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου
Ἀρκτεὺς, Ἀδεύης, καὶ Φερεσσεύης τρίτος,
Φαρνοῦχος, οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον.

301. παρ' ἀκτὰς] παρακταῖς Mosq. Σιληνίων] Ληνίων Mosq. 302. πληγῇ] πληγεὶς Vit. 303. ἀφήλατο] ἀφήλλατο Mosq. Ald. 304 τενάγων] τανάγων Ald. τενίγων Rob. ἰθαγενὴς] ἰθαιγενὴς Rob. 307. πελειοθρέμμονα] πελειοθρέμονα Ald. 309. Αἰγυπτίου] Αἰγυπτία sic Mosq. 310. Φερεσσεύης] Sic scriptum nomen Brunckius in utroque cod. Reg. reperit. φρεσεύης Mosq. φερεσέβης Ald. φερεσεύης Rob. 311. οἵδε ναὸς] οἵ τε ναοὺς Mosq. οἵδε νεὼς Ald. οἵτε νεὼς Rob. Heathio, quod Attici augmentum non abjiciant, rescribendum videtur ἐξέπεσον μιᾶς, pro ἐκ μιᾶς πέσον.

301. στυφλοὺς—Σιληνίων, *cæditur ad aspera littora Sileniarum. Sileniæ* ora erat Salaminis insulæ prærupta et scopulosa. vid. Schol. ad h. l. Attendat vero lector, quanta dictionis varietate et copia usus fuerit Æschylus in describendis enuntiandisque v. 301. sqq. imperatorum mortibus.

303. πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο, *facili saltu ex nave desiliit*, h. l. *letali vulnere accepto præceps in mare cecidit.* Sic Cebrionem vulneratum ex curru decidentem Homerus ἀρνευτῆρι *urinatori* comparat, de eoque Patroclus cum acerba irrisione :

ὢ πόποι ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ.

(Iliad. π'. 742. 745.)

304, 305. Τεναγὼν—πολεῖ. Ac *Tenagon, fortissimus Bactriorum indigena, Ajacis insulam, Salamina, fluctibus marinis percussam, incolit,* h. e. ibi *sepultus est.* πολεῖν non solum est *pascere*, sed etiam *habitare.*

307. πελειοθρέμμονα i. q. Homero πολυτρήρωνα *columbas multas alentem.* "Salaminem insulam Veneris in tutela fuisse, ex Homero discimus ; unde probabile est, columbas summa cura incolas enutrivisse, atque insulam iis abundasse. Veneri enim sacra hæc avis." *Stanl.*

308. ἐκύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα. κυρίσσειν ut *arietare* apud Latinos primum *cornibus ferire* significat, deinde simpliciter *ferire, percutere.* h. l. de cadaveribus horum imperatorum frequenter ad littora allisis capiendum. ἰσχυρὰ χθὼν, ut postea v. 317. σκληρὰ γῆ dicitur Salaminia tellus, ob aspera et saxosa littora.

311. Φαρνοῦχος. "Tres ἵππαρχοι,

Τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν
Τῶν ἀρχελείων, ὅς τ' ἐπὶ σκηπτουχίᾳ
Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών.
Ἄγ. Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ φάος βλέπει.
Ἄτ. Ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα,
Καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.
Ἄγ. Ἀρτεμβάρης δὲ μυρίας ἵππου βραβεὺς

296. θανὼν] θανεῖν sic Mosq. 297. μὲν abest Mosq. 298. δώμασιν] δόμοισ Mosq. Viteb. 299. μελαγχίμου] μελαγχείμου Ald.

s. *æque atque ego his malis ingemiscas.* ὅμως temere repetitum e v. 291. h. l. friget. καταστὰς, *animo composito et confirmato*, v. Clav. in Καθίστημι. τίνα δὲ καὶ —ὅστ' ἐπί. Scholiastes ait in quibusdam codd. scriptum fuisse ὧστ', hoc sensu: *quinam vero nobis lugendus sit ex imperatoribus, et quomodo quisque in imperio constitutus, morte sua aciem destituerit.* Haud male quidem; attamen vulgata quoque sic explicari potest, ut ἀρχιλείων ad *summos duces*, pertineat, verba autem ὅστ' ἐπὶ σκ. describant minorum ordinum duces sub illorum auspiciis imperantes. σκηπτουχία *imperium militare* h. l. designat. ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανὼν sic interpretor, *qui morte sua cohortem in solitudinem conjecerit, jam viro* scil. forti imperatore *carentem, adeoque viribus fractam et imbecillem.* ἄνδρα sæpe de imperatore et viro forti κατ' ἐξοχὴν dici notissimum est. Omnino etiam simpliciter ἄνανδρον significare potest *viduam*, s. viduatam. Sic nostri homines forti imperatore legionis occiso vel mortuo dicere solent, *sein Regiment sey verwaiset.* Ita certe dignior Æschylo et Atossæ persona sensus exit, quam ex Heathii ratione, sic illa vertentis: *quique sceptrigeris præfectus cohortem eviratam duce destitutam reliquit moriens.* "Σκηπτοῦχοι enim, inquit, isti *non erant Satrapæ* aut, qui supra appellantur βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι, sed *revera Eunuchi*, unde ἄνανδρον τάξιν. subjungit poëta. Regii corporis apud Persas custodiam eunuchis primus commisit Cyrus, teste Xenophonte Cyrop. vii. 3, 6. viii. 3, 8. Hi satellites numero trecenti erant, et σκηπτοῦχοι appellabantur, iisque primus præfuit Gadates ipse eunuchus." Quæ quidem omnia etsi vera et recte observata sunt, minime tamen hujus loci sententiam attingunt. Nam primum ὁ ἐπὶ σκηπτουχίᾳ ταχθεὶς non significat *sceptrigerorum cohorti præfectus*, sed potius *in imperio constitutus:* deinde cum ineptum h. l. fuisset satellitum regiorum mentionem facere, tum præsertim *eviratorum spadonum cohortem* hic nominare prorsus absonum et minime decorum.

297. ζῇ τε καὶ φάος βλέπει. "Homeric. Iliad. α'. 88. ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο." *Stanl.*

298. ἐμοῖς—μελαγχίμου. *Sane tu quidem domui meæ magnam lucem denuntiasti, albumque* h. e. clarum *diem ex atra nocte.* Imagine utitur suavi, et materni animi benevolentiam et caritatem spirante. Succurrit nobilissimum Horatii carmen Od. iv. 5, 2.

300. μυρίας ἵππου βραβεὺς, *decem millium equitum dux.* Hesych. βραβεῖα, ἄρχοντα.

Στυφλοὺς παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων·
Χὠ χιλίαρχος Δαδάκης, πληγῇ δορὸς,
Πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο·
Τενάγων τ' ἄριστος Βακτρίων ἰθαγενὴς
Θαλασσόπληκτον νῆσον Αἴαντος πολεῖ.
Λίλαιος, Ἀρσάμης τε κ' Ἀργήστης τρίτος,
Οἵδ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα
Νικώμενοι 'κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα·
Πηγαῖς τε Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου
Ἀρκτεὺς, Ἀδεύης, καὶ Φερεσσεύης τρίτος,
Φαρνοῦχος, οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον.

301. παρ' ἀκτὰς] παρακταῖς Mosq. Σιληνίων] Λήνίων Mosq. 302. πληγῇ] πληγεὶς Vit. 303. ἀφήλατο] ἀφήλλατο Mosq. Ald. 304 τενάγων] τανάγων Ald. τενέγων Rob. ἰθαγενὴς] ἰθαιγενὴς Rob. 307. πελειοθρέμμονα] πελειοθρέμονα Ald. 309. Αἰγυπτίου] Αἰγυπτία sic Mosq. 310. Φερεσσεύης] Sic scriptum nomen Brunckius in utroque cod. Reg. reperit. Φρεσεύης Mosq. Φερεσσέβης Ald. Φερεσεύης Rob. 311. οἵδε ναὸς] οἵ τε ναοὺς Mosq. οἵδε νεὼς Ald. οἵτε νεὼς Rob. Heathio, quod Attici augmentum non abjiciant, rescribendum videtur ἐξέπεσον μιᾶς, pro ἐκ μιᾶς πέσον.

301. στυφλοὺς—Σιληνίων, *cæditur ad aspera littora Sileniarum. Seleniæ* ora erat Salaminis insulæ prærupta et scopulosa. vid. Schol. ad h. l. Attendat vero lector, quanta dictionis varietate et copia usus fuerit Æschylus in describendis enuntiandisque v. 301. sqq. imperatorum mortibus.

303. πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο, *facili saltu ex nave desiliit*, h. l. *letali vulnere accepto præceps in mare cecidit*. Sic Cebrionem vulneratum ex curru decidentem Homerus ἀρνευτῆρι *urinatori* comparat, de eoque Patroclus cum acerba irrisione :

ὢ πόποι ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ.

(Iliad. π'. 742. 745.)

304, 305. Τενάγων—πολεῖ. Ac *Tenagon, fortissimus Bactriorum indigena, Ajacis insulam, Salamina, fluctibus marinis percussam, incolit*, h. e. ibi *sepultus est*. πολεῖν non solum est *pascere*, sed etiam *habitare*.

307. πελειοθρέμμονα i. q. Homero πολυτρήρωνα *columbas multas alentem*. "Salaminem insulam Veneris in tutela fuisse, ex Homero discimus; unde probabile est, columbas summa cura incolas enutrivisse, atque insulam iis abundasse. Veneri enim sacra hæc avis." *Stanl.*

308. ἐκύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα. κυρίσσειν ut *arietare* apud Latinos primum *cornibus ferire* significat, deinde simpliciter *ferire, percutere*. h. l. de cadaveribus horum imperatorum frequenter ad littora allisis capiendum. ἰσχυρὰ χθὼν, ut postea v. 317. σκληρὰ γῆ dicitur Salaminia tellus, ob aspera et saxosa littora.

311. Φαρνοῦχος. "Tres ἵππαρχοι,

Χρυσεὺς, Μάταλλος μυριόνταρχος Θανὼν,
Ἵππου μελαίνης ἡγεμὼν τρισμυρίας,
Πυῤῥὰν ζαπληθῆ δάσκιον γενειάδα
Ἔτεγγ', ἀμείβων χρῶτα πορφυρέᾳ βαφῇ.
Καὶ Μᾶγος Ἄραβος, Ἀρτάμης τε Βάκτριος,
Σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο.
Ἄμηστρις, Ἀμφιστρεύς τε πολύπονον δόρυ
Νωμῶν, ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος Σάρδεσι

312. Μάταλλος] μάταλος Mosq. 314. πυῤῥὰν] πυρὰν Mosq. δάσκιον] δάσκιον idem. 316. καὶ Μᾶγος Ἄραθος] καὶ μέγος ἄῤῥαβος Ald. καὶ μάγος ἄῤῥαβος Rob. καὶ μᾶγος Ἄραθος Turn. Ἀρτάμης] ἀρτάβης Rob. 318. Ἄμηστρις] Ita Brunckius rescripsit. ἀμίστρις Rob. Sic et Codd. Regg.

equitatus præfecti, memorantur Herodoto lib. vii. 88. quorum tertius Φαρνούχης appellatur." *Stanl.*

ναὸς ἐκ μιᾶς πίσον. Haud injuria Brunckius offenditur hac sententia, *una eademque ex nave* istos duces cecidisse. Quomodo enim non mirum videatur tot imperatores eandem conscendisse navem? Attamen illa veteris Grammatici explicatio, quam idem vir doctissimus enotavit, ἐνεπήδησαν ἐκ μιᾶς νηὸς τῶν Ἀθηναίων, etsi istam difficultatem tollit, ambiguitate premitur, et contextui parum respondet. Omnes enim, quibus h. l. nuntius utitur, locutiones mortem ducum diserte describunt. Itaque vel dicamus licet, Æschylum hic a veritate rei per incuriam discessisse, vel eum sic potius scripsisse conjiciamus:

οἵδε ναὸς ἐκ μιᾷ ἔπεσον,

tmesi pro ναὸς ἐξέπεσον μιᾷ scil. ἡμέρᾳ. (Post μιᾷ sæpe intelligendum esse ὥρᾳ vel ἡμέρᾳ, docuit Lamb. Bos in Ellips. Gr.) Infra v. 429. sic finit nuntius:

Εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ
Πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων θανεῖν.

312. Χρυσεύς. "Chryseus nomen est proprium. Sequentis nominis duplex est lectio, Μάταλλος, Μίταλλος. In MS. Reg. B. scholium; ὁ Μίταλλος Ἄραψ ἦν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν μέλαιναν ἵππον εἶχε. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἀραβικοὶ ἵπποι." *Brunck.*

314. ζαπληθῆ δάσκιον γενειάδα. "Suidas ex Epigr. citat ζαπληθὲς στόμα. Petron. c. 99. *barbis horrentibus nauta,* i. e. *hispidus, multibarbus,* ut loquitur Apuleius Flor. lib. i. sub principium." *Abresch.*

315. χρῶτα ἀμείβων πορφυρέᾳ βαφῇ. *Cutis colorem mutans purpureo* sanguinis *tinctu.* πορφύρεον αἷμα, πορφύρεον θάνατον Homerus dixit. Fundus autem translationis e re tinctoria sumtæ in nobilissima ejusdem comparatione Iliad. δ'. 141. sqq.

316. Μᾶγος. "Nomen gentilitium. Stephanus de Urb. v. Μαγὶς: εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν. Herodot. i. 101. ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γενεὰ, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μ ά γ ο ι. Γενεὰ μὲν Μήδων ἐστὶ τάδε.—" *Stanl.*

317. σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο. Quasi hospes aut inquilinus adiit Salaminem insulam, ibique periit.

318. πολύπονον δόρυ, *hasta qua strenue pugnaverat.* Cf. Agam. v. 63. sqq.

Πένθος παρασχὼν, Σησάμης θ' ὁ Μύσιος,
Θάρυβίς τε πεντήκοντα πεντάκις νεῶν
Ταγὸς, γένος Λυρναῖος, εὐειδὴς ἀνὴρ,
Κεῖται θανὼν δείλαιος οὐ μάλ' εὐτυχῶς.
Συέννεσίς τε πρῶτος εἰς εὐψυχίαν,
Κιλίκων ἔπαρχος, εἷς ἀνὴρ πλεῖστον πόνον
Ἐχθροῖς παρασχὼν, εὐκλεῶς ἀπώλετο.
Τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων ὑπεμνήσθην πέρι·

320. Σησάμης] Sic et Viteb. σισάρχης Ald. Rob. Vict. Copulam θ' Brunckius inseruit e MSS. Regg. 321. Θάρυβις] Θάρμις Rob. 323. εὐτυχῶς] εὐτυχῶν Rob. 324. Συέννεσίς τε] σύνεσίς τε Mosq. Rob. 325. ἔπαρχος] Hoc Brunckius in cod. Reg. B. notatum invenit pro varia lectione. ἄπαρχος Rob. Vict. 326. εὐκλεῶς] ἀνηλεῶς Guelf. 327. τοιῶνδε γ' ἀρχόντων] τοιῶνδ' ἀρχόντων Mosq. hiante metro. τοιῶνδ' ἀρχόντων νῦν Ald. τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων νῦν Rob. Vict. τοιῶνδ' ἄρ' ὄντων νῦν Turn. metro quidem restituto, sed incerta auctoritate. Stanleio placebat: τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων νυν. Canter vero conjecerat: τοιῶνδέ γ' ἀρχῶν νῦν. Nos Brunckium secuti sumus.

320. Σάρδεσι πένθος παρασχών. *Sardibus luctum*, nempe sua morte *importans.* Utrum autem hic Ariomardus idem sit, qui supra Thebarum Ægyptiarum dux nominabatur, v. 38. an alius, definiri nequit.

Σησάμης. "Hoc nomen in codd. Regg. diversimode scriptum: Σισάμης, Σεισάμης, Σεισάρμης. Postremi vitium manifestum. Vera scriptura servata in v. 979. Sequens nomen duplici etiam modo scriptum, Θάρυβις, Θάβυρις." *Brunck.*

322. Λυρναῖος. "Interpres Græcus: τὸ γένος ὢν ἀπὸ Λύρνης τῆς χώρας. Imo τῆς πόλεως. Steph. de Urb. Λυρνησσὸς, πόλις Τρωϊκὴ, μία τῶν ἕνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρωάδι· τὸ ἐθνικὸν Λυρνήσσιος. Αἰσχύλος δὲ Πέρσαις, ὡς ἀπὸ τοῦ Λύρνα, ἢ Λύρνη, Λυρναῖος." *Stanl.* "Ad hunc locum jam monuere viri docti, Eustathium existimasse prius ex posteriori per syncopen factum, sed hujusmodi syncopen ego haud capio. Rectius ni fallor dixisset Λύρνην, per apocopen, eandem quæ Λυρνησσός; inde Λυρναῖον, pro Λυρνήσσιον. Hesychio Λύρνησος, eadem quæ Tenedos." *Abresch.*

324. sqq. Συέννεσις—ἀπώλετο. *Et Syennesis virtute et animi fortitudine facile princeps, Cilicum præfectus, unus ille, qui maximum laborem hostibus facessebat, gloriosa morte occubuit.* "Apud Herodot. vii. 98. inter eos, qui in classe proximi a ducibus ὀνομαστότατοι fuere, recensetur Κίλιξ Συέννεσις, Oromedontis filius. Erat vero Syennesis, ni fallor, nomen commune Regibus Ciliciæ, Cyaxari et Alyatti coætaneus, memoratur Herodoto lib. i. 64. Alterius sub Dario mentionem facit idem lib. v. 118. Meminit et tertii Xenophon in Κύρου ἀναβ. lib. vii. ubi reges omnium regionum, quas in expeditione illa peragraverant Græci enumerat." *Stanl.*

327. sq. τοιῶνδε—κακά. *Et hi quidem, quorum mentionem feci, meri principes sunt; pauca vero e multis tibi mala narro.* Nihil scil. de tot millibus equitum, peditum, nauticorum cæsis, nihil de variis eorum calamitatibus dixerat.

Πολλῶν παρόντων δ' ὀλίγ' ἀπαγγέλλω κακά.
Ἄτ. Αἶ αἶ, κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε,
Αἴσχη τε Πέρσαις καὶ λιγέα κωκύματα.
Ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν,
Πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων,
Ὥστ' ἀξιῶσαι Περσικῷ στρατεύματι
Μάχην ξυνάψαι ναΐησιν ἐμβολαῖς;
Ἄγ. Πλήθους μὲν ἂν σάφ' ἴσθ' ἕκατι βαρβάρους
Ναυσὶ κρατῆσαι. Καὶ γὰρ Ἕλλησιν μὲν ἦν
Ὁ πᾶς ἀριθμὸς ἐς τριακάδας δέκα
Νεῶν, δεκὰς δ' ἦν τῶνδε χωρὶς ἔκκριτος·

328. ἀπαγγέλλω] ἀπαγγελῶ Rob. Turn. ἀναγγέλλω Guelf. 331. ἀτὰρ] αὐτὰρ Mosq. 332. πόσον δὲ] πόσον δὴ Rob. πόσον τὶ Turn. πόσον δὲ Guelf. 334. ναΐησιν ἐμβολαῖς] δαΐοισι συμβολαῖς Mosq. ναίοισι συμβολαῖς Vit. ναίησιν ἐμβολαῖς Ald. 335. ἂν] Abest Mosq. βαρβάρους] βαρβάρων Mosq. Vit.

329. κακῶν ὕψιστα. "Ut φόβος ὕψιστος Suppl. v. 488. et πημάτων ὕψιστος Lycophr. v. 305." *Abresch.*

330. αἴσχη—κωκύματα. *Quæ Persis dedecora et acutas lamentationes afferunt.*

331. ἀναστρέψας πάλιν. "Eurip. ἀνελθεῖν in Phœn. v. 1213. et Ion. 934. εἰπεῖν ἀπ' ἀρχῆς αὖθις dixit Soph. Ajac. v. 1119. quod si quis alium facere jubet, ἀναποδίσαι dicitur (lat. *revocare.*) Herodot. v. 92. 6. ἀναποδίζων τὸν κήρυκα." *Abresch.*

332. πόσον δὲ πλῆθος ἦν, *quantus tandem fuit numerus.* "Sic uterque cod. Reg. Glossa in B. ἀντὶ τοῦ δή. Hinc orta vulg. lectio." *Brunck.*

333, 334. ὥστ' ἀξιῶσαι—ἐμβολαῖς. *Ut auderent cum Persico exercitu pugnam conserere navium congressionibus;* i. q. oratione prosa diceretur ὥστ' ἀξιῶσαι ναυμαχεῖν.

335. sq. πλήθους—κρατῆσαι. "Ordo est: πλήθους μὲν ἕκατι, σάφ' ἴσθι βαρβάρους ναυσὶ κρατῆσαι ἄν. *Si navium multitudo aliquid ad victoriam contulisset, certo scias barbaros victuros fuisse.* Particulæ ἂν latina versio vim non exprimit: *quoad numerum quidem certo scias longe barbaros navibus superasse.*" Brunck.

336. καὶ γὰρ Ἕλλησιν. Male versio latina: *nam et Græcis.* Vertendum erat: *Etenim Græcis.*

337. ὁ πᾶς ἀριθμός. "Græcorum classem Ctesias septingentarum navium fuisse narrat; at Herodotus non nisi trecentarum et octoginta, lib. viii. 82. quarum xvi. tantum Lacedæmonii, clxxx. Athenienses præbuerunt. De Atticarum navium numero convenit Plutarchus in Themistocle; quin ipse Herodotus lib. eod. c. 61. naves πεπληρωμένας cc. Atheniensibus tribuit, cui accinit Diodor. Sic. lib. xv." *Stanl.*

338. δεκὰς—ἔκκριτος. *Præter has vero decem naves bonitate,* h. e. s. magnitudine s. celeritate, *præstantes,* s. *eximiæ erant.* χωρὶς τῶνδε conjungendum. Secus accepit Schol. qui χωρὶς ἔκκριτος copulavit, adeoque Æschylum non cccx naves numerare, sed ccc navibus x selectas comprehendere existimavit.

Ξέρξῃ δὲ, καὶ γὰρ οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν,
Ὧν ἦγε, πλῆθος· αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει
Ἑκατὸν δὶς ἦσαν, ἑπτά θ'. Ὧδ' ἔχει λόγος.
Μή σοι δοκῶμεν τῇδε λειφθῆναι μάχῃ·
Ἀλλ' ὧδε δαίμων τις κατέφθειρε στρατὸν,

339. καὶ abest Mosq. 340. ὧν ἦγε πλῆθος] Plutarchus in Themistocle, ubi h. l. citat, legit νεῶν τὸ πλῆθος. ὑπέρκομποι] ὑπέρκαμποι Mosq. 342. δοκῶμεν] ἦν δοκοῦμεν Ald. λειφθῆναι] ληφθῆναι sic Mosq.

339. Ξέρξῃ δέ. Xerxis classem mille ducentarum et septem navium fuisse refert; quo potissimum teste, ut exploratæ fidei, utitur Plutarchus, in vita Themistocl. περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν νεῶν, Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς ὡς ἂν εἰδὼς καὶ διαβεβαιούμενος, ἐν τραγῳδίᾳ Πέρσαις, λέγει ταῦτα: Ξέρξῃ δὲ—Νεῶν τὸ πλῆθος—ἑπτὰ δέ. Adstipulatur Herodotus, post Æschylum testis optimus, lib. vii. 79. Τῶν δὲ τριήρεων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι. Dein ex his quot e qualibet regione suppeditatæ fuerint, disertissime narrat. Eundem ad numerum collineare videtur Diodorus Siculus lib. ii. inquiens, νῆες δὲ σύμπασαι μακραὶ πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων. Minus curiose agunt, qui non nisi mille et ducentas numerant. Horum est Isocrates, in Panathenaico: καὶ Ξέρξου τοῦ τότε βασιλεύοντος τριήρεις μὲν συναγαγόντος διακοσίας καὶ χιλίας. Et in Panegyrico: προσπλευσῶν δὲ τριηρῶν διακοσίων καὶ χιλίων. Et Corn. Nep. in Themistocle: Hujus enim classis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur. Verum hoc intelligendum tantum κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον. Quanto magis platice dictum ab iis, qui mille navium fuisse asserunt? ut Ctesias, τριήρεις χιλίας ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, et Cicero in Verrem, *Xerxem mille numero navium classem ad Delum appulisse* scribit. Ceterum apud hos, ut loquitur Varro de R. R. lib. ii. c. 1. *non est ut sit ad amussim, ut non est cum dicimus mille naves iisse ad Trojam* etc.—" *Stanl.*

340. ὧν ἦγε πλῆθος. "Non crediderim ego aliter hic legisse Plutarchum, atque nos hodie, quod existimat Stanl. et Spanhem. ad Julian. p. 280. sed pro ὧν ἦγε πλῆθος, ideo scripsit νεῶν τὸ πλῆθος, ut, quod fieri solet quam sæpissime, et omnes, qui breviter aliorum verba adducunt, faciunt, verbis abrupte et extra nexum suum laudatis, sensus constaret." *Abresch.*

ὑπέρκομποι τάχει. *Celeritate præstantes.*

342. μή σοι—μάχῃ. Interpres lat. falsam lectionem δοκοῦμεν secutus vertit: *Num tibi videmur in hac pugna inferiores fuisse?* "Verum τῇδε non debet cum μάχῃ conjungi, sed seorsim verti *hac ex parte*, id est, quod ad numerum navium attinet, (πλήθους ἕκατι v. 335.) Ex sequente autem ἀλλὰ manifestum τὸ μὴ h. l. non interrogative, sed negative poni. Legendum igitur omnino est, δοκῶμεν. *Ne tibi videamur ab hac parte in prœlio inferiores fuisse.*" Heath.

343. στρατόν. "Schol. legit λαόν, quo sensu, nempe pro στρατὸν, cadente Græcitate frequentatum docet du Cangius: sed usum antiquissimum probat noster, cujus iterum est infra v. 731. πᾶς λαὸς κατέφθαρται δορί, et ut ναυτικὸς στρατὸς v. 730. sic λεὼς v. 383.

Τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσοῤῥόπῳ τύχῃ.
Ἀτ. Θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.
Ἀγ. Ἔστ' ἆρ' Ἀθηνῶν, ἔστ' ἀπόρθητος πόλις.
Ἀνδρῶν γὰρ ὄντων, ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές.
Ἀτ. Ἀρχὴ δὲ ναυσὶ συμβολῆς τίς ἦν φράσον,
Τίνες κατῆρξαν, πότερον Ἕλληνες, μάχης,
Ἢ παῖς ἐμὸς, πλήθει καταυχήσας νεῶν.
Ἀγ. Ἦρξεν μὲν, ὦ δέσποινα, τοῦ παντὸς κακοῦ

346. Hic versus Atossæ tribuitur et legitur ἔστ' ἄρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις Rob. ἔστ' ἄρ' legitur etiam in Mosq. Viteb, Guelf. 351. ἦρξεν] ἦρξε Guelf. Ald. Turn.

et Anton. Liber. c. xxx. λαὸν ἀθροίσαντες ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὴν Ἀδρίαν. Contra στρατὸν pro λαὸν habet Eumenid. 686. 892." *Abresch.*

344. τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσοῤῥόπῳ τύχῃ. *Qui* (scil. δαίμων) *lances haud æquilibri fortuna oneravit.* Apud Homerum Jupiter fingitur fatalem populorum vel hominum sortem in trutina ponderare; ita ut, quorum lanx potiori gravitate deorsum vergat, iis exitium portendatur. Sic Il. θ'. 70. imposuerat lancibus δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, Trojanorum nempe et Achivorum; tumque

Ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν.

Eodem modo in Achillis et Hectoris certamine Il. χ'. 210. sqq. ubi Hectoris morti destinati lanx deprimebatur. Fieri tamen potest ut imaginem hujus trutinæ paulo aliter informaverit Æschylus. Nam si bonam fortunam Persarum et Græcorum ponderatam esse finxit, gravior lanx utique Græcorum, levior Persarum erat. cf. Clav. in ἰσόῤῥοπος.

346. Ἔστ' ἄρ' Ἀθηνῶν, ἔστ' ἀπόρθητος πόλις. Cum hic sensus particulam ἄρα, non ἆρα postulet, (nam hoc interrogativum est, quod, si hic versus nuntio tribuatur, admitti nequit;) ἄρα vero propter primæ syllabæ brevitatem locum hic non inveniat, certissimum arbitror, hosce versiculos ita legendos esse.

Ἀτ. Θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.
Ἔστ' ἆρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις;
Ἀγ. Ἀνδρῶν γὰρ ὄντων, ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές.

h. e. Atossa: *Dii profecto urbem Palladis servant.—Adhucne igitur Athenarum urbs invicta est?* Nuntius: Est profecto; nec mirum. *Nam cum iis virorum* fortium *copia sit, firmissimo utuntur munimento.* Et hanc rationem jam editio Robortelli præivit, nisi quod ibi pro ἔστ' ἆρ' vitiose scriptum ἔστ' ἄρ', et pro signo interrogandi, quod abesse non debet, punctum post ἕρκος positum est. In responsione nuntii particula γὰρ involvit suppressam quæstionis propositæ affirmationem.

350. πλήθει καταυχήσας νεῶν. *Superbiens* s. *fretus navium multitudine.* "Verbum notes, cujus nulla in lexicis vestigia, præterquam ex Jacobi epist. ii. 13. ubi in quibusdam libris κατανχῆται pro κατακαυχᾶται lectum fuisse scribit Corn. a Lapide, cunctis nihilominus libris MSS. quorum V. L. collegerunt viri docti, in vulgatam conspirantibus, quam et genuinam esse puto." *Abresch.*

Φανεὶς ἀλάστωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθέν.
Ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ
Ἐλθὼν, ἔλεξε παιδὶ σῷ Ξέρξῃ τάδε,
Ὡς εἰ μελαίνης νυκτὸς ἵξεται κνέφας,
Ἕλληνες οὐ μενοῖεν, ἀλλὰ σέλμασι
Νεῶν ἐπενθορόντες, ἄλλος ἄλλοσε
Δρασμῷ κρυφαίῳ βίοτον ἐκσωσαίατο.
Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν, οὐ ξυνεὶς δόλον
Ἕλληνος ἀνδρὸς, οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον,
Πᾶσι προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον·
Εὖτ' ἂν φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος χθόνα
Λήξῃ, κνέφας δὲ τέμενος αἰθέρος λάβῃ,

ἤρξεν sine μὲν Rob. 356. σέλμασι] σέλμασιν Ald. 357. νεῶν] νῶν Mosq. ἐπενθορόντες] ἐπανθορόντες Mosq. Vit. Rob. 358. κρυφαίῳ βίοτον] κ. βίον Mosq. κρυφαίῳ βίον Viteb. 361. ναυάρχοις] ναυάρχαις Ald. ναυάρχ οις/αις Gueff. 362. χθόνα] φλόγα Rob.

352. ἀλάστωρ h. l. *infestus genius.* v. lex. Æschyl. h. v.

353. ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην. "Cui nomen Sicinus. Astutissimum hoc Themistoclis commentum memorat Herodotus lib. viii. 76. et Diodorus Sic. lib. xi. p. 231." *Stanl.*

354. ἔλεξε—Ξέρξῃ τάδε. "Vel potius, πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Βαρβάρων, si Herodoto credimus, qui et nuntii verba paulo aliter refert. Ἔπεμψέ με στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρῃ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων (τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλῆος, καὶ βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) φράσοντα ὅτι οἱ Ἕλληνες δρασμὸν βουλεύονται καταρρωδηκότες. καὶ νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἁπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ περιίδητε διαδράντας αὐτούς· οὔτε γὰρ ἀλλήλοισιν ὁμοφρονέουσι, οὔτε ἀντιστήσονται ὑμῖν. Πρὸς ἑωυτούς τε σφέας ὄψεσθε ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας καὶ τοὺς μή. Ceterum cum nostro consentit Diodor. Sicul. ἔπεισέ τινα (Θεμιστοκλῆς) πρὸς τὸν Ξέρξην αὐτομολῆσαι, καὶ διαβεβαιώσασθαι διότι μέλλουσιν αἱ κατὰ Σαλαμῖνα νῆες ἀποδιδράσκειν ἐκ τῶν τόπων καὶ πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀθροίζεσθαι." *Stanl.* Ceterum h. l. rectius, quam in versione lat. Stanl. sic verteris: Græcus homo ab Atheniensium exercitu veniens filio tuo Xerxi hæc dixit: *Græcos cum primum noctis tenebræ ingruissent, haud amplius mansuros, sed occupatis navium transtris alium alia via vitam clam aufugiendo servaturos esse.*

360. θεῶν φθόνον. *Ignorans deos ei victoriam, quam de Græcis reportare sperabat, invidere,* h. e. *ei non decrevisse.* cf. not. ad v. 91.

362. sq. εὖτ' ἂν—λάβῃ. *Simulac urere sol radiis terram cessaverit* ac *tenebræ templa ætheris occupaverint.* Τέμενος αἰθέρος, ut Latini *cœli templa.*

Τάξαι νεῶν μὲν στῖφος ἐν στίχοις τρισὶν,
Ἔκπλους φυλάσσειν καὶ πόρους ἁλιρρόθους,
Ἄλλας δὲ κύκλῳ νῆσον Αἴαντος πέριξ,
Ὡς εἰ μόρον φευξοίαθ' Ἕλληνες κακὸν,
Ναυσὶ κρυφαίως δρασμὸν εὑρόντες τινὰ,
Πᾶσι στέρεσθαι κρατὸς ἦν προκείμενον.
Τοιαῦτ' ἔλεξε. κάρθ' ὑπ' ἐκθύμου φρενός.
Οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίστατο.
Οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως, ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενὶ
Δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο, ναυβάτης τ' ἀνὴρ
Ἐτροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον.

364. μὲν στῖφος] στίφος μὲν Ald. Rob. στῖφος μὲν Guelf. Turn. στίχοις] στίχ^οις_αις sic Mosq. 365. ἁλιρρόθους] ἁλιρόθους Ald. Rob. 367. φευξοίαθ'] φευξοίενθ' Rob. 369. στέρεσθαι] στερίσκεσθαι Mosq. 370. τοιαῦτ'] τοσαῦτ' Rob. Guelf. ὑπ' ἐκθύμου] Guelf. ὑπερθύμου Rob. Mosq. ὑπ' εὐθύμου Victor. φρενὸς] φρενὶ Mosq. 372. πειθάρχῳ] πιθάρχῳ Mosq. 373. δεῖπνόν τε] Abest τ' hiante metro. Guelf. Ald. Rob. Turn. Vict. δεῖπνόν γ' conj. Stanl. Sed melius cum Brunckio δεῖπνόν τ' scribitur. ναυβάτης] ναύτης Ald. ναυάτης Turn. Vict. Guelf. ναυβάτης cum Brunckio rescripsimus, cum dudum inter Philologos constet ναυάτης Græcum non esse. 374. ἐτροποῦτο] τροποῦτο Turn.

365. ἔκπλους—καὶ πόρους ἁλιρρόθους, *exitus et freta maritima*, per quæ nimirum enavigandi copia erat.

366. νῆσον Αἴαντος πέριξ. "Herodot. viii. 76. ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα, et mox τῶνδε δὲ εἵνεκα ἀνήγοντας νῆας, ἵνα δὴ τοῖσιν Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων." *Stanl.*

367. sqq. ὡς—προκείμενον. *Adeo ut, si malam perniciem Græci effugerent, ac navibus clam elabendi occasionem reperirent, omnibus* scil. navium in præsidio collocatarum *ducibus capitis pœna denuntiaretur.* Ita si πᾶσι de præfectis tantum s. ναυάρχοις v. 361. intelligatur, (nam de omnibus classiariis accipere nulla necessitas cogit) non est quod cum Schol. pro κρατὸς legamus κράτος, quod ne metrum quidem admittit, nisi forte κάρτος ille scripserat.

370. κάρθ' ὑπ' ἐκθύμου φρενὸς, *animo valde feroci atque fidente.*

372. sqq. οἱ δ'—εὐήρετμον. *Hi vero non negligenter, sed obsequenti animo cœnam parabant, et unusquisque nauticus alligavit remum circa scalmum remis aptum.*

373. δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο. "Persæ semel tantum in die, idque ad cœnæ tempus, cibum capessebant. Hinc facetum Megacreontis dictum, cujus meminit Herodotus lib. viii. c. 20. qui præclare actum dicebat cum Abderitis, quod Xerxes non bis quotidie cibum caperet, nam si iis præter cœnam, quam ei dederant, etiam prandium præbendum fuisset, nihil illis ea calamitate durius accidere potuisse." *Stanl.*

374. ἐτροποῦτο. Inde lorum, quo scalmum religabant, τροπωτὴρ dictus.

Ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο,
Καὶ νὺξ ἐπῄει, πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
Ἐς ναῦν ἐχώρει, πᾶς δ' ὅπλων ἐπιστάτης,
Τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς.
Πλέουσι δ', ὡς ἕκαστος ἦν τεταγμένος,
Καὶ πάννυχοι δὴ διάπλοον καθίστασαν
Νεῶν ἄνακτες πάντα ναυτικὸν λεών.
Καὶ νὺξ ἐχώρει, κοὐ μάλ' Ἑλλήνων στρατὸς
Κρυφαῖον ἔκπλουν οὐδαμῇ καθίστατο.
Ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα
Πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν,
Πρῶτον μὲν ἠχοῖ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα

377. ἐς ναῦν] ἐς ναῦς Mosq. Guelf. 378. νεὼς μακρᾶς excidit Mosq. 380. καὶ πάννυχοι δὴ διάπλουν] πάννυχοι δὴ διάπλοον Rob. 381. νεῶν] ναῶν Rob. 385. κατέσχε] κατάγε Mosq. γαῖαν] γῆν Ald. 386. ἠχοὶ] ἠχῇ Ald. Turn. ἠχεῖ Rob. Mosq. ἤδη conj. Pauw. ἠχοῖ ex ingeniosa Piersoni conjectura (ad Mœrin p. 176.) quam confirmat Cod. Reg. B. ubi vulgato ἠχῇ superscriptum ἠχοῖ.

376. *κώπης ἄναξ*, i. e. *remex*. "Reprehendit Euripidem Aristoteles hac phrasi usum, ac si minus esse decora. Rhetor. lib. iii. c. 2. Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, κ ώ π α ς ἀ ν ά σ σ ε ι κ ἀ π ο β ὰ ς ε ἰ ς Μ υ σ ί α ν, ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀ ν ά σ σ ε ι ν ἢ κατ' ἀξίαν." *Stanl.* "Verum expedit rem Eustath. ad Iliad. β'. p. 261. docens in talibus non regis significationem spectandam, sed quatenus in genere notet *dominum curamque gerentem rei cujuscunque*; sic mox v. 383. ναῶν ἄνακτες. Oppian. Hal. i. 17. σκυλάκων ἄνακτες. cf. nostri Agam. v. 70. Nec non Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 1291. Iterumque Eustath. ad Odyss. α'. p. 67." *Abresch.*

377. ὅπλων ἐπιστάτης interpretor de milite classiario; nam quemadmodum remiges metaphorice remorum ἄνακτες appellabantur, sic milites *armorum præfecti*.

380. καὶ πάννυχοι. "Herodot. lib. viii. 67. ἐποίευ δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι· οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παραρτέοντο." *Stanl.* διάπλοον h. l. adjective sumtum, significat *navigando sine remissione intentum*. Nempe navium duces omnem populum nauticum per totam noctem ministeriis navalibus operam dare jubebant.

384. λευκόπωλος ἡμέρα. "Ut nocti nigros, sic et Auroræ equos albos tribuunt poëtæ. Theocritus:

Οὐδ' ὅκχ' ἁ λευκίππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀώς.

Q. Calaber lib. i.

Ἠὼς μαρμαρέοισιν ἀγαλλομένη φρένας ἵπποις." *Stanl.*

386. sqq. πρῶτον μὲν—ἠχώ. *Ac primum quidem classicum a Græcis sublatum Echoi instar cantici acclamabat; Echo autem insularis petræ ilico altissima voce resonabat*. Magnifica sane descriptio!

Μολπηδὸν ηὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα
Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας
Ἠχώ· φόβος δὲ πᾶσι βαρβάροις παρῆν
Γνώμης ἀποσφαλεῖσιν. Οὐ γὰρ ὡς φυγῇ
Παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε,
Ἀλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει.
Σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν·

387. ηὐφήμησεν] εὐφήμησεν Ald. Rob. 390. οὐ γὰρ ὡς φυγῇ] οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν φυγῇ Ald. οὐ γὰρ φυγεῖν Rob. 392. ὁρμῶντες] ὁρῶντας Guelf. Rob.

κέλαδος est *clamorque virûm clangorque tubarum*, ut Virgilii verbis utamur. Hic dicitur μολπηδὸν εὐφημῆσαι, quoniam ὄρθιος ille νόμος certos numeros certamque modulationem habebat, ad excitandam virtutem pugnantium hostesque terrendos compositam. Cf. Lex. Æschyl. v. ὄρθιος. Sed quamquam h. l. hujus ὀρθίου νόμου quædam descriptio continetur, non tamen in iis, quæ statim sequuntur, vocabulum ὄρθιον adjectivi loco, ita ut νόμον supplendum sit, sed potius adverbialiter positum accipio; et ὄρθιον ἀνταλαλάζειν interpretor *intentissima voce resonare*, vel *reclamare*. Germanice sic verterim: *Nun rief von Seiten der Griechen ein dem Gesange ähnliches Schlachtgeschrey jauchzend der Echo zu; und schnell hallte mit lauter Stimme von den Felsen der Insel die Echo wieder.*

390. sqq. οὐ γὰρ ὡς φυγῇ—θράσει. *Non enim quasi ad fugam gravem Pæana canebant Græci, sed animosa audacia ad pugnam ruentes.*

ἐφύμνουν. "Ut ὀλολυγμὸν ἐφυμνεῖν in Choëph. v. 383. et τὶ χθονὶ Eumen. 905. Pro *invocare* posuit Soph. Antig. 669." *Abresch.*

393. Σάλπιγξ—ἐπέφλεγεν. *Tuba vero clangore omnia ista accendebat.*

ἐπέφλεγεν. "Glossæ in Reg. β'. ἐτάρασσεν, ἐθορύβει. Schol. ἀνήγειρεν. Frequens poëtis verbi φλέγειν usus metaphoricus. Soph. Theb. 288. Eurip. Phœniss. 248. Ἄρης αἷμα δάϊον φλέγει. E Græcis mutuatus est Virgilius, cum alibi, tum Æn. x. 865.

Clamore incendunt cælum Troësque Latinique.

ix. 500. de Euryali matre:

Illam incendentem luctus Idæus et Actor
Corripiunt.—

πολυδάκρυτον Ἀΐδα γόον φλέγουσαν, ut ait Comic. Thesmoph. 1050. ubi male excusum φεύγουσαν. Bacchylides in Analectis nostris T. i. p. 151. inter Pacis laudes illud recenset, quod

συμποσίων ἐρατῶν βρίθοντ' ἀγυιαὶ,
παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται.

Sophocl. Aj. 196. ἄταν οὐρανίαν φλέγων. Nec absimile est istud Œdip. Tyr. 187. παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος." *Brunck.*

πάντ' ἐκεῖνα, *omnem istum tumultum.* Fortasse autem Æschylus ediderat:

Σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντα θ' ἐπέφλεγεν.

Tuba autem clangore omne littus accendit, nempe insulæ Salaminiæ, aliarumque circumjacentium. "Ceterum de tubicine Virgilius:

quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Lycophron v. 249. sqq.

Καὶ δὴ καταίθει γαῖαν ὀρχηστὴς Ἄρης
Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον."

Stanl.

Εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ
Ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος,
Θοῶς δὲ πάντες ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν.
Τὸ δεξιὸν μὲν πρῶτον εὔτακτον κέρας
Ἡγεῖτο κόσμῳ, δεύτερον δ' ὁ πᾶς στόλος
Ἐπεξεχώρει, καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
Πολλὴν βοήν· Ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,
Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ
Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
Θήκας τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών.
Καὶ μὴν παρ' ἡμῶν Περσίδος γλώσσης ῥόθος

394. εὐθὺς] Sic Mosq. Vit. item Regg. Vulg. ἐπεί. 395. κελεύσματος] κελεύματος Mosq. 396. ἦσαν] εἶσαν Ald. ἐκφανεῖς] ἐκφανῶς Mosq. 397. εὔτακτον] εὐτάκτως Mosq. Guelf. 399. ἐπεξεχώρει] Sic Mosq. Vit. Regg. Ald. Turn. Reliqui ὑπεξεχώρει. 401. ἐλευθεροῦτε δὲ] ἐλεοῦτε δὴ sic Mosq.

394. sqq. εὐθὺς—ἰδεῖν. *Statim vero junctis remorum strepentium percussionibus audito celeusmate verberabant, ac celeriter omnes conspicui erant.* ξυνεμβολῇ non est *incursu*, sed exprimit remorum percussionem ab omnibus eodem momento factam. Remigibus enim in remis impellendis suos numeros, certosque percussionum modos fuisse, inter omnes constat. ἐκ κελεύσματος, vel *audito celeusmate*, vel *secundum celeusma*, ut Sept. adv. Theb. 856. in dictione allegorica ex remigandi negotio petita κατ' οὖρον γόων ἐρέσσετ᾽. Celeustes,

qui requiemque modumque
Voce dabat remis,

(Ovid. Metam. 3. 629.) *hortator* idem a Latinis dictus, vel *pausarius*, media in puppi stabat. Ita Silius Italicus: lib. vi. 361.

mediæ stat margine puppis,
Qui voce alternos nautarum temperet ictus,
Et remis dictet sonitum, pariterque relatis
Ad numerum plaudat resonantia cœrula tonsis.

397-403. τὸ δεξιὸν—ἀγών. *Ac primum quidem dextrum cornu scite instructum ordine præibat, deinde* reliqua *tota classis subsequebatur, simulque hic undique clamor audiebatur: O filii Græcorum, ite, liberate patriam, liberate liberos, uxores deorum patriorum sedes, majorumque sepulcra; nunc pro omnibus pugnandum est.* Hæc narrationis pars Atheniensium aures gratissimo sensu mulcere debuit!

404. sq. καὶ μὴν—ἀκμή. *Enimvero et a nobis Persicæ linguæ strepitus* illis *recurrebat, neque ullus amplius erat cunctandi locus.* "Moris enim erat apud Persas, ubi manus consererent, clamorem tollere, quo et hostes terrerent, et incitarent suos. Curt. lib. iii. *Jam in conspectu, sed et extra teli jactum utraque acies erat, cum priores Persæ inconditum et trucem sustulere clamorem.* Diodor. Sic. lib. xvii. *οἱ Μακεδόνες πρῶτοι συναλαλάξαντες, βοὴν ἐξαίσιον ἐποίησαν· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν βαρβάρων ἀντιφθεγξαμένων, συνήχησε μὲν ἡ συνεγγὺς ὀρεινὴ πᾶσα· τὸ δὲ μέγεθος τῆς βοῆς ὑπερῆρε τὴν προγεγενημένην κραυγὴν, ὡς ἂν πεντήκοντα μυριάδων μιᾷ φωνῇ συνηχουσῶν.*—" *Stanl.*

Ὑπηντίαζε, κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή.
Εὐθὺς δὲ ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον
Ἔπαισεν· ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ
Ναῦς, κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς
Κόρυμβ', ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ἴθυνεν δόρυ.
Τὰ πρῶτα μὲν δὴ ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ

409. ἴθυνεν] ἴθυνε Mosq. Guelf. εὔθυνεν cod. Reg. B. in contextu et pro V. L. ἴθυνεν. 410. τὰ πρῶτα] καὶ πρῶτα Rob. μὲν δὴ] μὲν οὖν Ald. Rob. Mosq.

οὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή. Ordo est: ἀκμὴ ἦν οὐκέτι μέλλειν. Ventum erat ad ipsum temporis articulum, qui omnem moram excludebat. Germani dicerent: *Es war die höchste Zeit nicht weiter zu zaudern.* Sic Agam. 1364. τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.

406. sq. εὐθὺς—ἔπαισεν. *Confestim navis*, Græca *in nave* Persica *æratum rostrum percussit.* "Pro ἐμβόλῳ, *rostro navis*, στόλον hic positum a poëta recte monuit Schol. παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι, etc. quibus parilia scribit Hesych. cum Eustath. ad Odyss. μ'. p. 494. 12. Pollux lib. i. Segm. 86. distinguit inter στόλον et ἔμβολον." *Abresch.* Fieri tamen potest, ut h. l. στόλος proprie sic dictus designetur.

407. sqq. ἦρξε—κόρυμβ'. *Primum vero impetum dedit Græca navis et omnia Phœnissæ navis aplustria diffregit.* "Ita etiam Herodotus lib. viii. Utrum vero navis hæc Atheniensis fuerit, an Æginensis, apud ipsos Græcos non constabat. Ἀμεινίης δὲ, inquit, Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἐξαναχθεὶς, νηῒ ἐμβάλλει. Συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι τῆς ναυμαχίας τὴν ἀρχήν. Αἰγινῆται δὲ τὴν κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιναν, ταύτην εἶναι τὴν ἄρξασαν. Æschylus, qui et ipse Atheniensis, priori sententiæ favisse videtur; dicit enim navem Græcanicam, quæ conflictum incepit, Phœnissam confregisse; at Phœnices in hoc prœlio adversus Athenienses instructum fuisse monet Herodotus lib. cit. c. 85. κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας. Idem vero in hac pugna Æginetis primas partes, Atheniensibus secundas tribuit. viii. 93. ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται· ἐπὶ δὲ, Ἀθηναῖοι—" *Stanl.*

409. ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ἴθυνεν δόρυ. Et *alius* scil. gubernator *in aliam* hostium navem *direxit navem.* δόρυ hic de *nave*, ut sæpe. v. Suppl. 141.

410—421. τὰ πρῶτα—στρατεύματος. *At primum quidem torrens Persici exercitus impetum sustinuit; cum vero multitudo navium in angusto coarctaretur, ipsæque suis auxilium ferre non possent, sed potius ipsæ se invicem æratis rostris perforarent, tum vero omnem remorum apparatum detergebant, Græcæque naves haud inerti consilio undique eas cingentes percutiebant; jamque passim subvertebantur naves, nec amplius mare videre licebat, ideo naufragiis ac cædibus hominum oppletum erat. Plena quoque littora, plenæ rupes e mari prominentes cadaverum erant. Itaque quotquot in barbarorum classe naves erant, omnes fugæ intentæ sine ordine remigabant*

τὰ πρῶτα. "Hoc et nostro hausisse videtur Diodor. Sic. lib. xi. Οἱ δὲ Πέρσαι τὸ μὲν πρῶτον πλέοντες διετήρουν τὴν τάξιν ἔχοντες πολλὴν εὐρυχωρίαν· ὡς δ' εἰς τὸ στενὸν ἦλθον, ἠναγκάζοντο τῶν νεῶν τινας

Ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
Ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις
Παίοντ', ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον,
Ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφραδμόνως
Κύκλῳ πέριξ ἔθεινον, ὑπτιοῦτο δὴ
Σκάφη νεῶν, θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν
Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν·
Ἀκταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ' ἐπλήθυον·
Φυγῇ δ' ἀκόσμως πᾶσα ναῦς ἠρέσσετο,

411. νεῶν] νεῶν τῶν Περσικῶν Guelf. e glossa. 413. ὑφ' αὑτῶν] ὑπ' αὐτῶν Mosq. Ald. Vict. ἐμβολαῖς] Mallet quis forte ἐμβόλοις. Brunck. 414. παίοντ'] Male Heathius corrigendum putabat ἔπαιον τ'. Recte enim Brunckius admonuit diphthongum αι in senario nunquam corripi. 416. ὑπτιοῦτο δὴ] ὑπτιοῦτο δὲ Guelf. Ald. Turn. Vict. δὴ ex Heathii emendatione post Brunckium recepimus. 417. θάλασσα] θάλασσαν Ald. θάλασσαν sine δ' Vict. 418. πλήθουσα] πλήθουσαν Ald. Vict. 419. ἐπλήθυον] Sic Reg. A. a prima manu; litera ν postmodum addita. ἐκπλήθυνον Turn. Vict. ἐπλήθυνον Mosq. Guelf. Reg. B. Ald. ἐπλήθυνεν Viteb.

ἀπὸ τῆς τάξεως ἀποσπᾷν, καὶ πολὺν ἐποίουν θόρυβον." *Stanl.*

ῥεῦμα στρατοῦ. Ut supra v. 86. ῥεῦμα φωτῶν.

413. ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις. Male Abreschius ἐμβολαῖς post interpretem Latinum *concursibus* vertit. Nimirum negat idoneo exemplo firmari posse ἐμβολὴν *rostrum navis* denotare. Atqui sic usurpatur Xenoph. Hist. Gr. iv. 3, 6. ἐμβολὰς ἐχούσῃ τῇ τριήρει. Sic de nostro machinæ bellicæ Thucyd. ii. 76. firm. τὸ προῦχον τῆς ἐμβολῆς. Ut adeo nihil opus sit h. l. legere ἐμβόλοις.

414. ἔθραυον. In hoc verbo incipit apodosis, quod neglexit interpres, qui protasin verbis ὡς δὲ—παίοντ' comprehensam ἀνανταπόδοτον fecit, vertendo: ET *fregerunt omne* classis *remigium.*

417. σκάφη νεῶν. "Hanc periphrasin mire habuit in deliciis Euripides; e pluribus locis vid. Troad. v. 539, et 681. Iphig. Taur. 1345. Med. v. 1. Adde Thuc. lib. i. cap. 50." *Abresch.* Verum ex hoc ipso Thucydidis loco intelligitur hanc periphrasin non otiosa quadam συνωνυμίᾳ contineri; sed potius σκάφη νεῶν sunt *alvei navium*; iique, poëtico ornatu, pro ipsis navibus dici possunt. Schol. Thucyd. σκάφη καλεῖ τὰ κοιλώματα τῶν νεῶν, ἃ ἡμεῖς γαστέρας καλοῦμεν, cui quidem interpretationi, sed frustra, obnititur Dukerus.

418. ναυαγίων καὶ φόνου accipio sic, ut *naufragia et cædes* poëtico spiritu pro *fractis navium tabulis* et cæsis *hominibus* dicta sint. Ita certe multo ornatius et concinnius est, quam si illud (a ναυάγιον) pro tabulis naufragio disjectis sumatur, id quod Abreschio placuit. Quamquam ναυάγιον interdum haud secus ac ναυαγία naufragium significat.

Ὅσαι περ ἦσαν βαρβάρου στρατεύματος.
Τοὶ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον
Ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων
Ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον, οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ
Κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα
Ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.
Κακῶν δὲ πλῆθος, οὐδ' ἂν εἰ δέκ' ἤματα
Στοιχηγοροίην, οὐκ ἂν ἐκπλήσαιμί σοι.
Εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ
Πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων θανεῖν.

423. θραύσμασίν τ'] θραύσμασί τ' Ald. θραύσμασί τ' Mosq. Viteb. Rob. 424. ἐῤῥάχιζον] ἐράχιζον Mosq. 425. κωκύμασιν] κωκύμασι Ald. πελαγίαν] πελασγίαν Mosq. Guelf. 427. εἰ δέκ'] εἰς δέκ' Ald. 428. στοιχηγοροίην] στιχηγοροίην Mosq. ἐκπλήσαιμί σοι] ἐπλήσαιμί σοι Mosq. 429. μηδάμ' ἡμέρᾳ] Sic optime Brunckius e Reg. A. Vict. μηδ' ἂν ἡμέρᾳ Guelf. Ald. Rob. Turn. 430. τοσουτάριθμον] το-

422. τοὶ δ'. An h. l. extra canticum dorica articuli forma ab Æschylo profecta sit, dubitare licet. Alibi οἱ δὲ ut v. 372.

ὥστε θύννους —. "Thynnis Persas comparat, ut nostri imitatione, quod jam observavit Potterus, Græcos Lycophron v. 381. βόλον, quod recte Schol. interpretatur ἄγραν. Sic βόλους ἀνεῖσθαι ἰχθύων Plutarch. in lib. de cap. ex inimic. Util. p. 91. c." *Abresch.*

423. ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων. *Fragmentis remorum, ac ruinarum* e discussis navium tabulatis *fragminibus.*

426. νυκτὸς ὄμμ'. "Alias *noctis oculis* luna dicitur, ut supra S. c. Th. 396. νυκτὸς ὀφθαλμός; hic vero periphrastice pro ipsa nocte. Ita Eurip. in Phœniss. νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον. et Eurip. Iphig. Taur. v. 110. ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ.—" *Stant.*

428. στοιχηγορεῖν est *una serie, perpetuo narrare, in einem weg erzählen.*

429. μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ. "Vulgo legitur μηδ' ἂν ἡμέρᾳ μιᾷ pendente et nullo fere sensu. Perperam, si ad vulgata Græca Latina exigantur; interpres: *numquam una die occubuisse.* Hoc nimirum est μηδάμ' ἡμέρᾳ. At μηδ' ἂν ἡ. μ.—θανεῖν esset: *numquam una die perituram fuisse.* Sed corrupta illa lectio est. Cod. Reg. A. in textu perspicue μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ. Superscripta glossa μηδαμῶς. Reg. B. in textu, (ubi fere semper deterior lectio) μηδ' ἄν. In margine adscriptum γρ. μηδάμ' ἡμέρᾳ, quo refertur interlinearis glossa: γίνωσκε γὰρ εὖ, ὅτι οὐδόλως ἐτελεύτησεν ἐν τῷ κόσμῳ ὅλῳ τόσος λαὸς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ὅσος ἐκεῖσε ἀπὸ τῶν βαρβάρων." Hactenus Brunckius V. C. qui docte ibidem observat, Græcis poëtis in usu esse οὐδαμᾶ et μηδαμᾶ ultima longa, nec non οὐδαμὰ et μηδαμὰ ultima brevi: unde aliquot Sophoclis locis veram scripturam restituit. Ceterum in fine hujus narrationis observare liceat, eam omnibus numeris absolutam ac perfectam esse. Concitata enim est, gravis, brevis, dilucida; efficitque, ut non narrari res, verum in conspectu tuo agi videantur.

Ἀτ. Αἶ αἶ, κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα
Πέρσαις τε καὶ πρόπαντι βαρβάρων γένει.
Ἀγ. Εὖ νῦν τόδ' ἴσθι μηδέπω μεσοῦν κακῶν,
Τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους,
Ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.
Ἀτ. Καὶ τίς γένοιτ' ἂν τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη;
Λέξον τίν' αὖ φῂς τήνδε συμφορὰν στρατῷ
Ἐλθεῖν, κακῶν ῥέπουσαν ἐς τὰ μάσσονα.
Ἀγ. Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν,
Ψυχήν τ' ἄριστοι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς,
Αὐτῷ τ' ἄνακτι πίστιν ἐν πρώτοις ἀεὶ,
Τεθνᾶσιν οἰκτρῶς δυσκλεεστάτῳ μόρῳ.
Ἀτ. Οἲ ἐγὼ τάλαινα συμφορᾶς κακῆς, φίλοι·
Ποίῳ μόρῳ δὲ τούσδε φῂς ὀλωλέναι;

σοῦτ' ἀριθμὸν Turn. Guelf. Olim in quibusdam libris teste Schol. inverso ordine erat τοσουτάριθμον πλῆθος. 431. ἔῤῥωγεν] ἔῤῥωγε Ald. Turn. ἔῤῥωται Mosq. 433. κακῶν] κακὸν Mosq. Viteb. Guelf. 434. ἐπ' αὐτοὺς] ἐπ' αὐτοῖς Viteb. Ald. Rob. ἐπ' αὐτῆς Mosq. 436. τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων] τῆσδε τ' ἐχθίων Regg. Ald. Turnebum recte secutus est Brunckius. 437. τίν' αὖ] τίδ' αὖ Guelf. 440. κεὐγένειαν] καὶ εὐγένειαν Mosq. Ald. Rob. ἐκπρεπεῖς] εὐπρεπεῖς Mosq. Guelf. Edd. ante Brunckium, qui ἐκπρεπεῖς pro V. L. invenit in Reg. B. 442. οἰκτρῶς] αἰσχρῶς Guelf. Reg. A. Mosq. Vit. δυσκλεεστάτῳ] δυστυχεστάτῳ Reg. A. Guelf. μόρῳ] πότμῳ Mosq. 444. ποίῳ μόρῳ δὲ] δὲ omissum Ald.

431. κακῶν πέλαγος ἔῤῥωγεν. Sublimi metaphora, a mari quod aggeres perfregit ducta.

433. εὖ νῦν—κακῶν. Interpres Latinus: *Hoc bene scias, nondum medietatem me attigisse malorum.* Melius tamen fuerit ita verba construere: εὖ νῦν ἴσθι τόδε μὴ μεσοῦν κακῶν, *jam certo scito hæc,* quæ tibi narravi, *nondum dimidiam partem esse malorum?* quemadmodum in Prometh. v. 746.

οὐς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους
Εἶναι δόκει σοι μηδέπω 'ν προοιμίοις.

Fortasse etiam scribendum:

εὖ νῦν τόδ' ἴσθι.

Certo igitur scias; nempe, quandoquidem tibi illa jam nimis magna videntur, *illa quæ narravi, nondum dimidiam partem conficere.*

434. sq. τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς—ῥοπῇ. *Talis enim calamitas eos oppressit, quæ illam pendere suo vel bis superet.*

439. sqq. Περσῶν—μόρῳ. Vide quam diligenter omnia colligat, quæ luctum exaugere possint. Laudat enim cæsos a corporis vigore, ab animi virtute, a nobilitate, a fide in regem; jamque eos non paucos, sed omnes, non simpliciter occubuisse, sed miserabiliter ærumnosissima morte periisse ait.

Ἀγ. Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
Βαιὰ, δύσορμος ναυσὶν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει, ποντίας ἀκτῆς ἔπι.
Ἐνταῦθα πέμπει τούσδ', ὅπως, ὅταν νεῶν
Φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
Κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατὸν,

445. πρόσθε] πρόσθεν. Mosq. Viteb. 446. ναυσὶν] νηυσὶν Viteb. Guelf. φιλόχορος] φιλόχωρος Mosq. 447. ποντίας] παντιὰς Mosq. 450. εὐχείρωτον] εὐχείρωτον Mosq.

445. πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων. Periphrastice. *Insula est quædam haud procul a Salamine sita.*

446. βαιά. "Herodotus νησίδα vocat lib. viii. 76. ἐν τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου. Et lib. cod. c. 93." *Stanl.* δύσορμος ναυσὶν, *navibus importuna.*

ἣν ὁ φιλόχορος Πάν. "Ἐρήμοις γὰρ τόποις οὗτος ὁ θεὸς ἐνδιατρίβειν εἰώθει, inquit Scholiastes. Ita sane describitur Straboni lib. ix. καὶ ἡ Ψυττάλεια νησίον ἔρημον καὶ πετρῶδες. Et istiusmodi locis gaudere dicitur Deus ille. Homerus hymn. in eum v. 6.

—ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε
καὶ κορυφὰς ὀρέων, καὶ πετρήεντα κάρηνα.

Unde ὑλοβάτας et φιλόδενδρος Theæteto appellatus; quare vero et φιλόχορος facile constat ex epigrammate Platoni adscripto;

Αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὔκελάδῳ Πὰν
Ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων.
Αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο
Ὑδριάδες νύμφαι, νύμφαι Ἀμαδρυάδες—" *Stanl.*

447. ἐμβατεύει. Hesych. Ἐμβατεῦσαι, τὸ κατέχειν καὶ καρποῦσθαι χωρίον ἢ οἰκίαν, ἢ ὅλον τὸν κλῆρον. "Nempe ἐμβατεύει h. l. est *frequentat*, inhabitat." *Abresch.*

448—451. ἐνταῦθα—πόρων. "Interpretem latinum, vertendo τὸ φθαρέντες νεῶν *navibus privati*, non percepisse loci sensum palam est; qui, si suo structuræ ordine ponentur verba, sponte se sistet; is vero hic est: ὅπως κτείνοιεν εὐχείρωτον στρατὸν Ἑλλήνων, ὅταν οἱ ἐχθροὶ φθαρέντες ἐκσώζοιντο τῶν νεῶν εἰς τὴν νῆσον, φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν ἐ. τ. Itaque convertendum fuerat: *Istuc eos mittit, ut si e navibus evasissent in insulam hostes palati*, illum ibi *oppressu atque superatu facilem Græcorum exercitum trucidarent, simulque suos e marinis fluctibus in hanc insulam receptos servarent.* *Palatos* reddidi φθαρέντας, ut oportebat. Proprie quod notum φθείρεσθαι est *perdi, perire*; hinc venuste *vagari, palari*, quia tales nimirum εὐχείρωτοι sunt, facile capi perdique possunt. Hesych. Φθείρεται, πλανᾶται. Dio Chrysost. Serm. vii. p. 117. μετὰ ταῦτα ὁ Μενέλεως χρόνον πολὺν ἐφθείρετο πανταχόσε τῆς Ἑλλάδος. Aristid. tom. i. p. 208. μόνη ἐδέξατο τοὺς φθειρομένους κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Nec aliter accipi fas est apud Soph. Œd. Tyr. v. 1515. χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών. Ipse quippe ilico se explicat v. 1520. per τὸ, μή σφε παρίδῃς πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ἀ λ ω μ έ ν α ς.—" *Abresch.*

450. εὐχείρωτον. "Utpote in manus ipsorum delapsum. Herodot. lib. viii. 76." *Stanl.*

Φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν ἐναλίων πόρων,
Κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. Ὡς γὰρ θεὸς
Ναῶν ἔδωκε κῦδος Ἕλλησιν μάχης,
Αὐθημερὸν φράξαντες εὐχάλκοις δέμας
Ὅπλοισι, ναῶν ἐξέθρωσκον· ἀμφὶ δὲ
'κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον, ὥστ' ἀμηχανεῖν
Ὅποι τράποιντο. Πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ χερῶν
Πέτρησιν ἠράσσοντο, τοξικῆς τ' ἄπο
Θώμιγγος ἰοὶ προσπίτνοντες ὤλλυσαν·
Τέλος δ' ἐφορμηθέντες ἐξ ἑνὸς ῥόθου
Παίουσι, κρεωκοποῦσι δυστήνων μέλη,
Ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον.
Ξέρξης δ' ἀνῴμωξεν κακῶν ὁρῶν βάθος.

451. ἐναλίων] Sic Brunck. e Reg. A. Perperam vulgo εἰναλίων. 452. ὡς γὰρ θεὸς] ὡς γὰρ ὁ θεὸς Mosq. 453. Ἕλλησιν] Ἕλλησι Mosq. 454. εὐχάλκοις] εὐχάλκοις Mosq. 455. ἀμφὶ δὲ 'κυκλοῦντο] ἀμφὶ δ' ἐκυκλοῦντο Vit. Mosq. Reg. B. ubi superscriptum ἀμφὶ δέ. 457. ἐκ χερῶν] ἐκ χειρῶν Ald. 458. πέτρησιν] πέτροισιν Schol. item Mosq. Vit. ἠράσσοντο] ἠράσσαντο Ald. Rob. Turn. ἠράσσοντο Mosq. τοξικῆς τ'] τοξικῆς δ' Ald. Turn. 459. προσπίτνοντες] προσπίπτοντες Ald. Turn. Vict. προσπίτνοντες metri causa reposuit Brunckius. ὤλλυσαν] ὤλεσαν Mosq. 463. κακῶν omissum Mosq. βάθος] πάθος Vit.

452. *κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. Male futuri præscius.* "Schol. monet ἱστορῶν positum ἀντὶ τοῦ νοῶν et προβλέπων. cf. Eumenid. v. 457. ubi πατέρα ἱστορεῖς καλῶς, *patrem optime nosti.*"—*Abresch.*

452. sq. ὡς γὰρ—μάχης. *Cum enim Deus navalis pugnæ gloriam Græcis concessisset.* κῦδος de *victoria*, ut sæpissime apud Homerum.

454. sqq. αὐθημερὸν—τράποιντο. *Illo ipso die æreis armis corpora munientes navibus* in iusulam Psyttaleam *exsilierunt* Græci; *totamque insulam circumdederunt, ut quo se verterent* Persæ *non haberent.* "Hoc ab Aristide Lysimachi filio Atheniensi factum refert Herodotus lib. viii. 99. Qui παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἳ πολλοὶ παρατετάχατο παρὰ τὴν ἄκρην τῆς Σαλαμινίης χώρης, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβη ἄγων· οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησῖδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας." *Stanl.*

458. ἠράσσοντο. Veram lectionem pro vitiosa ἠράσσαντο, quæ omnes adhuc editiones obsederat, primus e Regg. codd. restituit Brunckius V. D. Sensus horum vv.: *multum enim* Persæ *partim lapidibus manu missis percutiebantur; partim sagittæ ab arcuum nervis iis inflictæ eos perdebant.*

460. sqq. τέλος—βίον. *Postremo uno omnes impetu aggressi, cædunt, concidunt miserorum membra, donec omnium vitam prorsus perdidissent.*

463. κακῶν βάθος, *abyssum malorum*, metaphora cum alias idonea, tum huic

Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαυγῆ στρατοῦ,

464. εὐαυγῆ] εὐαγῆ. Sic Regg. A. et B. edd. et codd. adhuc collati omnes. εὐαγῆ est e certissima emendatione Hemsterhusii.

potissimum loco apta, quod Xerxes ex alto prælium spectabat.

464. Ἕδραν γὰρ εἶχε. "Pugnam hanc spectavit Xerxes de Ægialeo monte e regione Salaminis. Herodot. lib. viii. 90. Ubi in argentea sella curuli sedens prælium spectavit, quæ postea in templo Minervæ dedicata est, et *αἰχμάλωτος* dicta. Harpocration: *Ἀργυρόπους δίφρος, ὁ Ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἐφ' οὗ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν. Ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸν παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς.* Pariter una consecratus est et Mardonii acinaces; cum enim apud Thucydidem inter omnes rerum copias, quibus Athenienses initio belli Peloponnesiaci abundabant *σκῦλα Μηδικὰ* enumerantur, non aliter locum exponit Scholiastes, quam per hæc duo donaria, *τὸν ἀργυρόποδα θρόνον, καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν χρυσοῦν.* De quibus Ulpianus ad Olynth. iii. *ὁ γὰρ Ξέρξου δίφρος καὶ ὁ ἀκινάκης Μαρδονίου, ὁ μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, ὁ δὲ ἐκ Πλαταιῶν ἀνετέθησαν.* Etiam Demosthenes orat. in Timocr. utrumque conjunxit, *ταμιεύσας ἐν ἀκροπόλει τὰ ἀριστεῖα τῆς πόλεως, ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ὑφῃρημένος ἐξ ἀκροπόλεως, τόν τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα, καὶ τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου ὃς ἦγε τριακοσίους Δαρεικούς.*—" *Stanl.*

εὐαυγῆ. h. e. *locum, unde longe lateque exercitum omnem prospicere poterat.* De hoc adjectivo, quod h. l. et alibi a librariis perperam in *εὐαγῆ* mutatum est, docta est disputatio Tib. Hemsterhusii, quam hic subjicimus. "In Eurip. Suppl. 652. legitur *πύργον εὐαγῆ λαβὼν*, et in Æschyli Pers. 464. *Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ.* Arnaldus lect. gr. p. 58. vertit *εὐαγῆ*, *a quo longe lateque prospici potest;* quæ quidem interpretatio sententiæ horum locorum apte convenit; sed ipsi voci convenire fuerat ostendendum. *Εὐαγὴς* si ducatur ab *ἄγος*, quid sit notum est, quemadmodum *ἀναγὴς, δυσαγής·* si ab *ἄγω*, *duco*, erit *agilis, flexibilis*, qua potestate capitur in Hippocr. *περὶ διαίτ.* ii. p. 363. 34. neque aliter Henr. Stephan. intellexit Anthol. i. c. 60. ep. 6. *χαίροιτ' εὐαγέες (μέλισσαι)* in Th. Gr. L. T. i. 126. C. *agiles apes, quod per aërem ferantur cito et facile;* vel *mobilis, volubilis*, ut in Aretæo p. 19. v. 33. *ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροὶ*, exponi possunt; licet *puros* dederit Crassus, Wiganus *lucentes*, quod vix perspicias unde pendeat, nisi legisse vel legi voluisse statuas *εὐαυγέες·* junguntur tamen itidem ab Adamantio Physiogn. i. c. 9. *ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ λαμπροὶ καὶ εὐαγεῖς*, cujus vice admodum vitiose *εὐλαβεῖς* Polemo præfert. Porro si ab *ἄγω*, *ἄγνυμι, frango*, significabit *fragilem, quique facile comminui possit;* quo pertinet Suidæ locus ita scribendus: *εὐαγὲς, εὐκόλως κεκλασμένον*, et *στάχυς εὐαγὴς* idem qui *εὔκλαστος, εὔθραυστος*, apud Etym. in v. *Δημήτηρ.* In his, sicuti linguæ norma postulat, penultima corripitur; aliis in locis eadem vox syllabam istam habet productam. Leonid. Anth. vi. 27. ep. 6. *Καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐάγεα καὶ περιαγὲς Τρύπανον*—Parmenides apud Clem. Alex. Strom. v. p. 732. *καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα*—. Nimirum forma Dorica nascuntur ex *εὐηγὴς* et *περιηγής·* quorum illud rarissimum, alterum frequentatur pro *circumacto, circumjecto, rotundo;* sæpe tamen quam proprie vim habeat obscurum est; qua de re nunc nihil amplius dicam. Singulare est, quod ex Lex. Vet. MS. Bibl. Sangerm. mecum communicavit præstantissimus noster Ruhnkenius: *Ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· Ἄθρει μὲν γὰρ ἄναντος ἐναντίον ἀγέα κύκλον.* Pro *παναγὴς*, quod longe diversus est, melius scripsisset *περιαγὴς*, ut in illo versu proverbiali, quem sugge-

Ὑψηλὸν ὄχθον ἄγχι πελαγίας ἁλός·
Ῥήξας δὲ πέπλους, κἀνακωκύσας λιγὺ,
Πεζῷ παραγγείλας ἄφαρ στρατεύματι,
Ἥιξ' ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ. Τοιάνδε σοὶ
Πρὸς τῇ πάροιθε συμφορὰν πάρα στένειν.
Ατ. Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν

465. πελαγίας] πελασγίας Vict. ἁλὸς] alii χθονὸς, testante Stephano. 468. ἤιξ] ἦιξ' cod. Reg. B. ἦιξ' Rob. Pierson ad Mœrin p. 301. quia αἴσσω s. ᾄσσω aut ἄττω semper apud Atticos dissyllabum sit, corrigendum opinatur ἔπτηξ' vel ἀπῆξ'. ἀκόσμῳ ξὺν] ἀκόσμως σὺν Mosq. 469. πάροιθε] πάροιθεν Ald. Rob. Mosq. Vit. συμφορὰν] συμφορᾷ Mosq. Vit. 470. δαῖμον] δαίμων Mosq.

rit Philopon. περὶ Κοσμοπ. p. 179. Μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον ἑλίξαι. Vid. Suid. in Εὐαγής. Nunc investiga, quantum libet, harum, quas notavi in εὐαγὴς, significationum, quænam vel Æschyli verbis vel Euripidis accommodari possit; nullam, ni fallor, invenies: at si scripseris inserta littera εὐαυγῆ, omnis difficultas fuerit sublata; nam εὐαυγὴς, *locus illustris*, vel *qui undique conspici potest*, vel *unde prospectus in vicina late patet*. Ratio structuræ in ἕδρα παντὸς εὐαυγὴς στρατοῦ itidem expedita, quæ frustra quæritur in εὐαγής. Enimvero jam dudum vereor, ne εὐαυγὴς per culpam librariorum pluribus locis abierit in εὐαγής· in Jamblichi certe Protr. p. 152. v. 23. vice vulgati λαμπροτάτη τις εὐαγία, Cod. Reines. quem ipse cum edito contuli, præfert εὐαυγία, quod utique longe melius congruit cum λαμπροτάτη et τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, quam εὐαγία. Perinde se res habet in Platone de LL. xii. p. 989. C. ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερα γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα—καὶ ἀσαφῆ. Timæi p. 1065. E. ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος· ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος. Unde sumtum Jamblichi de Myst. p. 80. v. 21. τὸ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος. Si tum juncta propinquæ, tum apposita contrariæ potestatis attente spectes, quid prius in mentem veniat, quam opportunissimum εὐαυγής? Accedat Aristoteles, vel quicumque nomen ejus mentitus auctor, de Mundo p. 14. v. 12. κόσμος—λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος. Vertit Apuleius: *splendore perlucidus*. Quin clarius etiam causam nostram suffulcit diversa, quam Stobæus suppeditat, Ecl. Phys. p. 78. v. 9. lectio, λαμπρότητα δὲ τηλαυγέστατος. In Parmenide quoque εὐαυγέος ἠελίοιο non sprevero. Pythagoreis autem in primis αὐγὴ et voces inde natæ placuerunt; unico Theagis exemplo defungar apud Stob. p. 11. v. 46. ὁ νοὸς—ἔχων περιαυγία καὶ διαυγία τὰν ἔποψιν. Jam neminem arbitror fore, qui contendat pro εὐαυγὴς Græcos vitandæ κακοφωνίας ergo solemni more pronunciasse εὐαγής." *Hemsterhus.* (In Musgrave Exercitt. ad Eurip. 84. sqq.)

465. ὑψηλὸν ὄχθον. Hæc explicationis causa vocabulo ἕδραν apponuntur; adeoque ἕδραν non *sellam* ipsam Xerxis, ut Stanleius existimat, sed generatim *sedem* notat.

467. παραγγείλας scil. τὴν φυγὴν, quod e sequentibus anticipandum est. ἄφαρ] "Hesychius ἄφαρ, ταχέως." *Stanl.*

468. sq. τοιάνδε σοὶ—στένειν. cf. v. 434.

470. ὡς ἄρ' ἔψευσα φρενῶν Πέρσας. Hæc nimirum est illa δολόμητις ἀπάτα, quam v. 91. timebat Chorus.

Πέρσας· πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν
Κλεινῶν Ἀθηνῶν εὗρε, κοὐκ ἀπήρκεσαν,
Οὓς πρόσθε Μαραθὼν βαρβάρων ἀπώλεσεν·
Ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν
Τοσόνδε πλῆθος πημάτων ἐπέσπασε.
Σὺ δ' εἰπὲ ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον,
Ποῦ τάσδε γ' ἔλιπες· οἶσθα σημῆναι τορῶς;
Αγ. Ναῶν γε ταγοὶ τῶν λελειμμένων σύδην
Κατ' οὖρον οὐκ εὔκοσμον αἱροῦνται φυγήν.
Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ

472. ἀπήρκεσαν] ἐπήρκεσαν Vit. 473. ἀπώλεσεν] ἀπώλεσε Mosq. 474, 475. Desunt Mosq. 475. τοσόνδε] τοσῶνδε Vit. 476. ναῶν αἳ πεφεύγασιν] νῶν αἳ πεφεύγασι Ald. 477. ποῦ τάσδε γ' ἔλιπες] ποῦ τάσδ' ἔλιπες Ald. Turn. ποῦ τάσδ' ἔλιπες edd. cett. ante Brunck. 478. ναῶν γε] Sic rescripsimus e Robortell. ναῶν δὲ Ald.

471. sq. πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν κλ. Ἀθηνῶν εὗρε. Stanleius τιμωρίαν, *ultionem*, passive accipere videtur, quasi Atossa dicat, Xerxem Athenarum causa in gravissimam pœnam incurrisse, quippe quas incenderit, et civium quoque supplicum stragem fecerit. Herodot. viii. 53. Nobis vero aptius videtur, πικρὰν τιμωρίαν εὗρε de acerbo exitu ultionis, quam Xerxes de Athenis ob cladem Marathoniam sumere decreverat, accipi. Nam paulo post Atossa hæc subjungit ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν—τ. π. π. ἐπέσπασε; quorum scil. apud Marathonem cæsorum *cladem cum filius meus se vindicaturum speraret, tantam calamitatum molem sibi attraxit.*

477. ποῦ τάσδε γ' ἔλιπες. Si ἔλιπες verum est, quod etiam codd. Regg. præstant, particula γε a Brunckio inserta nec ad metrum abesse potest, et sensum insuper ornat. *Ubi hasce saltem reliquisti?*

478. ναῶν γε ταγοί. Edd. omnes præter Robortellianam dederant ναῶν δέ; sed huic particulæ initio responsionis ad quæstionem Atossæ versu antec. propositam vix locus est. Itaque præferendum fuit e Rob. ναῶν γε ταγοί, *quod quidem ad navium ductores attinet.* λελειμμένων i. q. v. 476. αἳ πεφεύγασιν μόρον.

479. κατ' οὖρον, vel, ut latinus interpres, *quo ventus eos impellebat*, vel simpliciter, *vento secundo usi.*

480. στρατὸς δ' ὁ λοιπός. Nempe terrestris. Sed h. l. primum mirandum est, nuntium nihil de exercitu, qui sub Mardonii auspiciis in Græcia relictus esset, dicere; quamquam aliquo modo hic scrupulus elevatur, si cum Abreschio ὁ λοιπὸς interpretemur *maxima pars, plerique reliqui.* Deinde in verbis ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ prorsus otiosa est particula τε, quandoquidem nec in antecedentibus habet ad quod referatur, nec vero in consequentibus, id quod ab Æschyli consuetudine plane abhorret. Neque vero proxima satis inter se cohærent. Pauwius quidem sic expedire hanc difficultatem tentat, ut colo post λοιπὸς posito, hoc modo interpretetur: *Reliquum vero exercitum quod attinet,* et

Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ Κρηναῖον γάνος
Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ
Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα
Καὶ Δωρίδ' αἶαν, Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ
Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ·
Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαιΐδος πέδον
Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους
Βορᾶς ἐδέξαντ'· ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον

482. ὑπ' ἄσθματος] ὑπ' ἄσματος Mosq. At Stanl. conjectura emendabat ὀφάσματος. 488. ἐδέξαντ'] ἐδέξατ' Viteb. quod præfert Zeunius. πλεῖστοι θάνον] Vulg.

in *Bœotorum terra periit, hi* etc. Verum hac ratione nihil promoveri bene intellexit Heathius. Itaque nisi forte, quod idem quoque suspicabatur, quædam hic exciderint, hac via, nisi fallor, optime nos extricabimus, ut legamus:

στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς, ἐν τι Βοιωτῶν χθονὶ
διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοί·
Οἱ τ' ἐ κ π ε ρ ῶ μ ε ν ἔς τε Φωκέων χθόνα
καὶ Δωρίδ' αἶαν etc.

Reliquus vero exercitus, partim in Bœotiorum terra periit, alii quidem circa fontanum laticem siti laborantes, alii ex anhelatione tabescentes; p a r t i m transimus in Phocidem ac Doridem etc. Ita τι particula inter ἐν et Βοιωτῶν respondebit alteri τε inter artic. præpositivum οἱ et ἐκπερῶμεν; et illi quidem in Bœotia mortui recte opponentur his, qui perrexerunt in Phocidem; denique qui in Bœotia mortui sunt, eorum alii siti, alii asthmate, quod ex cursu sibi contraxerant, consumti esse dicentur. Hoc pacto nulla pars vel constructionis, vel sententiæ manca erit. κρηναῖον γάνος hic ut Lycophr. 247. *fontem, fontanum laticem.* Scholiastes quidem Κρηναῖον proprium nomen existimavit q. d. *Crenæum fontem*, quod de Dirces fonte accipiendum esset, qui forte olim κατ' ἐξοχὴν κρήνη appellatus est, unde Κρηναῖαι πύλαι inter portas Thebarum recensentur. Verum omninò præstat κρηναῖον γάνος de quocunque fonte intelligere. Nimirum miseri milites siti pæne enecti circum fontes oberrant, aliique, antequam accedere possent, ibidem expirant, alii dum avidius frigidam hauriunt, præsertim ex itinere æstuantes, repentina viscerum refrigeratione moriuntur. ὑπ' ἄσθματος κενοὶ sunt milites *anhelatione ex cursu contracta consumti. s. exhausti.* cf. Lex. Æschyl. v. κενός. Abreschius, qui verba οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ cum sequentibus διεκπερῶμεν etc. jungit, tmesin in iis quærit, et pro ἄσθματος ὑπέκκενοι dicta esse opinatur, eodem sensu, quem Schol. amplectitur μικρὸν ἀσθμαίνοντες, i. e. *ægre ac vix spiritum trahentes.*

486. γῆς Ἀχαιΐδος πέδον. Intelligitur Achaia Phthiotis, quod assecutus est Francogallus interpres. cf. Strab. lib. i. p. 45. B. ed. Casaub. id. lib. ix. p. 433. D.

487. sq. ὑπεσπανισμένους βορᾶς. "Vacat in hoc verbo paucisque aliis præpositio ὑπὸ, non imminuit, quod monemus, ne quis eam connectendam existimet cum ἐδέξαντο. Noster iterum in Choëph. v. 375. Ἐριννὺς φόνου οὐχ ὑπεσπανισμένη, et Soph. Ajac. v. 755. τί δ' ἐστὶ χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον. cf. Suid. v. ὑπεσπανίζων." *Abresch.*

Δίψει τε λιμῷ τ'· ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.
Μαγνητικὴν δὲ γαῖαν, ἔς τε Μακεδόνων
Χώραν ἀφικόμεσθ' ἐπ' Ἀξίου πόρον,
Βόλβης θ' ἕλειον δόνακα, Παγγαῖόν τ' ὄρος,
Ἠδωνίδ' αἶαν. Νυκτὶ δ' ἐν ταύτῃ θεὸς
Χειμῶν' ἄωρον ὦρσε, πήγνυσιν δὲ πᾶν
Ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος. Θεοὺς δέ τις
Τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ, τότ' ηὔχετο

πλεῖστοι Ἔθανον. In Reg. B. scriptum πλεῖστοι 'θάνον cum apostropho elisionem augmenti indicante. Unde Brunckius accentu rectius posito dedit πλεῖστοι Ἔθανον. 489. δίψει] Sic Brunck. e Regg. δίψῃ vulg. λιμῷ τ' ἀμφότερα] λιμῷ γε τ' ἀμφότερα Guelf. 490. ἔς τε] ἠδὲ Rob. 491. ἀφικόμεσθ'] ἀφικόμεθ' Mosq. Rob. 492. Παγγαῖον] Παγκαῖον Vit. 494. πήγνυσιν] πήγνυσι Turn. Sic et Mosq. omisso δέ. 495. ἁγνοῦ Στρυμόνος] Στρυμόνος ἁγνοῦ Ald. Rob. 496. τοτ' ηὔχετο] τοτ' εὔχετο Viteb. Ald. Rob.

489. λιμῷ. Fœdam famem, qua in Thessalia affligebatur Persarum exercitus, luculenter describit Herodotus. Idem morborum pestilentiam, inprimis dysenteriam, accessisse narrat.

492. Βόλβης ἕλειον δόνακα, *Bolbes palustrem arundinem*, periphrasi poëtica *Bolbes lacum.* De hoc lacu s. palude cf. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 134. Thucydide teste lib. iv. 103. ad oppidum Bromiscum in mare ingreditur.

494. χειμῶν' ἄωρον. *Hiemem intempestivam, frigus ab hac anni tempestate non exspectandum.* "Contigit enim hæc pugna appropinquante tantum hieme, circa xx. diem Boëdromionis tertii mensis æstivi, ut testatur Plutarchus in Camillo. Quod et ex Herodoto colligere est, apud quem lib. viii. c. 109. Themistocles Athenienses suos ab insequendo fugientem hostem dehortatur his verbis: νῦν μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντες, ἡμέων τε αὐτέων ἐπιμεληθῶμεν καὶ τῶν οἰκετέων. Καί τις οἰκίην τε ἀναπλασσάσθω, καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, παντελῶς ἀπελάσας τὸν βάρβαρον, ἅμα δὲ τῷ ἔαρι καταπλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίης." *Stanl.*

494. sq. πήγνυσιν—ἁγνοῦ Στρυμόνος. Latinus interpres: *congelavitque omne fluentem limpidi Strymonis.* Rectius *casti.* Hoc enim fluviis tribuitur epitheton, propter nymphas, quæ eos incolere feruntur; omninoque sanctitatem iis tributam.

495. sqq. Θεοὺς δέ τις—τότ' ηὔχετο λιταῖσι. "Τὶς hic ut alibi pro ὅστις. tum θεοὺς νομίζειν, ut sæpe, est *deos agnoscere.*—Porro ηὔχετο λιταῖσι dixit pro λιτάς· verbis enim accusativi cognati apponi solent, et si Eustath. ad Il. α'. p. 45. med. aliisque credimus grammaticis, Atticum est. Neque tamen inusitatus prorsus dativus, inprimis apud scriptores sacros, quod nonnulli in hebraismis censent.—" *Abresch.* Verum h. l. concinnius esse videtur, ηὔχετο, ut absolute positum, commate sejungere, λιταῖσι autem cum προσκυνῶν connectere; *Tum vero, quisquis etiam antea deos non agnoverat, orabat, precibus cœlum et terram supplex venerans.*

Λιταῖσι, γαῖαν οὐρανόν τε προσκυνῶν.
Ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο
Στρατὸς, περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον·
Χὤστις μὲν ἡμῶν, πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ
Ἀκτῖνας, ὡρμήθη, σεσωσμένος κυρεῖ.
Φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
Μέσον πόρον διῆκε, θερμαίνων φλογί·
'πίπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν. Εὐτυχὴς δέ τοι
Ὅστις τάχιστα πνεῦμ' ἀπέῤῥηξεν βίου.
Ὅσοι δὲ λοιποὶ, κἄτυχον σωτηρίας,
Θρῄκην περάσαντες μόγις πολλῷ πόνῳ
Ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες,
Ἐφ' ἑστιοῦχον γαῖαν· ὡς στένειν πόλιν

499. *διὰ πόρον*] Canterus malebat *διάπορον*. 501. *σεσωσμένος*] *σεσωσμένου* Ald. 504. *'πίπτον δ'*] *πίπτον τ'* Ald. *ἐπ' ἀλλήλοισιν*] *ἐν ἀλλήλοισι* Mosq. Viteb. *εὐτυχὴς*] Varia lectio, notante Brunckio, *εὐτυχεῖ*. 505. *ἀπέῤῥηξεν*] *ἀπέῤῥηξε* Mosq. Ald.

497. *γαῖαν οὐρανόν τε.* "Cœlum et Terram divinorum numinum in loco et numero habuerunt Persæ; Cœlum, ut Herodoto placet, sub nomine Διός. lib. i. 131. Οἱ δὲ *νομίζουσι Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες.* Strabo lib. xv. *Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία.* Terram etiam Persarum Diis annumerant Herodotus, Strabo l. c. et Diogenes Laërtius in Prooemio, cui et hostias mactatas dicit Xenophon, Cyrop. lib. 8." *Stanl.*

500. *πρὶν σκεδασθῆναι.* *Priusquam radii numinis spargerentur.* Male Schol. propriam *τοῦ σκεδασθῆναι* significationem esse contendit *ἀφανισθῆναι*. Imo prima *τοῦ σκιδάζειν* est *spargendi* notio, altera *dissipandi*, unde postremo loco interdum pro *ἀφανίζειν* ponitur.

θεοῦ ἀκτῖνας. Deum absolute pro sole apud Græcos poëtas usurpari notissimum est. Ita Euripides in Medea v. 354.

εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ.

et in Oreste v. 1025:

φέγγος εἰσορᾷν θεοῦ
Τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.

Maxime vero Persis convenit hæc loquendi formula; quos Solem pro summo deo habuisse Herodot. lib. i. Strabo lib. xv. Justin. lib. i. Macrob. lib. i. c. 6. et alii complures tradiderunt." *Stanl.*

504. sq. *εὐτυχὴς—βίου.* *Tumque fortunatis erat, cuicui quam celerrime contigisset spiritum vitæ abrumpere!* cuique nimirum non diutius cum morte confictandum erat.

506. sqq. *ὅσοι δὲ—γαῖαν.* Sub finem narrationis iterum multa flebilia paucis verbis complectitur; *quotquot autem superfuerunt, qui pauci sunt, incolumesque evaserunt, hi vix multo labore Thracia peragrata fugientes ad patrios lares veniunt.*

Περσῶν, ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός.
Ταῦτ᾽ ἔστ᾽ ἀληθῆ· πολλὰ δ᾽ ἐκλείπω λέγων
Κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.

Χο. Ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς
Ποδοῖν ἐνήλου παντὶ Περσικῷ γένει.

Ατ. Οἲ ἐγὼ τάλαινα διαπεπραγμένου στρατοῦ·
Ὦ νυκτὸς ὄψις ἐμφανὴς ἐνυπνίων,
Ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά.
Ὑμεῖς δὲ φαύλως αὔτ᾽ ἄγαν ἐκρίνατε.
Ὅμως δ᾽ ἐπειδὴ τῇδ᾽ ἐκύρωσεν φάτις
Ὑμῶν, θεοῖς μὲν πρῶτον εὔξασθαι θέλω·
Ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα
Ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν.
Ἐπίσταμαι μὲν ὡς ἐπ᾽ ἐξειργασμένοις,
Ἀλλ᾽ ἐς τὸ λοιπὸν εἴ τι δὴ λῷον πέλοι.
Ὑμᾶς δὲ χρὴ ᾽πὶ τοῖσδε τοῖς πεπραγμένοις

512. ἐγκατέσκηψεν] ἐγκατέσκηψε Mosq. Rob. Turn. 514. ἐνήλου] ἐνήλλου Vit. Mosq. Ald. Turn. 516. ἐμφανὴς] ἐκφανὴς Mosq. 518. αὔτ᾽] ταῦτ᾽ Mosq. Vit. 519. ἐκύρωσεν] ἐκύρωσε Mosq. Ald. Turn. 522. ἥξω] ἄξω Guelf. 523. ἐπ᾽ ἐξειργασμένοις] ἐπεξειργασμένοις Ald. ἐπεξειργασμένοις Rob. 524. λῷον] Schol. ut observat Stephanus, legisse videtur ζῶον. πέλοι] πέλει Ald. 525. χρὴ ᾽πὶ τοῖσδε] χρὴ ᾽πὶ δὲ τοῖς Ald.

512. ἐγκατέσκηψεν. Transitive, *inflixit*, ut v. 737. ἐπέσκηψεν.

518. sq. φαύλως—ἐκρίνατε. Dubitari non potest, quin his verbis exprobret Atossa senibus falsam et nimis benignam somnii interpretationem. Respicit enim id quod v. 223. Chorus edixerat; ut mirum sit ad alia hic abiisse Stanleium.

519. ὅμως—φάτις. Stanleius: *sed quoniam sententia ita firmavit*, s. *quoniam vos ita statuitis;* rectius: *Verumtamen, quoniam huc saltem parte recto talo stat sententia vestra, weil ihr darin wenigstens Recht habt.*

521, 522. δωρήματα et πέλανον per appositionem. *Deinde redibo, sumta ex ædibus libatione, qua terram et inferos donabo.*

523. ὡς ἐπ᾽ ἐξειργασμένοις. *Non ignoro quidem me super rebus transactis,* quæ infectæ fieri nequeunt, *hoc facturam.* "Sic Soph. Ajac. 378. τί δ᾽ ἂν ἀλγοίης ἐπ᾽ ἐξειργασμένοις; Herodot. lib. viii. c. 94. ἐπ᾽ ἐξεργασμένοισι ἐλθεῖν. Plene Æschyl. in Choëph. v. 737. ἐπ᾽ ἔργοις διαπεπραγμένοις." *Abresch.*

525, 526. ὑμᾶς—πιστοῖσι πιστὰ συμφέρειν βουλεύματα. Cl. Brunckius ita intelligit: τοῖς πρόσθεν πιστοῖς βουλεύμασι καινὰ συμφέρειν πιστὰ βουλεύματα. Ego vero post πιστοῖς vel ἡμῖν, vel κα-

Πιστοῖσι πιστὰ συμφέρειν βουλεύματα·
Καὶ παῖδ', ἐάν περ δεῦρ', ἐμοῦ πρόσθεν, μόλῃ,
Παρηγορεῖτε, καὶ προπέμπετ' ἐς δόμους,
Μή καί τι πρὸς κακοῖσι πρόσθηται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ', ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, νῦν Περσῶν
Τῶν μεγαλαύχων καὶ πολυάνδρων
Στρατιὰν ὀλέσας,
Ἄστυ τὸ Σούσων ἠδ' Ἀγβατάνων
Πένθει δνοφερῷ κατέκρυψας.
Πολλαὶ δ' ἁπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας

526. πιστοῖσι πιστὰ] πιστοῖς τὰ πιστὰ Ald. πιστοῖς γε πιστὰ Rob. Turn. Victor. γε abest Mosq. Vit. πιστοῖσι πιστὰ dedit Brunck. è Regg. συμφέρειν Rob. Vict. 527. καὶ παῖδ'] καὶ παῖς δ' Mosq. ἐάν περ] ἐὰν Mosq. 528. παρηγορεῖτε καὶ προπέμπετ'] παρηγορῆτε καὶ προπέμπητ' Ald. Rob. 529. μή καί τι] μηκέτι Mosq. Vit. μὴ κ' ἔτι Ald. μηδ' ἔτι Rob. πρόσθηται] πρόσθητε Guelf. Vit. Mosq. Rob. προστιθῇ conj. Pauw. præter necessitatem. 530. ἀλλ'] Abest Ald. Rob. Regg. Guelf. Mosq. Vit. Sed recte addidit Turnebus, etsi non constat, unde. Nam et sententiam melius inchoat, et metro stabiliendo conducit. Anapæsticum enim systema, ut bene monet Brunckius, non inchoat parœmiacus. 533. τὸ Σούσων] τοσούτων Vit. Ἀγβατάνων] Ἐκβατάνων Guelf. Rob. Turn. 534. δνοφερῷ] συγερῷ Ald. Turn. Vict. In Reg. B. συγερῷ et supra γρ. δνοφερῷ αἰολικῶς. Quod postremum quo referatur, negat se videre Brunckius, nisi olim scriptum fuerit γνοφερῷ. Et sane hic ibi apud Æschylum formæ verborum occurrunt Æolicæ. 535. ἁπαλαῖς] ἀπαλαῖς Rob.

φανεῖς supplendum censebam, unde hic sensus oritur: Vos vero super his rebus gestis *fida fidis*, scil. nobis, vel dominis, *consilia conferre decet*, sicut v. 169. σύμβουλοι λόγου τοῦδ' ἐμοὶ γίνεσθε, γηραλέα πιστώματα. Cf. v. 678.

529. κακόν. Ne scilicet sibi ipse Xerxes vitæ pertæsus violentas manus inferat.

IN SCENAM IV.

v. 530—596.

Sequitur flebile Chori canticum, mœroris cogitationisque plenissimum.

530. sqq. *At ó rex Jupiter, nunc Persarum superbientium et numerosorum copiis perditis, Susa et Ecbatana urbes caligineso luctu obnupsisti.* cf. Choëph. v. 49.

535. sqq. πολλαὶ—μετέχουσαι. *Multæ vero Persides, teneris manibus calyptras scindentes, sinus rorantibus lacrimis rigant, doloris participes.* μυδαλέοις δάκρυσι διατέγγουσι, *humidis*, h. e. copiose fluentibus.

Κατερεικόμεναι, διὰ μυδαλέοις
Δάκρυσι κόλπους
Τέγγουσ', ἄλγους μετέχουσαι.
Αἱ δ' ἁβρογόοι Περσίδες, ἀνδρῶν
Ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν,
Λέκτρων τ' εὐνὰς ἁβροχίτωνας,
Χλιδανῆς ἥβης τέρψιν, ἀφεῖσαι,
Πενθοῦσι γόοις ἀκορεστοτάτοις.
Κἀγὼ δὲ μόρον τῶν οἰχομένων
Αἴρω δοκίμως πολυπενθῆ.
Νῦν γὰρ πρόπασα μὲν στένει στροφὴ α΄.
Γαῖ' Ἀσιὰς ἐκκενουμένα.
Ξέρξης γὰρ ἤγαγεν, ποποῖ,

540. ἀρτιζυγίαν] ἄρτι συζυγίαν Ald. Rob. ἀρτισυζυγίαν Schol. ἀρτιζυγίην Vit. Totus versus sic legitur in Mosq. ποθέουσι δεῖναι ἀρτιζυγίαν. 541. λέκτρων] λέκτρων τ' Ald. 546. νῦν γὰρ] νῦν γὰρ δὴ Ald. Vict. 547. Ἀσιὰς] Ἀσίας Ald. Vict. Illud jam Steph. præferendum censebat, aut γαῖ' Ἀσία legendum. 548. γὰρ ἤγαγεν] μὲν γὰρ ἔγαγε (vitio typogr. pro ἤγαγε) Ald. μὲν γὰρ

539. ἁβρογόοι *luctui molliter indulgentes.* Sed quia statim occurrit aliud compositum ex ἁβρὸς, v. 541. ἁβροχίτωνας, suspicor Æschylum scripsisse ἀκρογόοι, *in summo luctu versantes,* sicut supra de iisdem v. 133.

Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς.

Idem Pauwio placuit, renitente tamen Heathio. Neque vero ipse hanc mutandi causam probo, quam ille attulit, ἁβρογόοι convenientem sensum non præbere; cum negari non possit, virginum et mulierum recens nuptarum luctui molle aliquid, tenerum ac delicatum, recte tribui. ἀρτιζυγία est *recens copula, qua nuper demum, haud ante multos annos, viris junctæ fuerant.* In sequentibus parum interest, utrum λέκτρων τ' εὐνὰς ἁβροχίτωνας cum antecedentibus et verbo ἰδεῖν, an cum sequentibus et participio ἀφεῖσαι jungas.

541. λέκτρων εὐνὰς ἁβροχίτωνας pro εὐνὰς λέκτρων ἁβροχιτώνων, *consuetudinem cum viris in lectis molliter stratis.*

542. ἀφεῖσαι, *teneræ juventutis usura privatæ.*

543. πενθοῦσι γόοις ἀκορεστοτάτοις, *lugens insatiabili gemitu.* Vide autem, quam multis modis eandem lugendi notionem elocutus sit.

544. sq. κἀγὼ——πολυπενθῆ. Intp. lat. Scholiastem secutus reddidit: *et ego ob fatum pereuntium suscipio explorato luctuosum threnum;* ita ut post δὲ præpositio διὰ et in fine sententiæ θρῆνον omissum esse dicatur; quæ quidem ellipses nos minime delectant. Rectius igitur: *Et nos quoque eorum, qui perierunt, fatum prorsus luctuosum suscipimus.* δοκίμως, *vere, prorsus.*

546. sq. νῦν γὰρ—ἐκκενουμένα. *Nunc enim universa Asia gemit,* scil. viris *exhausta;* ut supra κένανδρον ἄστυ v. 116.

548, 549. Post ἤγαγεν et ἀπώλεσεν

Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ,
Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως
Βαρίδεσσι ποντίαις.
Τί ποτε Δαρεῖος μὲν οὔ-
πω τότ' ἀβλαβὴς ἐπῆν
Τοξάρχης πολιήταις,
Σουσίδος φίλος ἄκτωρ;
Πεζούς τε γὰρ θαλασσίους θ' ἀντις. α'.
Ὁμόπτεροι κυανώπιδες

ἤγαγε Guelf. Turn. Vict. 549. ἀπώλεσεν] ἀπώλεσε Ald. Turn. 551. βαρίδεσσι] βαρύδεσι Viteb. 552. μὲν abest Viteb. 552, 553. τί ποτε Δαρεῖος μὲν οὔπω τότ' ἀβλαβὴς] οὐ τίποτε Δαρεῖος μὲν τότ' ἐβλάβη Rob. τίποτε Δ. μὲν οὔπω τότ' ἀβλαβὴς Guelf. Turn. Vict. 554. τοξάρχης πολιήταις] τόξαρχος πολίταις Rob. Turn. τόξαρχος πολιήταις Vict. τοξάρχης edidit Brunckius e Regg. forma magis poëtica. 555. Σουσίδος] Σουσίδαις al. teste Steph. 556. γὰρ θαλασσίους θ'] καὶ θαλασσίους Guelf. Ald. Vict. 557. ὁμόπτεροι] αἱ δ' ὁμόπτεροι Ald. Rob.

intelligendum λαόν. Magna autem vis est in hac appositione ἤγαγεν et ἀπώλεσεν, duplicique doloris gemitu adjuncto; quæ in antistrophe v. 559. sqq. decora cum gravitate paululum etiam immutata recurrunt.

550. πάντ' ἐπέσπε, vel sic accipias, ut in πάντα reticeatur λαὸν, vel ut pluraliter dictum sit πάντα, de rebus et fortunis Persarum. Posterius vero nobis h. l. potius esse videtur.

552. sqq. τί ποτε—ἄκτωρ. Intp. lat. vulgarem lectionem οὕτω τότ' sic exposuit: *Cui bono Darius innocuus præfuit dux civibus, Susidis carus princeps?* Nos vero, Brunckio auctore, recepimus οὔπω, quod Heathii conjecturæ debetur. *Cur tandem Darius innocuus non potius illo tempore civibus præfuit,* quando scil. hæc expeditio suscepta fuit, *exercitus imperator Susidisque carus dux?* cf. v. 651. sqq.

554. τοξάρχης. "Sic uterque cod. Reg. forma magis poëtica. Sic παντάρχης, μυριοντάρχης, πολεμάρχης, quod in S. c. Th. 830. e cod. adsumi debuit. Soph. Œd. Col. 1085. ἰὼ θεῶν παντάρχα Ζεῦ. Vulgo minus bene πάνταρχε. Διττάρχας ἐλίσσας βασιλῆς Ajac. 390. a διττάρχης." *Brunck.*

555. ἄκτωρ. "Glossæ: βασιλεύς, στρατηγός, ἡγεμών, ἀπὸ τοῦ ἄγω." *Brunck.*

556. sq. πεζούς τε—κυαν. "Vulgo legitur prorsus ἀμέτρως:

Πεζούς τε γὰρ καὶ θαλασσίους
αἱ δ' ὁμόπτεροι κυανώπιδες.

Heathio placuit Strophes versus interpolare, ubi omnia rite procedunt, exemta inutili voce δή. Hic autem pronomen αἱ δ' respuit, aut saltem abesse patitur græci sermonis indoles. Librario metrorum rudi perinde erat, scriberetur θαλασσίους θ', an καὶ θαλασσίους. Optima nunc evadit sententia, legitimis constricta versibus. Sunt autem dimetri iambici." *Brunck.* ὁμόπτεροι, si verum est, h. l. significat *simul evolantes*; verum ad imaginis concinnitatem aptius esset αἱ λινόπτεροι, quod alibi de navibus usurpatur; *naves velivolæ* et *cæruleis proris* instructæ.

Νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,
Νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ,
Νᾶες πανωλεθρίοισιν ἐμβολαῖς.
Διὰ δ' Ἰαόνων χέρας
Τυτθά γ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ'
Αὐτὸν ὧς ἀκούομεν
Θρήκης ἀμπεδιήρεις
Δυσχιμίμους τε κελεύθους.
Τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι δὴ, φεῦ, στροφὴ β'.
Ληφθέντες πρὸς ἀνάγκαν, ἠὲ,
Ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας, ὀὰ
* * * * *
Στένε καὶ δακνάζου,
Βαρὺ δ' ἀμβόασον

Turn. Vict. Nos vero v. 556. et 557. ad Brunckii emendationem, metro perbene consulentem expressimus. 560. πανωλεθρίοισιν] πανωλεθρίησιν Ald. πανωλέθροισιν Rob. Viteb. 562. τυτθά γ'] τυτθὰ δ' Guelf. Rob. Turn. Vict. Pro τυτθὰ δ' ἐκφυγεῖν Canterus conjiciebat τυτθὰ διεκφυγεῖν. 563. αὐτὸν] αὐτῶν Viteb. Ald. Rob. Turn. etc. αὐτὸν dedit Brunck. e Regg. ὧς] Ita scribendum recte monuit Heathius, ut ὧς sit i. q. οὕτως. Vulg. ὡς. 564. ἀμπεδιήρεις] ἀναπεδιήρεις Rob. 565. δυσχιμίμους] δυσχιμέρους Ald. Rob. Vict. etc. Heathius metri causa correxit δυσχιμίμους, quem cum Brunckio sequimur. 566. δὴ Heathio auctore inseruimus ob metrum. 567. ληφθέντες] λειφθέντες Rob. ἀνάγκαν] ἀνάγκην Turn. 568. Κυχρείας] κυτρίας Rob. κυχρείας Turn. Brunck. ἀμφικεχρείας sic Mosq. Κυγχρείας Guelf. Κιχρείας Viteb. Κιγχρείας Ald. Vict. 570. ἀμβόασον] ἀμβόησον

561. sqq. διὰ—κελεύθους. *Enimvero sic quidem ipsum regem vix elapsum esse e Græcorum manibus audimus Thraciæ per campestres et frigidas regiones revertentem.* Heathius alia interpunctione utitur. Commate enim post ἐμβολαῖς et puncto post χέρας posito v. 563. particula δὲ ante ἐκφυγεῖν servata sic interpr.: *Naves perdiderunt* (ipsos) *latæ, naves internecinis assultibus, sed per Atheniensium manus. Vix autem effugisse ipsum regem* etc. "Quanta autem per discrimina Sardes pervenerint copiæ, quas secum reduxit Xerxes, narrat Herodotus lib. viii. 115. quippe coactæ fructibus, herba, nec non corticibus et frondibus vesci; magnamque partem pestilentia ac dysenteria inter viam exstinctæ. Quin et rex ipse naufragium non evitasset, nisi Persæ desilientes in mare navem levassent." *Stanl.*

566. sqq. τοὶ δ'—ὀά. *Illi autem prius fato functi, ah! necessitate correpti, heu! circum Cychrea littora.*—Hic intercidit versiculus, cujus hæc fere fuit sententia: *miserabiliter perierunt.* δακνάζεσθαι h. l. *se ipsum affligere.*

570. sq. βαρὺ—οὐράνια ἄχη. *Graviter*

Οὐράνι' ἄχη, ὀὰ,
Τεῖνε δὲ δυσβάϋκτον
Βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν.
Γναπτόμενοι δ' ἀλὶ δεινᾷ, φεῦ, ἀντισ. β'.
Σκύλλονται πρὸς ἀναύδων, ἠὲ,
Παίδων τᾶς ἀμιάντου, ὀά.
Πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς·

Ald. Turn. 573. βοᾶτιν] βοᾷ τὴν Viteb. 574. γναπτόμενοι δ' ἀλὶ δεινᾷ] γναμπτόμενοι ἀλὶ δεινὰ φεῦ Ald. γναμπτόμενοι δ' ἀλὶ δεινᾷ φεῦ Guelf. Vict. γναπτόμενοι scribendum esse evicit Dorvillius Miscell. obss. vol. ix. p. 120. φεῦ omisit Brunck. 575. ἀναύδων] αὐδᾶν Mosq. ἠὲ] ἠὲ ἠὲ Guelf.

vociferare, clamoribus lugubribus ad cœlum sublatis. οὐράνια ἄχη, de lamentatione clamosa, cujus sonus ad cœlum penetrare videtur; quemadmodum Virgil. Æn. ii. 222. de Laocoonte:

Clamores simul horrendos ad sidera tollit.

572. τεῖνε—αὐδάν. *Intende vero lamentabilem clamosam miserabilem vocem.* Totum carmen elegiæ flebilis indolem imitatur, adeoque dolori ac tristitiæ sic immoratur, ut in eodem sensu multis modis exprimendo versetur.

574. γναπτόμενοι ad eosdem pertinet, quos antea v. 566. πρωτομόρους appellaverat. *Vexati autem infesto* atroci *mari, spoliantur,* lacerantur *a muta casti* s. *impolluti* scil. maris *progenie.* Piscium circumscriptio carminis sublimitatem non dedecet.

577. sqq. πενθεῖ—ἄλγος. Suum vero quæque *domus viduata virum luget; parentesque liberis orbi lacrymis rigantur; immensamque calamitatem, heu, senes conqueruntur; omnem enim jam dolorem audiunt.* δαιμόνια ἄχη vel *divinitus immissa,* vel *supra modum tristia, immensa.* γέροντες cum emphasi; nempe *parentes, iique senes, lamentantur.* Tristitiam enim augebat, quod *senes* filiis, senectutis solatio et præsidio, privarentur.

Sed h. l. non est prætereundum, Heathio totum versiculum 579. spurium videri; cum in aliis codd. absit ἔδαρνται, in omnibus autem Mss. et edd. præter Turneb. et qui eam secuti sunt, omittatur ἐν δάκρυσιν. In Guelf. etiam legitur tantum ἔδαρνται, superscripto scholio: ταῖς δάκρυσιν. Quæ cum ita sint, haud inanis est Heathii suspicio. Ac si fingamus post v. 568. non integrum versiculum, sed vocem tantum trisyllabam excidisse, metrum pariter ac sententia, quamvis omissis illis δάκρυσιν ἔδαρνται sine offensione hunc in modum decurret:

στρ. β'.

1. Τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι δὴ, φεῦ,
2. Λειφθέντες πρὸς ἀνάγκαν, ἠὲ,
3. Ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας, ὀά.
4. * * * στένε καὶ δακνάζου
5. Βαρὺ δ' ἀμβόασον
6. Οὐράνι' ἄχη, ὀὰ,
7. Τεῖνε δὲ δυσβάϋκτον
8. Βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν.

ἀντιστρ. β'.

1. Γναπτόμενοι δ' ἀλὶ δεινᾷ, φεῦ,
2. Σκύλλονται πρὸς ἀναύδων, ἠὲ,
3. Παίδων τᾶς ἀμιάντου, ὀά.
4. Πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς·
5. Τοκῆες δ' ἄπαιδες
6. Δαιμόνι' ἄχη, ὀὰ,
7. Ὀδυρόμενοι γέροντες·
8. Τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.

Atque hæc versuum collocatio Græci

Τοκῆες δ' ἄπαιδες
Δάκρυσιν ἔῤῥανται,
Δαιμόνι' ἄχη, ὀὰ,
'δυρόμενοι γέροντες·
Τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.
Τοὶ δ' ἀνὰ γᾶν Ἀσίαν δὴν — στροφὴ γ'.
Οὐκ ἔτι περσονομοῦνται,
Οὐκ ἔτι δασμοφοροῦσι
Δεσποσύνῃσιν ἀνάγκαις,
Οὐδ' ἐς γᾶν προσπίτνοντες

579. δάκρυσιν ἔῤῥανται] Abest δάκρυσιν Viteb. Ald. Rob. ἔῤῥανται ἐν δάκρυσι Turn. Vict. Alios omittere verbum ἔῤῥανται, alios utrumque, auctor est Steph. 581. Brunckius in notis monuit, in versus antithetico congruat, scribendum δυρόμενοι, vel elisa prima, ob vocalem in fine præcedentis versiculi 'δυρόμενοι. Posterior nobis ratio præplacuit. 582. κλύουσιν] κλύουσ' Rob. 585. οὐκ ἔτι] οὐδ' ἔτι Viteb. quod probat Zeunius. Idem est in Guelf. 586. δεσποσύνῃσιν] δεσποσύνοισιν Guelf. 587 προσπίτνοντες] προσπίτνοντα Rob. προσπίπτοντες Guelf. γαῖαν προσπιτνῶντες Viteb. προσπίτνοντες conj. Stanl. quod poscente metro cum Brunckio recepimus.

metrorum enarratoris dinumerationi exacte respondet. Hic enim a v. 546—582. xxxvi versus numerat, qui decem primæ strophes, totidem antistrophes primæ, octo secundæ strophes totidemque antistrophes ei oppositæ versibus conficiuntur. Si igitur hanc rationem teneamus; vox illa v. 4. secundæ strophes librariis omissa, vel verbum est constructionem antecedentium versiculorum finiens, v. c. τ ε θ ν ᾶ σ ι ν aut simile; vel imperativus, illis qui sequuntur, στένε καὶ δακνάζου ad sententiam similis; v. c. δ ι α ί ν ο υ aut ejus generis alius. Quod ubi verum fuerit, constructio verborum v. 566. his verbis τοὶ δ' ἄρα inchoata v. 569. interrumpitur, versu 574. autem continuatur, ita ut v. 569—573. παρενθέτως efferantur. Et hoc quidem Scholiastæ Græco placuisse video.

578. τοκῆες. Supra v. 63. τοκέες, quam equidem formam et h. l. prætulerim, præsertim si v. 579. ejiciatur.

583. τοὶ δὲ ἀνὰ —. Cum Chorus v. 566. de cæsis in prælio, v. 577. de Persis domi relictis, qui illos lugebant, dixisest, jam etiam de Persarum subditis restabat ut diceret. Sensus: *Asiæ vero incolæ*, Persarum imperio subjecti, *dehinc non diu Persarum legibus vivent; non amplius tributa pendent, neque amplius in terram se* coram rege *prosternentes regentur. Periit enim regis potestas; nec porro vincula sunt, quibus hominum lingua coërceatur. Soluto enim validi imperii jugo solutus quoque est ad libere vociferandum populus.*

587. sq. οὐδ' ἐς γᾶν προσπίτνοντες ἄρξονται. "Pauwius recte reposuit προσπίτνοντες exigente metro; pro οὔτ' etiam οὐδ' reponi oportuit, cum præcedat τοὶ δὲ οὐκ; pessime vero hæc vertit *procidere incipient*. An Asiaticos nunquam

Ἄρξονται. Βασίλεια
Γὰρ διόλωλεν ἰσχύς·
Οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖσιν   ἀντ. γ'.
Ἐν φυλακαῖς. λέλυται γὰρ
Λαὸς ἐλεύθερα βάζειν,
Ὡς ἐλύθη ζυγὸν ἀλκᾶς.
Αἱμαχθεῖσα δ' ἄρουρα
Αἴαντος περικλύστα
Νᾶσος ἔχει τὰ Περσῶν.

ΑΤΟΣΣΑ. ΧΟΡΟΣ.

ΑΤΟΣΣΑ.

ΦΙΛΟΙ, κακῶν μὲν ὅστις ἔμπορος κυρεῖ,

590. οὐδ' ἔτι] οὐδέ τι Rob. οὐκ ἔτι Viteb. 592. ἐλεύθερα] ἐλεύθερον Vit. 596. Περσῶν] Additur σώματα Rob. 597. ἔμπορος] Sic Regg. Mosq. Ald. Turn. Vict. ἔμπειρος Guelf. Rob.

ad id usque tempus Persarum regem procumbentes adorasse putavit vir doctus? Sed nimirum eum in errorem induxit Stanleius, qui aliud certe tunc agens scripsit, Chorum h. l. conqueri, quod Græci, qui libertatem suam jactabant, regemque Persarum, ut mos illis erat, adorare turpe ac servile ducebant, haud essent sub ditionem redacti. At revera non de Græcis haud subjugatis, sed de Asia Persarum jugum excussura conqueritur Chorus: τοὶ—δασμοφοροῦσι, *Asiani non amplius Persarum imperio parebunt, nec tributa pendent*; unde manifestum est eos adhuc paruisse ac pependisse, quod de Græcis dici non poterat. Itaque οὐδὲ ἄρξονται est i. q. οὐδ' ἔτι ἄρξονται, *neque amplius regentur in terram procidentes*, h. e. non amplius se Persarum regi subditos vel potius mancipia esse adoratione ista profitebuntur. Eodem sensu apud Eurip. Medeæ v. 120. habemus ὀλίγ' ἀρχόμενοι." *Heath.*

594. Totum carmen gravissima sententia clauditur: *Et jam in agro sanguine imbuto, Ajacis insula circumflua,* (Salamine) *sitæ sunt* ac sepultæ *Persarum* fortunæ. Nempe post τὰ Περσῶν non σώματα sed πράγματα suppleo; id quod multo fortius et antecedentibus aptius est. Non quo simul Persarum cadavera illic sepulta innui negem; sed significantius erat omnem hac strage Persarum fortunam eversam notare. Ut nostri dicerent: *Hier liegt das gänze Glück de Perser begraben.*

IN SCENAM V.

v. 597—677.

Atossa inferias Darii manibus oblatura, rebus necessariis paratis, ex ædibus revertitur.

597. κακῶν—ἔμπορος κυρεῖ. Si κακῶν h. v. genuinum esset, alteram lectio-

Ἐπίσταται βροτοῖσιν ὡς ὅταν κλύδων
Κακῶν ἐπέλθῃ, πάντα δειμαίνειν φιλεῖ·
Ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων εὐροῇ, πεποιθέναι
Τὸν αὐτὸν αἰεὶ δαίμον᾽ οὐριεῖν τύχης.
Ἐμοὶ γὰρ ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα
Ἐν ὄμμασίν τ᾽ ἀνταῖα φαίνεται θεῶν·
Βοᾷ δ᾽ ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος.
Τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας.
Τοιγὰρ κέλευθον τήνδ᾽ ἄνευ τ᾽ ὀχημάτων,

598. ἐπίσταται] Scholiastes in Cod. Guelf. testatur olim in quibusdam MSS. lectum ἐπίστατο. 603. τ᾽ ἀνταῖα] τἀνταῖα vulgo scribebatur. Scripturam τ᾽ ἀνταῖα præferendam duxit Stanl. 606. ἄνευ τ᾽ ὀχημάτων] Recepi lectionem Guelf. Mosq. Vit. Regg. pro vulg. ἄνευ ὀχημάτων, cujus hiatum Brunckius ita vitabat, ut rescriberet ὀχημάτων τ᾽ ἄνευ, quod ei concinnius videbatur. ἄνευθ᾽ ὀχημάτων conj. Pauw. ἄνευ ὀχημάτων Heath.

nem ἔμπειρος præferrem, ne allegoriæ, quæ sequitur, concentus magis etiam turbaretur. Ego vero vix adducor ut credam Æschylum h. l. κακῶν dedisse, quod potius ab imprudente librario e versu 599. anticipatum, in veræ lectionis locum immigravit. Certe aut scripsit Æschylus:

Φίλοι, β ί ο υ μὲν ὅστις ἔμπορος κυρεῖ,

aut ita scribere debuit. Quomodo enim ii, qui κ α κ ῶ ν tantum ἔμποροι aut ἔμπειροι sunt, deinde dicantur intelligere, eos qui secundis rebus utantur, eandem sortem sibi sperare? Quod idem Heathium quoque offendit. Vitam vero hominum sæpe cum navigatione comparari, notius est, quam ut moneri debeat. Quodsi βίον legamus, sententia pulcherrime finitur, absque ulla translationis inconsequentia: *O amici, quicunque in hac vita tamquam salo navigat, is novit, hominibus, ubi fluctus malorum irruerint, omnia timeri solere; si vero prosper sit fortunæ flatus, eos fortunam eodem vento secundo semper adspiraturam sperare.* Ἔμπορος non mercatorem solum, sed vectorem quoque in navi designat. (Primam hanc vocabuli significationem esse, recte observavit Küster ad Hesych. l. l.) Hesych. Ἔμπορος, πραγματευτής, καὶ ὁ ἐπ᾽ ἀλλοτρίας νεὼς πλέων μισθοῦ, ὁ ἐπιβάτης. Ut adeo κακῶν ἔμπορος inepte redditum sit a Sauravio: *malorum mercator.*

601. οὐριεῖν τύχης. "Noster iterum Choëph. v. 315. τύχοιμ᾽ ἔκαθεν οὐρίσας. Eumen. v. 137. αἱματηρὸν πνεῦμα ἐπουρίσασα.—" *Abresch.*

602. sqq. Ἐμοὶ — παιώνιος. Viride pingit regina animi, qua commovebatur, perturbationem. *Mihi enim,* inquit, *a diis omnia timoris plena et adversaria oculis obversantur; aureque personat strepitus nequaquam pæanius;* h. e. non victoris exercitus clamorem, sed undique lamentantium voces auribus accipere videor. Nempe h. l. de interno animi sensu et imaginatione loquitur; id quod e sequenti versiculo patet: τοία — φρένας: *Tantus e malis stupor animum meum perculit, metuque reddit attonitum.*

606. sqq. τοιγὰρ — μειλικτήρια. *Proinde hanc viam ex ædibus sine curru, depo-*

Χλιδῆς τε τῆς πάροιθεν, ἐκ δόμων πάλιν
Ἔστειλα, πατρὶ παιδὸς εὐμενεῖς χοὰς
Φέρουσ', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια·
Βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα,

608. ἔστειλα] ἐστειλάμην Rob. al. ἐστείλατο, et ἔστειλα τῷ, teste Steph. πατρὶ παιδὸς] τῷ παιδὸς πατρὶ Ald. Turn. παιδὸς πατρὶ Rob. Vict. Cant. ἔστειλα παιδὸς omissa Mosq. Vit. πατρὶ παιδὸς dedit Brunck. e Reg. A. εὐμενεῖς] Sic Brunck. e Reg. A. πρευμενεῖς Ald. Rob. etc. 609. μειλικτήρια abest Mosq. Vit. 610. λευκὸν] λευκῆς Schol. marg. Cod. Guelf.

sitoque pristino ornatu relegi, propitias filii mei patri inferias afferens, quæ placandis manibus inserviunt. Pro εὐμενεῖς h. l. malim εὐμενεῖ, epitheto ad Darium relato. cf. v. 682.

608. ἔστειλα. "Στέλλειν κέλευθον, *iter instituere*, juxta eandem analogiam dicitur ac στέλλειν πλοῦν. Sophocl. Ajac. 1064." *Heath*.

609. ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια. "Hos ritus non ex more Persarum, sed Græcorum describit; ἁμάρτημα, sed quo nihil Poëtis, (Homerum non excipio) frequentius. Quot et quænam hæc fuerint μειλικτήρια, mox explicat, scil. lac, mel, aqua, vinum, oleum, flores, quorum in re simili apud alios Poëtas fit mentio. Homer. Odyss. ii.

Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεόμεν πᾶσιν νεκύεσσιν·
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι.

Euripides in Oreste:

Μελίκρατ' ἄφες γάλακτος οἰνωπόν τ' ἄχνην.

Seneca in Œdipo:

libat et niveum insuper
Lætis liquorem, fundit et Baccham manu
Læva.

Statius:

Principio larges novies tellure cavata
Inclinat Bacchi latices, et munera verni
Lactis, et Artæos imbres, suadumque cruorem
Manibus; aggeritur quantum bibit arida tellus."

Recte ista Stanleius: cui tamen in hoc a poëta peccatum esse non concesserim, quod in describendo inferiarum ritu suorum potius civium, quam Persarum mores secutus est. Sic enim facere sapientis erat poëtæ officium, qui ut in omnibus fabularum partibus, ita in moribus quoque populorum adumbrandis (*im costume*) non quid verissimum sit, sed quid vero simillimum, spectare debet.

610. sqq. βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς—γαίας τέκνα. *Primum quidem a vacca pura album ac suave lac; deinde* apis *florilegæ liquorem, pellucidum mel, una cum virginei fontis aquoso latice; tum matre ab agresti meracum potum, huncce veteris vitis honorem; denique semper virentis flavæ olivæ fructus suaveolens adest, nec absunt serti flores, almæ telluris progenies.* Quantus huic loco insit verborum ornatus, profecto vides; et colloquii quidem tragici mensuram excedere videri posset; nisi h. l. inferiarum solennitati major etiam in verbis decor bene conveniret.

βόος γάλα. Epitheta diligenter lecta. Cum enim omnia, quæcunque inferiis parandis adhibebantur, pura, suavia, mitia esse oportebat, tum inprimis in lacte spectabatur puritas, color, sapor.

Τῆς τ' ἀνθεμουργοῦ στάγμα, παμφαὲς μέλι,
Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα,
'Ακήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
Ποτὸν, παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε,
Τῆς τ' αἰὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης βίον
Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα,
Ἄνθη τε πλεκτὰ, παμφόρου γαίας τέκνα.
'Αλλ', ὦ φίλοι, χοαῖσι ταῖσδε νερτέρων

611. ἀνθεμουργοῦ] ἀνθεομουργοῦ Ald. 615. φύλλοισι] φίλοισι Ald. 617. Abest Mosq. In Vit. desunt γαίας τέκνα—νερτέρων.

611. ἀνθεμουργοῦ. Eleganter hic suppressum μελίσσης; *apis e floribus opus suum conficientis*. στάγμα, *gutta*, pro *liquore*.

612. λιβάσιν ὑδρηλαῖς. *Atque haustibus*. "Hanc aquam Latini veteres vocarunt *arferiam*, *adferiam* et *adferias*. Vide Festum et Glossographos." *Stanl.*

613. ἀκήρατον, merum, aqua non dilutum. μητρὸς ἀγρίας ἄπο, i. q. simplicius dixisset *vitis* in *agris consitæ*. "Manifesto hæc sibi imitanda proposuit Euripides Alcest. v. 757.

Πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ.

ubi video intpp. attulisse Plauti verba in Amphitr. i. 1. 274.

Eam ego (hirneam) *ut matre fuerat natum, eduxi meri*. Pari modo Achill. Tat. lib. i. p. 67. vitis οἴνων μήτηρ.—Ceterum ex Æschylo si cui videbitur emendandus Hesychius, pro Μητρὸς μέθυσις, legendum erit Μητρὸς ἀγρίας τῆς μεθυστικῆς. Sin ex Euripide, leviori mutatione Μητρὸς μέθυ, τῆς ἀμπέλου." *Abresch.*

614. γάνος de fructu vitis h. l. sic dicitur, ut frondes *arborum honor* ap. Virgil. Georg. ii. 404.; ut fruges *ruris honores* Horat. Od. i. 17. 14. "Idem de *vino* alii quoque usurpant. Vid. Spanh. ad Aristoph. Ran. 1355. et Misc. Obs. vol. ix. tom. i. p. 144. In universum notat πᾶν ἐφ' ᾧ τις γάνυται, ut ἄγαλμα, ἐφ' ᾧ ἀγάλλεται. Hinc de *aqua* supra v. 483. et sæpius apud Lycophronem. De *melle* Eurip. Iphig. Taur. 633." *Abresch.*

615. τῆς τ' αἰὲν—βίον. "H. e. τῆς αἰὲν ἐμφύλλου, s. ἀειφύλλου οὔσης. Sophocl. Electr. v. 956. alia in re dixit θάλλειν βίῳ." *Abresch.*

616. ξανθῆς ἐλαίας. "Ut Pindarus Olymp. Od. 4. χρυσέας ἐλαίας, et Virgil. Æn. v. 304. *flava oliva*." *Stanl.* Nimirum quia foliorum olivæ viror porraceo colori affinis est. καρπὸς h. l. non de baccis olivarum, sed de oleo expresso.

617. ἄνθη πλεκτὰ, coronæ e floribus.

γαίας τέκνα. "Chæremonem sæpius eadem tralatione usum esse monet Athenæus, Deipnos. lib. xiii. ubi hæc adducit exempla: Ex Io: 'Ανθηρῶν τέκνα ἔαρος πέριξ στρώσαντες. Ex Centauro:

ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν ἡδοναῖς
θηρώμενοι τὰ τέκνα λειμώνων.

Ita enim redigendos esse hos versus censemus; ubi tamen pro ἀλόχων legerim ἀλόγχων (imo potius ἀλόγχον); (nec enim ἀλόχων metro convenit) *exercitum florum haud armatorum*; eleganter dictum. *Stanl.*

618. sqq. ἀλλ' ὦ φίλοι—θεαῖς. *Vos*

Ὕμνους ἐπευφημεῖτε, τόν τε δαίμονα
Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθε, γαπότους δ' ἐγὼ
Τιμὰς προπέμψω τάσδε νερτέροις θεοῖς.
Χο. Βασίλεια γύναι, πρέσβος Πέρσαις,
Σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς,
Ἡμεῖς θ' ὕμνοις αἰτησόμεθα
Φθιμένων πομποὺς
Εὔφρονας εἶναι κατὰ γαίας.

619. ἐπευφημεῖτε] ἐπευφημεῖσθε Ald. τόν τε] τόν δε Mosq. Vit. Ald. 620. γαπότους] γαπόνους Mosq. γ' ἀπότους Vit. 622. πρέσβος] πρέσβυσα Guelf. πρέσβις Mosq. Vit. πρέσβα Rob. πρέσβυς Turn. 623 σύ τε] σύ γε conj. Pauw. 624. ἡμεῖς θ'] ἡμεῖς δ' Turn. 626. κατὰ γαίας] κατὰ γαῖαν Regg. Ald. Rob. Turn. κατὰ γαίας Vict. Cant.

vero, amici, inferiis hisce carmina accinite, quibus Darii animam orco evocetis; ego interim honorem huncce a terra epotandum inferis diis libabo. τιμὰς de libatione in deorum honorem facta, ut *Lenæum libat honorem.* Virg. Æn. iv. 207.

620. Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθε. "Quod magiam antiquitus tum Chaldæi tum Ægyptii excoluerint, validissimis testimoniis probari possit; (sed id non est hujus loci;) nec nisi longo post tempore Persis innotuit, qui eam ni fallor statim ut has gentes devicerant ab ipsis didicere. De Chaldæis suadere videtur Plutarchus, qui lib. de Iside et Osiride tradit Zoroastrem apud Chaldæos Magos instituisse, quorum imitatione Persæ etiam suos habuerint. De Ægyptiis Ausonius:

Quique Magos docuit mysteria vana
Nechepsis.

Nec me magis movet, quod ait Plin. lib. xxx. c. 1. *Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre ut inter auctores convenit*, quum quæ de prodigiosa Zoroastris illius antiquitate somniant autores illi. Quippe cum Laërtio *Persa* dicatur, Clementi *Medus*, Suidæ *Persa-Medus*, vereor ne ævi sit multo inferioris, quam vulgo creditur.—Porro fatetur Plinius Zoroastrum illum *diligentiores paulo ante Ostanem ponere.* His astipulantur Persæ recentiores, qui (testante Agathia lib. ii.) sub Hystaspe collocarunt. Etenim Ostanes *Xerxem regem Persarum bello quod is Græciæ intulit comitatus est; ac velut semina artis portentosæ sparsit obiter, infecto quocunque commeaverat modo.* Hoc cum retulisset Plinius, subdit: *Quod certum est, hic maxime Ostanes ad rabiem, non aviditatem modo, scientiæ ejus Græcorum populos egit.* Apposite itaque νεκυομαντείαν hanc confinxit Æschylus, ut qui populo tunc temporis nihil gratius esse probe noverat." *Stanl.*

622—626. Primum Chorus reginæ respondens, obtemperaturum se monitis denuntiat. *O mulier regina, Persis veneranda, tu quidem inferias sub terræ receptacula mitte; nos interim carminibus precabimur, ut nobis propitii sint mortuorum deductores subterranei.* θάλαμοι γῆς, *penetralia terræ;* ducta similitudine a thalamo, qui in recessu ædium structus esse solebat. φθιμένων πομποὺς, quos deinde nominatim v. 628. celebrant.

Ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοὶ,
Γῆ τε καὶ Ἑρμῆ, βασιλεῦ τ' ἐνέρων,
Πέμψατ' ἔνερθε ψυχὴν ἐς φάος.
Εἰ γάρ τι κακῶν ἄχος οἶδε πλέον,
Μόνος ἂν θνητῶν πέρας εἴποι.
Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρί- στροφὴ α'.
τας ἰσοδαίμων βασιλεὺς

628. *βασιλεῦ τ' ἐνέρων*] *βασιλεῦ τε νερτέρων* Guelf. Mosq. Rob. 629. *ἔνερθε ψυχὴν*] Sic Reg. B. *ἔνερθεν ψυχὴν* Reg. A. Guelf. *ἔνερθεν ψυχὰν* Ald. Rob. Turn. etc. *φάος*] *φῶς* Mosq. 630. *εἰ γάρ τι κακῶν* absunt Mosq. *εἰ γάρ τε* Rob. Pro vulg. *ἄκος* Pauwio monente dedi *ἄχος*, id sententia postulat et Scholiastæ interpretatio confirmat. 631. *πέρας*] Sic Rob. etc. Idem (superscripto *Πέρσαις*) Guelf. et Reg. B. In textu vero *Πέρσαις* Reg. A. Ox. Ald. *εἴποι*] *εἴπῃ* Ald. *εἴπῃ* Turn.

627. Sequitur ipsum Chori canticum, flectendis inferis diis ut Darium emitterent, ipsique Dario evocando dicatum; animorum ardore et cupiditate aptissimisque regis defuncti laudibus insigne.

ἀλλὰ—φάος. *Vos vero, sancti inferi dii, Tellus*, et *Mercuri*, tuque inferorum rex, ὁ Pluto, *mittite quæsumus animam Darii ab inferis in lucem.*

628. *Ἑρμῆ*. "Qui v. 628. *πομπὸς*, v. 630. *χθόνιος*. Ajax apud Sophoclem se ipsum perempturus:

καλῶ δ' ἅμα
Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι.

Ἑρμῆς πομπαῖος dictus est Mercurius, qui, ut loquitur Petronius, *animas ducere et reducere solet*. (Cf. Hor. i. 10. 16. ibique doctiss. Jani.) Virgil. Æn. iv.

Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit." *Stanl.*

βασιλεῦ τ' ἐνέρων. "Homer. Iliad. xv.

Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων,

et lib. xv.

ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς." *Stanl.*

630. sq. *εἰ γὰρ—εἴποι*. *Nam si quid superesse noverit molestiarum, solus mortalium ecquis earum finis futurus sit, nobis dixerit*. Comparet lector hanc interpretationem cum Sauravii versione, qui vulgatam lectionem *ἄκος* reddidit: *nam si novit aliquid plus remedii malorum, solus mortalium finem dicet*. Sentiet, profecto lectionem *ἄκος* tum per se incommodam esse, tum otiosum fere efficere id quod sequitur *πέρας*.

632. *ἦ ῥ' ἀΐει μου*. "Præter alia ritualia, adhibitum semper fuit in hoc opere carmen deprecatorium: cujus generis hic est hymnus, nempe *ψυχαγωγὸς*, manium elicius. Sic Tiresias apud Senecam, ceteris ritibus peractis,

Vocat inde manes, teque qui manes regis
Et obsidentem claustra letalis lacus;
Carmenque magicum volvit, et rapido minax
Decantat ore, quicquid aut placat leves.
Aut cogit umbras—

Exempla ubique sunt in promtu." *Stanl.*

Βάρβαρα σαφηνῆ
Ἱέντος τὰ παναίολ' αἰ-
ανῆ δύσθροα βάγματα;
Παντάλαν' ἄχη διαβοάσω.
Νέρθεν ἆρα κλύει μου;
Ἀλλὰ σύ μοι Γᾶ τε καὶ ἄλ- ἀντις. α'.
λοι χθονίων ἁγεμόνες
Δαίμονα μεγαυχῆ
Ἰόντ' αἰνέσατ' ἐκ δόμων,
Περσᾶν Σουσιγενῆ θεόν·
Πέμπετε δ' ἄνω, οἷον οὔπω

634. βάρβαρα σαφηνῆ] βάρβαρά τε σαφηνῆ Rob. 635. Sic Brunckius versum digessit, ad modum antithetici, cod. A. auctoritate usus. Optime. ἱέντος] ἱέντες Ald. 636. βάγματα] βάσματα Mosq. 637. παντάλαν'] παντάλαιν' Ald. παντάλανά τ' Rob. ἄχη] ἄχθη Vit. διαβοάσω] διαβὰς Mosq. διαβοάω corrigit Pauw. 638. ἆρα—μου] ἆρα μου Ald. Rob. 639. ἀλλὰ σύ μοι γᾶ] ἀλλὰ σὺ γᾶ Rob. 640. ἁγεμόνες abest Ox. Ald. ἡγεμόνες Mosq. 641. δαίμονα] δαίμονες Rob. μεγαυχῆ] Hoc Brunckius, flagitante metro, recepit e Reg. A. μεγαλαυχῆ Reg. B. Ald. Rob. Turn. etc. μεγαλαρχῆ superscripto scholio μεγαλοδύναμον Guelf. Etiam in Reg. A. notatur: γρ. μεγαλάρχη. 643. Περσᾶν] Περσᾶν ὧν sic Mosq. 644. πέμπετε δ' ἄνω] πέμπετ' ἄνω Rob. οἷον οὔπω] οἷον οὔπερ Guelf. ...

634. βάρβαρα. "Cujus generis est τὸ βαλὴν v. 656. Vocabula barbara summam vim et efficaciam in his ritibus habere credebantur. Idcirco cautum est oraculo Chaldaico, ne in aliam linguam transferrentur:

Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς.

τουτέστιν, (interprete Psello) εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα. Μὴ οὖν μετ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον. Οἷον τὸ Σεραφεὶμ, καὶ τὸ Χερουβεὶμ, καὶ τὸ Γαβριήλ. Οὕτω μὲν λεγόμενα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον, ἐνέργειαν ἐν ταῖς τελεταῖς ἔχει ἄῤῥητον· ἀμειφθέντα δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν, ἀσθενῆ." *Stanl.*

σαφηνῆ ad vocis intentionem, παναίολα ad variam ejus modulationem, αἰανῆ et δύσθροα ad lugubre et lamentabile carminis argumentum pertinet. Sensus: *Auditne me beatus* ille *divinus rex barbara elutaque voce varias fundentem acerbas, luctuosas preces?*

637. παντάλαν' ἄχη διαβοάσω, *omnibus modis miserrimas calamitates alta voce querar,* donec scilicet ille me exaudiat.

638. νέρθεν—μου; Magna inest vis interrogatione h. l. repetitæ.

639. sqq. ἀλλὰ—θεόν. *Tu vero,* ὦ Tellus, *vosque reliqui inferorum ductores, patiamini, quæso, ut excelsum illud* Darii *numen, Persarum deus, Susis natus, domibus vestris exeat.* μεγαυχῆ, *insigni gloria præditum.*

642. ἰόντ' αἰνέσατ' ἐκ δόμων. "Id est: αἰνέσατε ἰέναι ἐκ δόμων· *permittite exire;* concedite, ut exeat e domibus vestris. Perperam vertit interpres: *celebrate mihi e domibus vestris exeuntem.*"—*Brunck.*

644. sq. πέμπετε—ἐκάλυψεν. Et *sursum mittite* regem tantæ dignitatis,

Περσὶς αἶ' ἐκάλυψεν.
Ἦ φίλος ἀνήρ, ἦ φίλος ὄχθος· στροφὴ β'.
Φίλα γὰρ κέκευθεν ἤθη.
Ἀϊδωνεὺς δ' ἀναπομπὸς ἀν-
είης, Ἀϊδωνεύς,
Ἄκακον θεῖον ἄνακτα Δαρεῖον, ἠέ.

645. αἶ] αἶα Mosq. 645. sq. ἐκάλυψεν—ὄχθος] ἐκάλυψεν φίλος, ἦ φίλος ἀνήρ, ἦ φίλος ὄχθος τάφου Ox. Ald. Turn. ubi τάφου est e glossa. 647. φίλα] φίλια Mosq. Vit. 648. ἀναπομπὸς] ἀναπομπὸς ex correctione Mosq. 649. ἀνείης Ἀϊδωνεὺς] Ἀνίη Ἀϊδωνεῦ Guelf. ἀνίη Ἀϊδωνεὺς Mosq. Vit. ἀνίη omisso Ἀϊδωνεὺς Ald. Rob. ἀνίει omisso Ἀϊδωνεὺς Turn. Vict. etc. In Reg. A. legitur ἀνίει Ἀϊδωνεὺς cum glossa εἴθε ἀναπέμψειας, quam Brunckius recte judicavit ad lectionem ἀνείης referri. Præterea notatur varia lectio: γρ. ἂν εἴη. In Reg. B. est ἀνίη omisso Ἀϊδωνεύς. Optime igitur ἀνείης emendavit Brunckius, quem imitati sumus. 650. Ἄκακον θεῖον ἄνακτα Δαρεῖον, ἠέ. Vulgo legebatur in omnibus Δαρεῖον, οἷον ἄνακτα Δαρεῖν, ἠέ. nisi quod in scholiis codd. Regg. notatur lectio οἷον, i. e. μόνον. Manifestam, quæ huic lectioni inest, corruptelam metri quoque perversitas arguit. Recte autem Brunckius intellexit, desiderari versum ana-

qualem antehac nunquam Persica tellus operuit.

646. Suaviter animum afficiunt ista: *Heu virum amabilem! Heu amabile sepulcrum! Amabiles enim mores tegit.*

647. φίλα γὰρ—ἤθη. Ut nostri dicerent: *denn ach es deckt ein liebenswerthes Herz!*

648. "Qui h. l. dicitur Ἀϊδωνεὺς ἀναπομπὸς, is observante Spanh. ad Callimach. hymn. Pallad. v. 130. ex Athenæo ab Æschylo fuerat dictus Ἀγεσίλαος." *Abresch.*

650. Cum adhuc in omnibus edd. metro prorsus perturbato lectum sit:

Δαρεῖον οἷον ἄνακτα Δαρεῖον, ἠέ,

necesse est ut emendationem nostram,

Ἄκακον θεῖον ἄνακτα Δαρεῖον, ἠέ,

argumentis idoneis comprobemus, e re et sententia ductis; nam a metri quidem restitutione eam jam in V. L. commendavimus. Quæ v. 651. sequuntur, οὔτε γὰρ—duplicem afferunt laudem Darii, alteram, quod cives bellica calamitate non læserit, alteram, quod *divinus* fuerit in administranda regia potestate. Particula autem γάρ, qua duplicis hujus laudis enuntiatio cum antecedentibus connectitur, haud ambigue prodit, nomini Darii v. 650. bina ab Æschylo epitheta adjecta fuisse, quorum deinde causam ac declarationem allaturus esset. Jam ἄκακον θεῖον ἄνακτα scripsisse poëtam dubitari vix potest, cum illa adjectiva non solum metrum optime expleant, verum etiam ἄκακον istis versiculis:

οὔτε γὰρ ἄνδρας ποτ' ἀπώλλυ πολεμοφθόροισιν ἄταις,

alterum vero θεῖον his, qui sequuntur:

θεομήστωρ τ' ἐκικλήσκετο—

copiosius explicetur. Restat, ut paraphrasi verborum sententiam nostram illustremus: *O Pluto, precamur ut sursum mittas innocuum divinum*, quem jure sic appellamus, *regem Darium. Neque enim unquam populum bellicis calamitatibus perdidit*, (ideoque ἄκακος fuit;) *et divinus consultor Persis vocabatur*, (ideoque merito θεῖος a nobis appellatus) *divinus etiam consultor erat, quoniam exercitum feliciter duxit*, s. *administravit.* cf. v. 662. v. 852. sqq.

Οὔτε γὰρ ἄνδρας πώποτ' ἀπώλλυ   ἀντ. β'.
Πολεμοφθόροισιν ἄταις,
Θεομήστωρ τ' ἐκικλήσκετο
Πέρσαις, θεομήστωρ δ'
Ἔσκεν, ἐπεὶ στρατὸν εὖ ἐποδώκει. ἠέ.
Βαλὴν, ἀρχαῖος βαλὴν, ἴθι, ἵκου,   ϛροφὴ γ'.

pæsticum dimetrum, vel dactylicum tetrametrum. Illum igitur effecimus ita rescribendo;

Ἄκακον θεῖον ἄνακτα Δαρεῖον.
ἠέ.

ἠὲ enim est extra versum. Ceterum a sententia veritatem emendationis nostræ adstruximus in Commentario ad h. l. 651. πώποτ'] πότ' Guelf. Rob. 652. πολεμοφθόροισιν] πολεμοφόροισιν Mosq. ἄταις omissum Mosq. 655. ἐποδώκει] Jure damnavit Brunckius Fabri commentum, Heathio quoque probatum, ἐποδόχει, cum ἐποδώκει (quod in cod. Reg. B. exp. ὡδήγει) sit forma Ionica pro ἐφοδώκει ab ἐφοδέω. 656. βαλὴν ἀρχαῖος βαλὴν] βαλλὴν ἀρχαῖος βαλλὴν Guelf. Rob. Turn. βαλὴν omisso ἀρχαῖος Mosq.

655. ἐποδώκει. "Glossa in cod. Reg. ὡδήγει. Forma est Ionica, ἐποδέω pro ἐφοδέω. Verbum in lexicis omissum. Simplex eadem significatione apud Herodotum occurrit. Vide Æm. Porti lexicum Ionicum. Ad corvos mittendum Fabri commentum Heathio tantopere laudatum, ἐποδόχει." *Brunck.*

656. βαλήν. Scholiastes Euphorionem laudans Thuriis hoc vocabulum tribuit. Βαλὴν, inquit, ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον, ὅθεν καὶ βαλιναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν. Ceterum Sextus Empiricus lib. I. c. 17. οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν ὅ,τι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, ἰὼ βαλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστὶ, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. Ita etiam Hesychius: Βαλὴν, βασιλεὺς, Φρυγιστί. Quod vero dicit Scholiastes βαλιναῖον ὄρος, *montem regium*, significare, ex Plutarcho videtur hausisse, qui in lib. de fluminibus παράκειται δὲ αὐτῷ inquit, ὄρος Βαλλιναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν. Legerim vel ex Scholiaste nostro βαλιναῖον vel potius βαληναῖον, Eustathii fretus testimonio, qui ad Iliad. iii. eundem Plutarchi locum laudat, et hunc versum simul interpretatur. Αἰσχύλον, inquit, φησὶ βαλῆνα τὸν βασιλέα, ἐν τῷ, Βαλὴν ἀρχαῖος βαλήν· γλώσσης δὲ τοῦτο, ἐξ οὗ καὶ ὄρος Βαληναῖον, ὅ ἐστι βασιλικόν· παρὰ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ Περὶ ποταμῶν.—et βαλὴν per contractionem, quasi a βλὴν, sit βλῆνος. Hinc intelligendum illud Aristippi apud Diogenem Laërtium, qui, cum exprobrassent ei aliqui, quod a Dionysio consputatus patienter tulisset, οἱ μὲν ἁλιεῖς (inquit) ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι κράμματι ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω; Βλῆνος enim est *rex*; βλέννος, βλένος, s. βλίνος, piscis gobio similis. Lexic. Anon. Ms. βλῆνος, ὁ τύραννος· βλίνος ὁ ἰχθύς. Idem alibi βαιὼν, ἰχθὺς ὃ καὶ κλίνος, (Legendum esse βλίνος, tum e superioribus constat, tum ex Athenæo lib. vii.) παραπλήσιος κωβιῷ. Lusit igitur in ambiguo vocabulorum sono philosophus festivissimus." *Stanl.*

656. sqq. βαλὴν ἀρχαῖος—βάσκε πάτερ. "Vocativos junxit nominativis,

Ἔλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμ-
βον ὄχθου, κροκόβαπτον
Ποδὸς εὔμαριν ἀείρων,
Βασιλείου τιάρας
Φάλαρον πιφαύσκων.
Βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρεῖ', ἄνει,
Ὅπως καινά τε κλύῃς νέα τ' ἄχη· ἀντισ. γ'.

657. κόρυμβον] κόρυβον Mosq. Vit. 658. ὄχθου] ὄχθον Guelf. 660. τιάρας] τιήρας Guelf. Vit. 661. πιφαύσκων] πιφάσκων Mosq. Turn. Abreschius conj. leg. πιφαύσκων, vel ἐπιφαύσκων. 662. πάτερ] πατρῶν Mosq. Rob. πατὴρ Turn. Δαρεῖ' ἄρυ] Vulgo in omnibus legebatur hic et in antithetico v. 669. Δαριάν, οἶ. quod Heathius ita emendare conabatur: Δαρεῖ' ἄν' οἶ; ut ἄν' esset ab ἄνα pro ἀνάστηθι. At hæc apocope duriuscula est, et obscuritatem parit. Verissimum igitur puto, sic rescribere: Δαρεῖ' ἄνει, *Darie redi, s. exsurge.* 663. ἄχη] ἄχθη Guelf. Pauwius legendum esse suspicatur ὅπως γ' αἰνά τε κλύῃς Νέα τ' ἄχη.

ut in Agam. v. 1089. Sic Hesiod. Theog. v. 548. Ζεῦ κύδιστε. Soph. Œd. Col. 1775. ὦ πάτερ, ὦ φίλος. Nempe ejusdem est terminationis apud Atticos uterque casus. Vid. Sophocl. Schol. ad Ajac. v. 957. et Servium ac Virgil. i. Æn. v. 734. et x. 327." *Abresch.*

Ἴθι, ἵκου, ἔλθ'. Hæc synonyma fervorem desiderii pulcre declarant.

658. sqq. κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαριν. "Hesych. Εὐμαρίδες εἶδος ὑποδήματος. Persæ calceamenti genus ipsis peculiare habuere, quod Straboni lib. xv. ὑπόδημα κοῖλον, διπλοῦν describitur. Nobilioribus auro et gemmis ornatum. Clem. Alex. pædag. c. ii. χαίρειν οὖν ἐατέον τὰς ἐπιχρύσους, καὶ διαλίθους τῶν σανδαλίων ματαιοτεχνίας, καὶ Κρηπῖδας Ἀττικὰς, καὶ τὰς Σικυωνίας, καὶ τοὺς κοθόρνους Περσικούς τε καὶ Τυῤῥηνικούς. Regibus, ut videtur, rubri coloris, quod tamen apud neminem alium memini me legisse." *Stanl.*

660. βασιλείου τιάρας. "Tiaram Persis commune tegmentum capitis fuisse, quis nescit? Verum hoc intererat inter tiaram regiam et reliquas, quod illa solum recta, et sursum elata, ceteræ deorsum vergebant, in frontem deductæ. Aristoph. in Avibus:

Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων, καὶ νῦν ὥσπερ
  βασιλεὺς ὁ μέγας διαβάσκει
Ἐπὶ τῆς Κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν, τῶν
  ὀρνίθων μόνος, ὀρθήν.

ubi Scholiastes: πᾶσι, inquit, Πέρσαις ἐξῆν τὴν Τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. Ibidemque Κυρβασίαν eandem esse cum Tiara tradit; et adjicit, τοὺς μὲν ἄλλους ἔθος καὶ ἐπτυγμένην, καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν· τοὺς δὲ βασιλεῖς ὀρθήν. Plura testimonia congessit vir doctissimus B. Brissonius de regno Persico lib. i." *Stanl.*

662. Δαρεῖ' ἄνει. Ut hanc lectionem a nobis conjectura repertam veram putemus, illud etiam nos movet, quod βάσκε—ἄνει—φάνηθι eodem modo quo antea ἴθι, ἵκου, ἔλθ'—deinceps ponuntur, animique concitationem uberius declarant.

663. ὅπως—ἄχη. *Ut nova, recentia, inaudita mala audias*, qualia scil. et quanta te imperium Persarum obtinen-

Δέσποτα δεσπότου,
Φάνηθι. Στυγία γάρ
Τις ἐπ' ἀχλὺς πεπόταται.
Νεολαία γὰρ ἤδη
Κατὰ πᾶσ' ὄλωλε.
Βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρεῖ', ἄνει.
Αἶ αἶ αἶ αἶ, ἐπῳδός.
Ὦ πολύκλαυτε φίλοισι θανών·
Τί τάδε, δυνάστα, δυνάστα,
Περὶ τᾷ σᾷ δίδυμα
Διάνοιεν ἁμάρτια

666. τις ἐπ' ἀχλὺς] ἐπ' ἀχλὺς τὶς Ald. τὶς ἐπ' ἀχλὺς Guelf. τὶς ἔσ' ἀχλὺς Mosq. ἐπ' ἀχλὺς τὶς Rob. ἐπ' ἀχλύς τις Turn. 667. νεολαία] νεολία Guelf. νεολαῖς Mosq. 668. κατὰ πᾶσ'] κατὰ γῆς Guelf. ὄλωλε] Sic Reg. A. Vit. ὤλολε Mosq. ἀπόλωλε, quod metrum respuit, Reg. B. 669. πάτερ] πτερῶν Mosq. Rob. πατὴρ Turn. Δαρεῖ' ἄνει] Vulgo Δαρειὰν οἶ. cf. v. 662. Δαρεῖ' οἱ Mosq. 672. δυνάστα, δυνάστα] Sic Reg. B. At Reg. A. semel tantum δυνάστα. In Vit. scriptum est δυνάτα δυνάστα. In Vict. δυνάτα δυνάτα. 673. τᾷ γᾷ] τᾷ σᾷ γᾷ Turn. abest σᾷ Vit. Ox. Rob. δίδυμα] περὶ δίδυμα Rob.

te nunquam acciderunt. cf. v. 672. sqq.

664. δέσποτα δεσπότου. O pater adeoque *domine domini* nostri Xerxis.

665. sq. Στυγία—πεπόταται. *Stygia caligo nos circumvolat*, h. e. *atra malorum tempestas* nos *circumvenit*.

667. sq. νεολαία—κατὰ πᾶσ' ὄλωλε, i. e. πᾶσα κατόλωλε, *universa enim juventus jam periit*, omnes qui arma ferre possent, interierunt.

671. ὦ—θανών. *O tu qui multum flebilis amicis occidisti.*

672. Nondum vidi quemquam interpretum, qui se ex hujus loci difficultate commode satis expediret. Mibi quidem sic emendandus esse videtur.

Τίς τάδε, δυναστείᾳ, δυνάστα,
Παρὰ τᾷ σᾷ δίδυμα
Διάνοι ἂν ἁμάρτια
Πάσᾳ γᾷ τᾷδε;

h. e. *Quis enim sub tuo regno, ô rex, duplicem istam huic terræ immissam calamitatem deflesset?* Δίδυμα ἁμάρτια signif. rem dupliciter male gestam, quia scil. et maxima pars exercitus, et potior navium numerus perierat. Illud Chorus diserte v. 667. hoc vero v. 676. commemorat. Qui vero τὸ ἁμάρτιον græcum esse negaverit, is alteram lectionem a Schol. prolatam, ἁμαρτήματα, poterit amplecti, metro non repugnante. διαίνειν autem sæpe pro *lacrymis irrigare, deflere, lugere* dicitur, e. c. v. 1031. Universa autem hæc sententia perbene cum v. 669. proxime præcedente coire videtur; q. d. valde flebilis occidisti tu civibus tuis; nisi enim tu occidisses, profecto nunc nemo nostrum calamitates istas lugeret, quæ filii tui culpa nos oppresserunt. Cf. etiam v. 849. sqq.

Πάσᾳ γᾷ τᾷδ';
Ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι
Νᾶες, ἄναες νᾶες.

ΔΑΡΕΙΟΣ. ΧΟΡΟΣ. ΑΤΟΣΣΑ.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

Ὦ ΠΙΣΤΑ πιστῶν, ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς,

674. διάνοιεν] διάνοιεν δ' Ald. Turn. διάγοιεν δ' Guelf. διάγοι Mosq. διάγοιεν. Sed Brunckius V. C. " multiplex, inquit, his versibus menda subest. Διάνοιεν tertia pluralis est pendens a nominativo τὰ ἀμαρτία. At Græcis, ut reor, incognita est vox τὸ ἀμάρτιον pro ἡ ἀμαρτία. Præterea cum verbo requiritur particula ἄν, ut elici possit sensus, quem latina versio exhibet: *quare hæ circa tuam geminæ grassarentur labes totam terram tuam hanc?* cui non aliter Græca respondebunt, quam si sic scribantur:

περὶ τᾷ σᾷ διδύμα
διάνοι' ἂν ἀμαρτία
πάσᾳ γᾷ τᾷδ'.

Postremus versiculus sic scriptus in B. In A. τᾷδε, omisso in utroque σᾷ, quod a Turnebo in impressis male insertum. Non dissimulabo tamen, ne sic quidem usquequaque sanam mihi videri istam lectionem; non intelligo, quid sibi velint senes, quærendo: τί τάδε (κακὰ) διάνοι' ἂν περὶ πάσᾳ τᾷ σᾷ γᾷ τᾷδε διδύμα ἀμαρτία, *cur inauspicato suscepta gemina expeditio tua imperio hæc mala perficeret*, tanquam de re incerta et dubia loquentes, quod et præcedentibus et sequentibus adversatur. Omnino dicere debuerunt: *cur tot mala perfecit temere susceptu gemina expeditio?* Scribendus itaque videtur medius versiculus, διάνυσεν ἀμαρτία." Hactenus ille. Sed cf. Commentar. nostrum ad h. l. ἀμαρτία] Schol. testatur in quibusdam Codd. fuisse ἀμαρτήματα. 675. τᾷδ'] τᾷδε Ald. γᾶ τᾶδε Guelf. πάσᾳ γᾷ σᾷ τᾶδε Turn. 677. ἄναες νᾶες] Sic Reg. A. B. Ox. Rob. ἄναες ἄναες Ald. Turn.

676. sq. ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι νᾶες, ἄναες νᾶες. *Perierunt triremes naves, nenaves naves.* ἄναες non hoc involvit, quod jam *nullæ* sint, sed quod navium munere functæ non sint, servandi scil. militum copias. Omnino etiam ἄναες νᾶες interpretari licet *infaustæ naves*, ut ἄγαμος γάμος *infaustæ nuptiæ*.

IN SCENAM VI.

v. 678—839.

Chori precibus exauditis redit ab inferis umbra Darii, et stans in sepulcri tumulto cum senibus et Atossæ confabulatur.

678. ὦ πιστὰ πιστῶν. Stanl. Græci enarratoris vestigia premens vertit: *ô fida proles fidelium patrum*; mihi vero probabilius esse videtur in hanc sententiam accipere: *ô fidi fidorum dominorum consiliarii*, ut πιστῶν vel ad Darium et Xerxem simul, vel ad solum Darium pertineat, q. d. *ihr treuen Diener eures treuen Herrn*; plurali δεσποτῶν, quod supplendum foret, singularis numeri loco, ut fit, adhibito.

Πέρσαι γεραιοὶ, τίνα πόλις πονεῖ πόνον;
Στένει, κέκοπται, καὶ χαράσσεται πέδον.
Λεύσσων δ' ἄκοιτιν τὴν ἐμὴν τάφου πέλας,
Ταρβῶ, χοὰς δὲ πρευμενεῖς ἐδεξάμην.
Ὑμεῖς δὲ θρηνεῖτ' ἐγγὺς ἑστῶτες τάφου,
Καὶ ψυχαγωγοῖς ὀρθιάζοντες γόοις,
Οἰκτρῶς καλεῖτέ μ'. ἔστι δ' οὐκ εὐέξοδον

679. γεραιοὶ] γηραιοὶ Ald. 681. τάφου πέλας] Sic Regg. Vit. πέλας τάφου Ald. Rob. Turn. etc. 682. πρευμενεῖς] πρευμενὴς Guelf. Rob. 684. ὀρθιάζοντες] ῥοδιάζοντες Guelf. Mosq. Vit. Ald. Turn. Vict. 685. καλεῖτε] καλεῖσθε Mosq. Vit. Ald. Rob. εὐέξοδον] εὐέδεξον Mosq. mendose.

ὦ πιστὰ πιστῶν. "Aristophanes in Ranis sub persona Bacchi de Æschyli Persis verba facientis:

Ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος,
Ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ ξυγκρούσας εἶπεν, ἰαυοῖ.

ubi Scholiastes: ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις, οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται, οὔτε ὁ χορὸς τὰς χεῖρας συγκρούσας λέγει ἰ α υ ο ῖ, ὅ ἐστιν ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης. Ἀλλὰ τὰ μὲν πράγματα ὑπόκεινται ἐν Σούσοις· καὶ περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός· χορὸς δὲ Περσῶν γερόντων διαλεγόμενος πρὸς αὐτήν· εἶτα ἄγγελος ἀπαγγέλλων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν καὶ τὴν Ξέρξου φυγήν. Χαῖρις δέ φησι τὸ Δαρείου ἀντὶ τοῦ Ξέρξου. Σύνηθες γὰρ τοῖς ποιηταῖς ἐπὶ τῶν υἱῶν τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασι χρῆσθαι, πρὸς ὃν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐν τῷ δράματι λέγεται·

Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ βλέπει φάος.

Ἡρόδικος δέ φησι διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου (corrupta hæc sunt, forte sic emendanda διττὸν γεγονέναι τὸ δρᾶμα, scil. τῶν Περσῶν) καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάζοντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν. Ἄλλως. Δίδυμος ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα· διὸ τινὲς διττὰς θέσεις (fortasse καθέσεις) τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασι, καὶ τὴν μίαν μὴ φέρεσθαι. Τινὲς δὲ γράφουσι Δαρείου τοῦ Ξέρξου. οἱ δὲ ὅτι τοῖς κυρίοις ἀντὶ πατρωνυμικῶν κέχρηνται, καὶ ὅτι ὁ Ξέρξης· οἱ δὲ ὅτι εἴδωλον Δαρείου φθέγγεται, ἐκεῖ τεθνηκότος δηλονότι. Hæc ille. Miror locum illum Aristophanis veteres Criticos adeo exercuisse, quo nihil liquidius." *Stanl.* Nos vero hanc Schol. ad Aristoph. animadversionem copiosius tractabimus in apparatu historico.

679. τίνα πόλις πονεῖ πόνον; Hæc interrogatio statim prodit animum Darii misericordem et patriæ amantem.

680. στένει ad πέδον ut cetera, non ut Schol. ad πόλις traxerim. Solemne enim erat manes evocantibus terram manibus pulsare; adeoque Darius, *gemit,* inquit, *pulsatur, ac* tantum non *scinditur solum.*

682. πρευμενεῖς. Haud scio, an præferenda sit altera lectio πρευμενὴς, hoc sensu: *inferias autem benevolus s. propitius accepi.*

684. ψυχαγωγοῖς h. l. proprie, *manes evocantibus animas ab inferis reducere valentibus.*

685. ἔστι δ' οὐκ εὐέξοδον. "Quo modo

Ἄλλως τε πάντως, χ' οἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ
Λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν ἢ μεθιέναι.
Ὅμως δ' ἐκείνοις ἐνδυναστεύσας ἐγὼ
Ἥκω· 'τάχυνα δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου.
Τί δ' ἔστι Πέρσαις νεοχμὸν ἐμβριθὲς κακόν;
Χο. Σέβομαι μὲν προσιδέσθαι,
Σέβομαι δ' ἀντία λέξαι

686. *οἱ κατὰ χθονὸς*] *οἱ καταχθόνιοι* Ald. *ὅτι κατὰ χθονὸς* conj. Arnald. probante Abreschio. 689. *ἥκω· 'τάχυνα δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ*] "Recta loquendi norma optativum flagitare videtur; optima phrasis esset, si legeretur: *ἥκω ταχύνας, ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου.*" Brunck. Heath. conj. *ἥκω· ταχύνας.* 690. *τί δ' ἔστι*] *τί ἐστι* Mosq. Ald. Rob. 692. *ἀντία*] *ἀντίον* Mosq.

ᾅδης δύστονος dicitur epigrammate græco. Anacreon:

Ἀΐδεω γὰρ δεινὸς
Μυχὸς, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· καὶ γὰρ ἑτοῖμον
Καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.

Catullus:

Illic unde negant redire quemquam.

Et passim apud Poëtas." *Stanl.*

686. *χ' οἱ κατὰ χθονὸς θεοί.* Nihil opus est ut pro *χ' οἱ* corrigamus *χ' ὅτι.* Nam eadem est verborum constructio, quam Latina quoque lingua imitatur: *Cum enim alias omnino exitus haud facilis est, tum inferi multo ad accipiendum animas, quam ad dimittendum promtiores sunt.*

688. *ἐνδυναστεύσας, principem inter illos locum obtinens, auctoritate pollens.* *ἐκείνοις ἐνδυναστεύσας ἐγώ.* "Veterum opinio erat, reges, qui virtute et factis excelluissent, apud inferos magna in dignitate esse, imperiumque in mortuorum simulacra, seu animas exercere. Apud Sophoclem El. 841. Amphiaraus *ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει.* Ulysses in Necyia, Achilli ait v. 481.

σεῖο δ' Ἀχιλλεῦ
Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω.
Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτίομεν, ἶσα θεοῖσιν,
Ἀργεῖοι· νῦν δ' αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν
Ἐνθάδ' ἐών." *Brunck.*

689. *'τάχυνα δ'.* *Festinavi autem, ut* justo tempore rediro possim, adeoque *immunis sim a culpa moræ diutius tractæ.* Jam tum scilicet opinio invaluerat, quam postea superstitiosa credulitas per magnam seculorum seriem tenuit, animabus, quibus ut ab inferis redirent, superasque ad auras evaderent, concessum esset, commeatum quasi ad clepsydram dari.

690. *τί δ' ἔστι—κακόν; Quid tandem est illud mali, quo Persæ cum maxime premuntur?*

691. Decore his verbis expressit Æschylus incredibilem illam ac pæne servilem Persarum erga reges suos reverentiam.

692. sq. *ἀντία λέξαι σέθεν.* Merito Stanleius Scholiastæ rationem negligendam putavit, sic ista interpretantis, quasi *ἀντία* sit i. q. *ἐναντία*, i. e. *auditu gravia et aspera.* "Etenim *ἀντία λέξαι* est *coram alloqui*, ut mox v. 698. *ἀντία φάσθαι*, et ap. Hom. Odyss. ό. 376. *ἀντία δεσποίνης φάσθαι.* Sic *ἄντην* et *ἄντα ἰδεῖν* apud eundem plus uno in loco, et Callim. H. Dian. v. 63. Pro eo *ἄντα εἰσιδεῖν* Eurip. Alcest. v. 876. quomodo et Latini *contra tueri* et in-

Σέθεν, ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.
Δα. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ κάτωθεν ἦλθον σοῖς γόοις πεπεισμένος,
Μή τι μακιστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον λέγων
Εἰπὲ, καὶ πέραινε πάντα, τὴν ἐμὴν αἰδῶ μεθείς.
Χο. Δέομαι μὲν χαρίσασθαι,
Δέομαι δ᾽ ἀντία φάσθαι,
Λέξας δύσλεκτα φίλοισιν.
Δα. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ δέος παλαιὸν σοὶ φρενῶν ἀνθίσταται
Τῶν ἐμῶν λέκτρων γεραιὰ ξύννομ᾽, εὐγενὲς γύναι,
Κλαυμάτων λήξασα τῶνδε καὶ γόων, σαφές τί μοι
Λέξον. Ἀνθρώπεια δ᾽ ἄν τοι πήματ᾽ ἐντύχοι βροτοῖς.

693. ἀρχαίῳ περὶ τάρβει] ἀρχαίῳ τάρβει Turn. 694. πεπεισμένος] πεπεισμένοι Mosq. 695. μακιστῆρα] κακιστῆρα Vit. in textu, illo superscripto. λέγων abest Guelf. 697, 698. δέομαι] δείομαι codd. Regg. Ald. Rob. etc. 700. ἀνθίσταται] ἀνθίσταμαι Guelf. Post ἀνθίσταται Mosq. addit φανερὸν e glossa. 701. γεραιὰ] γηραιὰ Rob. εὐγενὲς] εὐγενὴς Guelf. 702. κλαυμάτων] κλαυσμάτων Vit. 703. ἀνθρώπεια] ἄνεσα Guelf. e male intellecto scribendi compendio. ἐντύχοι] ἀντύχοι Ald. ἂν τύχοι Mosq. ἂν τύχῃ Vit.

tueri. v. c. Liv. i. c. 16. Sic et ἀντιβλέπειν et ἀντοφθαλμεῖν.—In illo quod sequitur, περὶ τάρβει, *præ timore, ob metum*, est antiptosis pro τάρβους." *Abresch*.

694. sqq. (Pro ἦλθον in Guelf. est ἥκω, repetitum forte e v. 689.) Impatiens moræ Darius Chorum missis ambagibus breviter, quæ opus sit, eloqui, timidamque illam verecundiam auferre jubet. ἐμὴν αἰδῶ, *mei reverentiam*.

697. sq. Vide ut Æschylus in repetita pudoris et verecundiæ significatione, sententiam tamen et elocutionem apte variaverit. χαρίσασθαι, *gratificari, obsequi;* nempe ne voluntate quidem Darii se satis impelli significant, ut proloquendi audaciam sumant; præsertim suum δύσλεκτα, *infanda* sint, quæ narrari ab illo jubentur.

700. δέος παλαιὸν i. q. v. 693. ἀρχαῖον τάρβος antiqua illa erga pristinum regem suum verecundia, nondum ex animis deleta. Postquam vero ista ἀλλ᾽ ἐπεὶ—ἀνθίσταται senibus dixerat, statim ad Atossam conversa oratione sic pergit: *tu igitur tori mei grandæva consors, generosa mulier, missis lacrymis et querelis, apertum aliquid mihi dicito.*

703. ἀνθρώπεια δ᾽ ἄν τοι πήματ᾽ ἐντύχοι βροτοῖς. Hæc non tantum admonendi, sed etiam consolandi causa dicuntur. Itaque non sic vertenda: *Humana scilicet hominibus accidunt infortunia*, vel ut Gallus interpres: *Les mortels ne sont que trop sujets à l'adversité;* sed hanc potius vim habent: *Humana sunt, quæ mortalibus accidere solent infortunia;* adeoque humaniter ferenda; redeuntque fere ad eandem sententiam, qua Apostolus utitur ep. i. ad Cor. 10, 13.

Πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χερσοῦ κακὰ
Γίγνεται θνητοῖς, ὁ μάσσων βίοτος ἢν ταθῇ πρόσω.
Ατ. Ὦ βροτῶν πάντων ὑπερσχὼν ὄλβον εὐτυχεῖ πότμῳ,
Ὅς θ', ἕως ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν,
Βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις, ὡς θεὸς, διήγαγες.
Νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος.
Πάντα γὰρ, Δαρεῖ', ἀκούσῃ μῦθον ἐν βραχεῖ χρόνῳ.
Διαπεπόρθηται τὰ Περσῶν πράγμαθ', ὡς εἰπεῖν ἔπος.
Δα. Τίνι τρόπῳ; λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς, ἢ στάσις πόλει;
Ατ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀμφ' Ἀθήνας πᾶς διέφθαρται στρατός.

705. βίοτος ἢν] Sic Vit. Reg. A. ἢν βίος Turn. βίος ἢν Reg. B. ἢν ταθῇ] ἢν παθῇ Ald. ἐνταθῇ Guelf. 706. εὐτυχεῖ πότμῳ] εὐτυχῆ πότμον Mosq. Ald. 707. ὅς θ' ἕως] Sic Reg. A. ὃς ἕως Reg. B. (in quo superscriptum ὡς ἕως) Guelf. Ald. Turn. ἔλευσσες] Al. teste Steph. ἔλευσσε. Stanl. conj. ἔλευσσεν. 709. βάθος] βάρος Guelf. 710. χρόνῳ] Al. teste Steph. λόγῳ. 711. τὰ Περσῶν] τὰ τῶν Περσῶν Ald. ὡς εἰπεῖν ἔπος] Sic Guelf. ὡς ἔπος εἰπεῖν Vit. Ald. ὡς ἔπος εἰπεῖν Rob. 712. τρόπῳ] πρόσω Mosq. mendose. ἦλθε] ἦλθεν id. πόλει] πόλεως id. 713. οὐδαμῶς]

704. πολλὰ μὲν γάρ. Hoc γὰρ non solum confirmat, accidere solere hominibus infortunia, nec illud insolens videri cuiquam posse, verum etiam humana esse quæ accidant, quandoquidem alia e terra, alia e mari mortalibus oboriantur. Ceterum conf. Choëph. v. 583. sqq.

705. γίγνεται θνητοῖς, ὁ μάσσων βίοτος ἢν ταθῇ πρόσω. *Si longior vita ulterius extendatur.* Frigere nonnihil videtur ὁ μάσσων, cum ejus vis jam sequentibus verbis insit, ἢν ταθῇ πρόσω. Fortasse igitur sic scripserat noster:

Πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ
δ' ἐκ χέρσου κακὰ
Τίκτεται θνητοῖς ὁ μάσσων βίοτος,
ἢν ταθῇ πρόσω.

Multa enim mortalibus mala sive e mari sive e terra gignit ulterior vita, si quidem ejus spatium longius extendatur. Ac fieri potest, ut vulgaris lectio atque interpunctio Scholiastæ debeantur, qui, τίκτεται cum passivi loco accepisset, id per γίγνεται interpretaretur. Sin vera est codicum lectio ταυτολογίαν aliquando, quod raro ei accidere solet, haud vitavit Æschylus.

706. ὦ βροτῶν. *O tu qui prospera fortuna, omnium mortalium felicitatem superabas, quique donec solis lucem vidisti, Persis admirabilis beatam, sicut deus, vitam transegisti!* Si ὡς, ἕως ἔλευσσες—legamus, sensus ita convertitur: *Quam admirabilis—vitam transegisti!* Utrum eligas, certe in sequenti versiculo τε in δὲ mutandum censeo. Νῦν δέ σε ζηλῶ—*Nunc vero te unum omnium beatissimum duco, quod ante occubueris, quam istam malorum profunditatem vidisses!*

711. διαπεπόρθηται. *Eversæ sunt Persarum res;* quam quidem hyperbolen addita clausula mollit, ὡς εἰπεῖν ἔπος.

712. λοιμοῦ σκηπτὸς, *pestilentiæ, morbi alicujus contagiosi, impetus.*

Δα. Τίς δ' ἐμῶν ἐκεῖσε παίδων ἐστρατηλάτει; φράσον.
Ἀτ. Θούριος Ξέρξης, κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα.
Δα. Πεζὸς ἢ ναύτης δὲ πεῖραν τήνδ' ἐμώρανεν τάλας;
Ἀτ. Ἀμφότερα. Διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν στρατευμάτοιν.
Δα. Πῶς δὲ καὶ στρατὸς τοσόσδε πεζὸς ἤνυσεν περᾶν;
Ἀτ. Μηχαναῖς ἔζευξεν Ἕλλης πορθμὸν, ὥστ' ἔχειν πόρον.
Δα. Καὶ τόδ' ἐξέπραξεν, ὥστε Βόσπορον κλεῖσαι μέγαν;
Ἀτ. Ὧδ' ἔχει· γνώμης δέ που τὶς δαιμόνων ξυνήψατο.
Δα. Φεῦ· μέγας τις ἦλθε δαίμων, ὥστε μὴ φρονεῖν καλῶς.
Ἀτ. Ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν.
Δα. Καὶ τί δὴ πράξασιν αὐτοῖς ὧδ' ἐπιστενάζετε;

σὺν Rob. ἀμφ' Ἀθήνας] Sic Reg. Turn. ἀμφ' Ἀθήναις Ald. διέφθαρται στρατὸς] κατέφθαρται omisso στρατὸς Mosq. κατέφθαρται habet quoque Vit. 716. ἢ ναύτης δὲ] ἢ ναύτης γε Guelf. ἢ ναύτης καὶ Vit. ἐμώρανεν] ἐμώρανε Mosq. Ald. Turn. 717. μέτωπον] πρόσωπον superscripto μέτωπον tanquam glossemate Guelf. στρατευμάτοιν] Sic Regg. et Guelf. στρατηλάταιν Ald. etc. στρατηλάτοιν δυοῖν Mosq. Vit. 718. ἤνυσεν] ἤνυσε Guelf. Ald. Turn. 721. γνώμης] Abreschius conj. γνώμης pro γνώμαις. ξυνήψατο] Sic Vit. Reg. A. συνήψατο Ald. Rob. Turn. etc. 723. ἤνυσεν] Sic Guelf. ἤνυσε Mosq. Ald. Rob. Turn. 724. ἐπιστενάζετε] ἐπιστενάζετο Ald. Rob.

715. κενώσας—πλάκα. *Toto continente viris exhausta.* cf. ind. in Πλάξ.

716. πεζὸς—τάλας. *Num vero terrestri aut navali exercitu stultissimam hanc expeditionem suscepit miser?*

717. διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν στρατευμάτοιν. *Duplex erit facies duorum exercituum;* exquisitius dictum. Vulg. στρατηλάταιν sic reddidit Stanl. *duplex erat acies duorum imperatorum.*

718. τοσόσδε. Magnitudinem scil. exercitus Darius collegerat e verbis Atossæ v. 715.

720. ἐξέπραξεν, *perfecit*, quod aggressus erat. ὥστε Βόσπορον. Ὥστε ter hic deinceps positum v. 719, 720. 722. Forte h. l. scripserat noster: ἐς τὸ Βόσπορον κλεῖσαι μέγαν, neque adeo prius destitit ab incepto quam Bosporum clausisset. Ceterum hoc nomine, ut infra v. 743. Hellespontus insignitur.

721. Abreschius dubitat, an post ὧδ' ἔχει puncto apposito, sequentibus verbis γνώμης—ξυνήψατο Darii nomen, v. 722. Atossæ, v. 723, 724. iterum Darii præfigendum esset. At vulgata personarum distinctio multo aptior est. Atossa enim non sine dubitatione quadam, ut mulierem et matrem decet, ista pronuntiat: γνώμης δέ που τὶς δαιμόνων ξυνήψατο. q. d. *Mirum vero nisi adjutorem consilii aliquem deorum, malevolum* scilicet, *nactus fuerit.* Darius vero ista non solum confirmat, verum etiam auget: *Heu,* inquiens, *magnus in eum dæmon irruit, ut sic insaniret.*

723. ὡς—κακόν. *Adeoque jam videre licet, quam malum facinora ejus exitum habuerint.*

724. Καὶ τί—ἐπιστενάζετε. Universe

Ἄτ. Ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς πέζον ὤλεσε στρατόν.
Δα. Ὧδε παμπήδην δὲ λαὸς πᾶς κατέφθαρται δορί;
Ἄτ. Πρὸς τάδ' ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει,..
Δα. Ὢ πόποι κενῆς ἀρωγῆς κἀπικουρίας στρατοῦ.
Ἄτ. Βακτρίων δ' ἔρρει πανώλης δῆμος, οὐδέ τις γέρων.
Δα. Ὢ μέλεος, οἵαν ἄρ' ἥβην ξυμμάχων ἀπώλεσε.
Ἄτ. Μονάδα δὲ Ξέρξην ἔρημόν φασιν οὐ πολλῶν μέτα....

725. στρατὸν omissum Mosq. 726. λαὸς πᾶς] πᾶς λαὸς Rob. πᾶς στρατὸς Turn. Vict. Illud contra rationem commatum Trochaicorum. Recte igitur Brunckius reposuit λαὸς πᾶς e Regg. 728. κενῆς] κεδνῆς Mosq. Vit. 730. ξυμμάχων] συμμάχων Guelf. 731. φασὶν] φησὶν Guelf.

quidem Atossa deletum esse Persarum exercitum indicaverat; nondum tamen quomodo rem male gessissent narraverat. Id igitur nunc jam Darius exquirit.

725. Ναυτικὸς στρατός. Cf. v. 405—430. et v. 445. sqq. 478. sqq.

727. cum v. 729. arctissimo nexu cohæret, interpellante Atossam Dario. Sensus: *ita quidem, ut Susorum urbs vastitatem virorum lugeat,—et Bactriorum universus populus, in eoque senex nullus, verum omnes juvenes interierint.*

728. κενῆς ἀρωγῆς. Verior nobis videtur altera lectio, κεδνῆς, quippe quæ gravitate et ironiæ acerbitate commendatur. Sic v. 924. κεδνᾶς ἀλκᾶς. Vulgata lectio librarii manum prodit, qui κενῆς ex antecedente κενανδρίαν temere repetiit. Si vero κεδνῆς serio potius accipere velis, haud repugno; tumque inest misericordiæ significatio, quemadmodum v. 730. et 924.

729. Βακτρίων δ' ἔρρει πανώλης δῆμος. "Non bene interpres *perditissimus populus*: neque enim hic πανώλης notat τὸν ἄξιον ὀλέσθαι, ut in Suppl. v. 101. Verum ἔρρει π. valet hic *funditus periit, occisione occisus est*. Aristid. tom. ii. p. 322. πανωλεθρίᾳ πράγματα ἀπολλυμένα, et noster fabulæ præcedentis v. 558. πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο." *Abresch.*

730. ἥβην. Pertinet ad Atossæ dictum οὐδέ τις γέρων. v. 729.

731. μονάδα—πολλῶν μέτα . . . "Dario interloquente, Atossa abruptum sermonem continuat versu abhinc altero; unde hujus pendet structura. Μονάδα Ξέρξην dixit eadem licentia, qua Eurip. in Orest. v. 270. μανιάσι λυσσήμασι, quam construendi rationem perperam ibi reprobat Schol. At quomodo μονὰς Ξέρξης fugit, cui ipse poëta paucos quosdam dat fugæ comites? Nempe perinde hoc accipiendum, tanquam legeres φυγόντα Ξέρξην ἔρημον ὀλιγοστὸν, prout loquitur Joseph. contra Apion. Lib. i. §. 20. Ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς— vel ut Herodot. lib. vi. c. 15. μετ' ὀλίγων ξυμμάχων μεμονωμένοι; atque iterum Joseph. in vita sua §. 18. μεμονωμένος μετὰ τῶν οἰκείων." *Abresch.* Ceterum Atossa hic ea refert, quæ ex nuntio acceperat. cf. v. 297. 468. 508. *Narrant vero*, inquit, *Xerxem solum ac desertum paucis comitibus lubentem ad pontem illum duabus* continentibus *junctum pergere.* ἄσμενον, quia in tantis malis præclare secum actum putabat, si salvus ipse hostes effugeret.

Δα. Πῶς δὲ δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷς; ἔστι τις σωτηρία;
Ἀτ. Ἄσμενον μολεῖν γέφυραν ἐν δυοῖν ζευκτηρίαν.
Δα. Καὶ πρὸς ἤπειρον σεσῶσθαι τήνδε; τοῦτ' ἐτήτυμον;
Ἀτ. Ναί· λόγος κρατεῖ σαφηνής· τοῦτό γ' οὐκ ἔνι στάσις.

732. πῶς δὲ δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷς;] Cur dederim τελευτᾷς, in Commentario exposui. πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷ ἐστιν τις σωτηρία; Ald. Rob. πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷ; ἐστι τίς σωτηρία; Turn. πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷν ἐστι; τίς σωτηρία; Vict. Cant. Stanl. At Brunckius ex utroque Reg. edidit πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷ; ἐστι τις σωτηρία; In Reg. B. adjecta est interpretatio: πῶς τε δὴ ἔρχεται, καὶ ποῖ κατήντησε τὸ πρᾶγμα; in A. glossa, καταντᾷ. Pro τελευτᾷς est in cod. Mosq. τελευτῶ. 733. ζευκτηρίαν] ζευκτηρίην Mosq. 734, 735. Omissi Mosq. Post τήνδε et ἐτήτυμον in Ald. omissum interrogandi signum. Pauwius verba καὶ πρὸς ἤπειρον σεσῶσθαι τήνδε; Atossæ tribuere malebat, ut τοῦτ' ἐτήτυμον solum esset Darii. Quod necessarium non esse bene Heathius intellexit. 735. τοῦτό γ'] τούτῳ δ' Ald. Rob. τοῦτο δ' Turn. Vict. etc. Brunckius recte dedit τοῦτό γ', utroque Regio γε non δὲ præbente. In B. τούτῳ γ' et τούτου γ' metro adversante. τούτῳ

732. πῶς—σωτηρία. Vulgarem lectionem:

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷν ἐστι; τίς σωτηρία;

sic interpr. Lat. reddidit: *Qui vero et quo evadere est; quæ salus;* quem imitatur fere Gallus: *Comment a-t-il pû! Quels lieux lui servènt d' asyle? Que fait-il?* Ego rescribendum esse duxi:

Πῶς δὲ δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷς; ἔστι τις σωτηρία;

Nimirum cum ista verba

Μονάδα δὲ Ξέρξην ἔρημόν φασιν οὐ πολλῶν μετά . . .

lentius Atossa pronuntiasset, ac post μετὰ pausam quandam faceret loquendi, Darius impatiens moræ eam interpellat hic verbis: *Quomodo autem et quorsum* narrando *finis? Estne quædam salus?* h. e. habesne mihi de salute Xerxis dicere? Simillimam rationem infra v. 784. reperimus, ubi Chorus:

Τί οὖν; ait, ἄναξ Δαρεῖε, ποῖ καταστρέφεις

Λόγων τελευτήν; πῶς ἂν ἐκ τούτων ἔτι

Πράσσοιμεν ὡς ἄριστα Περσικὸς λεώς;

Quod enim ibi est ποῖ καταστρέφεις λόγων τελευτὴν, id hoc loco, nisi me conjectura fallit, poëta sic enuntiavit: ποῖ τελευτᾷς; Si qui vero sunt, quibus hanc emendationem nostram ægre persuadeamus, ii, me quidem auctore, vulgarem lectionem interpungendo probabiliorem efficient hoc modo:

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷν; ἔστι τις σωτηρία;

(Heathius vulg. πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾷν ἐστι; τίς σωτηρία; sic interpr.: *Quem vero finem habere et quo evadere potest tuus sermo? Quæ salus?*) ita ut infinitivus τελευτᾷς pendeat a verbis Ξέρξην φασὶν, quibus v. antec. in abrupto sermone usa fuerat Atossa. Sic v. 734. infinitivus σεσῶσθαι cum eodem φασὶν construitur, quod ex Atossæ verbis repetendum est.

734. Iterum paterni animi de filii salute solliciti sensum prodit Darius, quærendo: *Et salvum ad hanc continentem evasisse; (scil. φασίν;) Hoccine verum?*

735. ναί—στάσις. *Ita est; hoc certa narratione vincitur,* h. e. confirmatur; *neque, quod ad hanc quidem partem at-*

Δα. Φεῦ· ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις· ἐς δὲ παῖδ' ἐμὸν
Ζεὺς ἀπέσκηψεν τελευτὴν θεσφάτων. ἐγὼ δέ που
Διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτῆσαι θεούς.
'Αλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς ξυνάπτεται.
Νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ πᾶσιν εὑρῆσθαι φίλοις.

tamen Spanhemius ad Aristoph. Plut. v. 348. legendum esse opinabatur. τάσις] Perperam Arnaldus corrigebat τάσει. 736. χρησμῶν] χρησμὸν Mosq. ἐς δὲ παῖδ'] Ita Mosq. Rob. et recepi, ut concinnius. ἐς τε παῖδ' Viteb. ἐς τὸν παῖδ' Ald. Turn. Vict. etc. 737. ἀπέσκηψεν] ἀπέσκηψε Ald. Turn. ἐγὼ δέ που] ἐγὼ δ' ἔμπας Rob. 738. μακροῦ χρόνου] μακροῦ τοῦ χρόνου Ald. ἐκτελευτῆσαι] Sic Regg. Vit. Ald. Rob. Turn. At in Vict. est ἐκτελευτήσειν, quam secuti sunt Cant. Stanl. Recte autem Brunckius pristinam lectionem restituit. 739. τις αὐτὸς, χὠ] Schol. legisse videtur τις, αὐτοῦ χὠ, vel τις, αὐτῷ χὠ. Contra τις, αὐτὸς χὠ Turn. Vict. Cant. Stanl. Melius distinxit Brunckius auctoritate Reg. A. ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς—. Idem in Reg. B. variam lectionem reperit adnotatam, quæ si minus bona, saltem veteris distinctionis index est, χ' ὁ θεὸς, adjecto schol. ἤγουν ἡ 'Ερινύς. ξυνάπτεται] συνάπτεται Guelf. Rob. Turn. Vict. Cant. Stanl.

tinet, ulla ei ambiguitas vel *discrepantia inest.* Græca sic supplenda: Κατὰ τοῦτό γε οὐκ ἔνεστι λόγῳ στάσις. Στάσις vero de rumorum discrepantia, quæ fidem imminuit.

736. sqq. Nullam antea hujus oraculi mentionem factam esse videmus; neque vero ad evidentiam fictionis spectatorum intereat, cui aut quando istud oraculum datum esset, scire. Satis erat poëtam sic induxisse Darium loquentem, ut quin is serio atque ex animi sententia diceret, dubitandum non videretur.

ταχεῖα—πρᾶξις. *Nimis cito secutus est oraculorum eventus, citius,* quam speravi equidem et optavi, *perfecta sunt* πρᾶξις χρησμῶν et τελευτὴ θεσφάτων synonyma. ἐς δὲ—θεσφάτων. *Et quidem filium meum deus oraculorum exitu perculit.*

738. "ηὔχουν ἐκτελευτήσειν non satis vertit accurate interpres; αὐχεῖν nunquam, quod sciam, notat εὔχεσθαι, *orare;* reddere debebat: *sperabam, opinabar.*" *Abresch.*

739. ἀλλ'—ξυνάπτεται. *Sed quando quis suis ipsius consiliis, suapte sponte* in perniciem *ruit, deus quoque se ad eam rem,* ad accelerandum exitium, *adjungit.*

740. νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ—. Hoc vulgo de ipsis malorum fluctibus intelligunt. Stanl. vertit: *Nunc videtur fons malorum omnibus amicis emergere.* Gallus interpres: *Mon fils a ouvert dans cet empire une source intarissable des maux.* Ego vero sic potius accipienda censeo: *Nunc omnibus amicis meis fons malorum inventus,* h. e. a me expositus esse videtur: quo pacto πᾶσιν φίλοις ad senes Choricos, πηγὴ κακῶν ad causam malorum ab ipso Dario modo declaratam pertinebit. Causas nimirum has indicaverat, *primum* oraculorum prædictionem, *deinde* et Xerxis impotentiam, qua exitium sibi suis quasi jumentis advexerat, *postremo* divini numinis συνεργίαν.

Παῖς δ' ἐμὸς τάδ' οὐ κατειδὼς ἤνυσεν νέῳ θράσει,
Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱερὸν, δοῦλον ὣς, δεσμώμασιν
Ἤλπισε σχήσειν, ῥέοντα Βόσπορον ῥόον θεοῦ,
Καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
Περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ,
Θνητὸς ὢν θεῶν τε πάντων ᾤετ', οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν. Πρὸς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν

741. ἤνυσεν] ἤνυσε Guelf. Ald. Rob. Turn. 743. ἤλπισε] ἤλπιζε Ald. Rob. σχήσειν, ῥέοντα] "Quid acuminis sit, aut venustatis in ῥέοντα ῥόον, ego lubens fateor me nescire. Fallor aut legendum est δοῦλον ὣς δεσμώμασιν Ἤλπισε σχήσειν δέοντα, Βόσπορον ῥόον θεοῦ. Δεσμώμασιν δέοντα Attice, ut notum, *se cohibiturum vinculis.* δέοντα σχήσειν cohæret, et pronomen reticetur." *Pauw.* Recte vero Heathius hanc sententiam damnavit. 745. ἤνυσεν] ἤνυσε Guelf. Ald. Rob. Turn. 746. θνητὸς ὢν] θνητὸς ἐὼν Mosq. θεῶν τε πάντων] Sic Brunck. e Regg. Vulgo θεῶν δὲ πάντων. εὐβουλίᾳ] ἀβουλίᾳ Ald. 747. πρὸς τάδ'] πῶς τάδ' Codd. MSS. adhuc collati et edd. omnes ante Brunckium, qui Abreschii emendationem πρὸς τάδ' recepit, recte ut opinor. Stephanus autem πῶς τάδ' interrogandi nota apposita servandum duxerat. Heathius pro οὐ reponi malebat οὖν, hoc sensu: *quomodo igitur morbus animi eousque filium meum occupavit?*

741. οὐ κατειδώς. *Hæc non satis apud animum reputans.*

ἤνυσεν νέῳ θράσει. *Juvenili audacia festinavit.*

742. sqq. ὅστις—κρατήσειν. *Qui sacrum Hellespontum, tanquam servum, vinculis se cohibiturum speravit, Bosporum dei numine fluentem, fretumque,* ponte scil. instrato, *immutavit, cumque mortalis esset, stolido tamen consilio deos omnes, inprimis Neptunum se superaturum esse, opinatus est.* δεσμώματα non interpretor de vinculis, quæ rupto priore ponte, Xerxes furibundus in Hellespontum, et tanquam castigandi causa, demitti jussit, additis etiam, ut erat hominis insania, ccc. verberibus, Herodot. vii. 35. nam de ista filii petulantia nihil Darius ipse audiverat; verum universe de pontis Hellesponto injecti retinaculis. Βόσπορος hic est Hellesponti synonymum. Is dicitur ῥεῖν ῥόον θεοῦ, sublimi sententia (*den Strom Gottes strömen*), quæ nobis in memoriam revocat magnificum illud e libro Jobi carmen, cap. xxxviii. 8—11. μετερρύθμιζε ad pontem spectat, quem Xerxes Hellesponto imposuerat, ita ut pars freti in isthmum mutata esse videretur. Huc referenda sunt illa Herodoti: vii. 36. ἐπειδὴ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὔρεϊ, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου· θέντες δὲ ἐπεξῆς, ἐνθαῦτα αὖτις ἐπεζεύγνυον, ποιήσαντες δὲ ταῦτα ὕλην ἐπεφόρησαν. Κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν. κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα, καὶ οἱ ἵπποι.

744. πέδαις σφυρηλάτοις de anchoris ferreis interpretor, quibus Xerxes teste Herodoto pontem alligaverat. cf. v. 719.

745. πολλὴν κέλευθον—στρατῷ. Vid. supra v. 718. ἀνύειν κέλευθον h. l. non *emetiri viam*, ut Stanl. intp., sed *parare, facere.*

747. πρὸς τάδ'. "Sic pro vulg. πῶς τάδ' legendum arbitror. i. e. *Proinde*

Εἶχε παῖδ' ἐμόν; Δέδοικα μὴ πολὺς πλούτου πόνος
Οὑμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή.
Ατ. Ταῦτα τοῖς κακοῖς ὁμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται
Θούριος Ξέρξης. Λέγουσι δ', ὡς σὺ μὲν μέγαν τέκνοις
Πλοῦτον ἐκτήσω ξὺν αἰχμῇ, τὸν δ' ἀνανδρίας ὕπο
Ἔνδον αἰχμάζειν, πατρῷον δ' ὄλβον οὐδὲν αὐξάνειν.
Τοιάδ' ἐξ ἀνδρῶν ὀνείδη πολλάκις κλύων κακῶν
Τήνδ' ἐβούλευσεν κέλευθον, καὶ στράτευμ' ἐφ' Ἑλλάδα.
Δα. Τοιγάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον

748. πόνος] Hanc lectionem, utpope quæ est exquisitior e Guelf. Ald. Vict. restitui. Reliqui præbent πόρος. 750. ἀνδράσιν] ἀνδράσι Ald. Turn. 752. ξὺν αἰχμῇ] σὺν αἰχμῇ Turn. ἀνανδρίας] ἀνανδρία Ald. 753. αἰχμάζειν] De hac lectione vide Commentar. ad h. l. 754. πολλάκις κλύων κακῶν] κλύων πολλάκις κακῶν Guelf. 755. ἐβούλευσεν] ἐβούλευσε Mosq. Ald. Turn. 756. Frustra Josephus Scaliger de emend. tempor. lib. vi. inter hunc et præcedentem versum quædam intercidisse, et v. 758. post v. 762. collocandum esse censebat.

nonne (quod dixi jam antea v. 722.) *insania invasit filium meum?* Sic πρὸς τάδε et πρὸς ταῦτα noster sæpissime aliique Attici. Vid. Prometh. 1038. Sept. adv. Theb. 314." *Abresch.*

749. ἀνθρώποις. "Observanda hic venit structura ἀνθρώποις τοῦ φθάσαντος pro ἀνθρώπων, dandi casu posito ἀντὶ τῆς γεννητικῆς colophonio schemate. Supra v. 208. δρόμῳ πτεροῖς ἐφορμαίνει ἴερακ. et in Agam. v. 587. θεοῖς λάφυρα ἐπασσάλευσαν δόμοις. Vid. Lesbon. lib. περὶ σχημ. noviss. Ammonii editioni subjunctum p. 181." *Abresch.*

750. τοῖς κακοῖς ἀνδράσιν. "Ex his præcipue Mardonius, qui secundum Herodotum νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητὴς, vel ut Diodorus, μετέωρος τῷ φρονήματι, καὶ τῇ ἡλικίᾳ ἀκμάζων, et Onomacritus, quem dicit Herodotus χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τοῦ Μουσαίου. lib. vii. 6." *Stanl.* Conf. quæ supra p. 9, 10. a nobis dicta sunt.

753. ἔνδον αἰχμάζειν. Acerba inest Xerxis irrisio, cum Dario comparati. Cum bellica enim Darii laude, πλοῦτον ξὺν αἰχμῇ κτήσαντος, confertur Xerxis umbratilis desidia ἔνδον αἰχμάζοντος. Et fortasse proverbii instar usurpata est phrasis ἔνδον αἰχμάζειν, certe Stanleii emendationem ἀκμάζειν minime prætulerim.

756. sqq. ἔργον—οἷον εὐδέπω τοῦδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσόν. "Stanleio adsentior adversus Scaligeri crisin hæc tuenti, jungentique sublata hypostigme post εὐδέπω cum sequentibus, quomodo et manifesto locum legit Scholiastes, qui sensum adsecutus est, quem verba postulabant, et quem sequi debebat interpres. Ordo est οἷον (ἔργον) εὐδέπω πεσὸν ἐξεκείνωσε τόδε (sic enim lego cum Schol. pro vulg. τὸ δὲ) τὸ ἄστυ Σούσων. Πεσὸν ἔργον s. πρᾶγμα dictum, ut in Agam. v. 32. εὖ πεσόντα τὰ τῶν δεσποτῶν. Eurip. in Electr. v. 639. πρὸς τὸ πίπτον αὐτὸς ἐννόει. In Alcest. v. 1100. εἰς δέον πέσοι χάρις. Et Med. v. 54. τὰ δεσποτῶν κακῶς πιτνοῦντα.—" *Abresch.*

Μέγιστον, ἀείμνηστον, οἷον οὐδέπω
Τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσόν,
Ἐξ οὗτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν,
Ἕν' ἄνδρ' ἁπάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ·
Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε,
Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνὴρ,
Ἄρξας ἔθηκε πᾶσιν εἰρήνην φίλοις·
Λυδῶν δὲ λαὸν καὶ Φρυγῶν ἐκτήσατο,
Ἰωνίαν τε πᾶσαν ἤλασεν βίᾳ.
Θεὸς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, ὡς εὔφρων ἔφυ.
Κύρου δὲ παῖς, τέταρτος ηὔθυνε στρατόν·

757. οὐδέπω] Colon ponit Turn., comma Vict. 758. ἐξεκείνωσεν πεσόν] ἐξεκείνωσε πεσὸν sic Mosq. ἐξεκείνωσε πεσὸν Guelf. Rob. ἐξεκείνωσε πεσὼν Ald. ἐξεκείνωσε πεσὸν Turn. ἐξεκείνωσεν πεσὸν Vict. etc. Item Brunck. e codd. Regg. qui formam ἐξεκείνωσεν Ionicam recte adversus Heathii emendationem ἐξαπεκείνωσεν defendit. cf. not. ad v. 155. et 653. Panwius conj. ἐξεκείνωσ' ἐμπεσόν. Haud male; nisi πεσὸν eundem quoque sensum præberet. 759. ἐξ οὗτε τιμὴν Ζεὺς] ἐξ οὗ τιμήν τε Ζεὺς Mosq. 760. ἄνδρ' ἁπάσης] ἄνδρα πάσης Mosq. Ald. Rob. Turn. Vict. ἄνδρ' ἁπάσης Brunck. e Reg. A. Ἀσιάδος] ἀσίδος Ald. Turn. 761. ταγεῖν] παγεῖν Mosq. εὐθυντήριον] ἰθυντήριον Mosq. Rob. 763. ἔργον ἤνυσε] ἤνυσεν ἔργον adversus metri leges Ald. Rob. 768. ἤλασεν] ἤλασε Mosq. Guelf. Ald. Rob. Turn. 769. θεὸς γὰρ οὐ ἤχθηρεν] Heathio melius videbatur: θεοὺς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, *deos inimicos sibi haud reddidit, adeo bona mente erat.* 770. ηὔθυνε] ἴθυνε Reg. B. Guelf. Ald. Rob. ἴθυνε Mosq. Brunckius ex Reg. A. edidit ηὔθυνε, adjecta, quæ sequitur, observatione. "In universum, inquit, Tragici frequentius εὐθύνω adhibent, quam ἰθύνω. Hoc bene servatum v. 409. alterius significatio hic magis apposita. εὐθύνω, ἰθύνω, et ἰθύω a librariis sæpe commutata. Quod autem inter ἰθύνω et ἰθύω discrimen statuunt lexicographi, an ex indole linguæ sit,

ἐξεκείνωσεν. cf. supra v. 117. et v. 548.

762. Μῆδος. De Æschylea regum Persiæ serie vid. Excurs. ad h. l.— στρατοῦ, *populi.*

763. τόδ' ἔργον ἤνυσε, *hoc opus perfecit,* h. e. regnum firmavit ac stabilivit.

769. θεὸς—ἔφυ. *Deus enim ei non infestus erat, non adversabatur,* quia sapiens ac modestus erat, nec deos ut Xerxes (coll. v. 746.) negligebat.

Πέμπτος δὲ Μέρδις ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ,
Θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι· τὸν δὲ σὺν δόλῳ
'Αρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις,
Ξὺν ἀνδράσιν φίλοισιν, οἷς τόδ' ἦν χρέος.
Ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομός τ' 'Αρταφρένης.
Κἀγὼ πάλου τ' ἔκυρσα, τοῦπερ ἤθελον,
Κἀπεστράτευσα πολλὰ σὺν πολλῷ στρατῷ.
'Αλλ' οὐ κακὸν τοσόνδε προσέβαλον πόλει.
Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς, ὢν νέος, νέα φρονεῖ,
Κοὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.
Εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ', ἐμοὶ ξυνήλικες,
Ἅπαντες ἡμεῖς, οἳ κράτη τάδ' ἔσχομεν,

et veteres observarint, valde dubito. Non magis differre arbitror, quam πληθύνω et πληθύω, δύνω et δύω, ἀρτύνω et ἀρτύω, ἰντύνω et ἰντύω, aliaque similis formæ plura. Sed quæ in υνω terminantur, penultimam producunt, in altera forma correptam. Non male itaque in Eurip. Or. 1020. scriberetur: ἰθύων ποτηρὸν κῶλον Ὀρέστου. Discrimen non agnoscit Eustathius ad Hom. p. 1122. i. 29. τὸ δὲ ἰθύνει, ὁμώνυμος οὖσα λέξις πολλαχοῦ ἰθύειν λέγεται." Hactenus V. C. 771. Μέρδις] "Vulgo conspirantibus codd. Μάρδος, quod nomen in Persicorum Regum serie nullibi comparet. Ex Herodoto satis notus Σμέρδις est. Nominis primam litteram extrivit metri necessitas, quod in aliis vocibus usitatum, ut in adfinis soni verbo σμέρδω, μέρδω. Emendationi favet Scholiastes, quam alicubi prolatam vidi, sed librum non recordor." *Brunck.* πάτρᾳ] πάτρας Guelf. Mosq. Vit. Ald. Rob. 774. ἀνδράσιν] ἀνδράσι Turn. 775. Μάραφις] Μαράφις Guelf. Μάρφις Ald. Rob. 'Αρταφρένης] 'Αρταφέρνης Guelf. 776, 777. Omissi Mosq. 776. κἀγὼ πάλου τ' ἔκυρσα] καγὼ δ' ἔκυρσα πάλλου Ald. καγὼ ἔκυρσα πάλους Rob. καγὼ δ' ἔκυρσα τοῦπερ ἤθελον πάλου Turn. Vict. Cant. Stanl. Nos Brunckii lectionem e codd. Regg. erutam adoptavimus. 779. ὢν νέος] νέος ὢν Mosq. Ald. Rob. 780. τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς] τᾶς ἐμᾶς ἐπιστολᾶς Guelf. 781. εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ'] εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴσθ' Ald. Rob. εὖ γὰρ τόδ' ἴστε σαφῶς Guelf.

771. Μέρδις. Primus (quem se Brunckius V. C. recordari negabat) emendatæ hujus lectionis auctor est Rutgersius var. lect. p. 231.

781. ξυνήλικες. Senes choricos alloquitur. Cf. v. 678.

782. sq. *Nos omnes, qui unquam hoc imperium tenuimus, nemini profecto videamur tantas calamitates* Persiæ *intulisse.* Dawesio hoc parum commode dici videbatur, ob Smerdin; sed etsi hic ignobilitate sua dedecori Persis erat, nullam tamen eo regnante Persæ cladem acceperunt, quod recte animadversum est ab Heathio.

Οὐκ ἂν φανεῖμεν πήματ' ἔρξαντες τόσα.
Χο. Τί οὖν; ἄναξ Δαρεῖε, ποῖ καταστρέφεις
Λόγων τελευτήν; πῶς ἂν ἐκ τούτων ἔτι
Πράσσοιμεν ὡς ἄριστα Περσικὸς λεώς;
Δα. Εἰ μὴ στρατεύοισθ' ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον,
Μηδ' ἦν στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν.
Αὐτὴ γὰρ ἡ γῆ ξύμμαχος κείνοις πέλει.
Χο. Πῶς τοῦτ' ἔλεξας, τίνι τρόπῳ δὲ συμμαχεῖ;
Δα. Κτείνουσα λιμῷ τοὺς ὑπερκόμπους ἄγαν.
Χο. Ἀλλ' εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν αἴρομεν στόλον.
Δα. Ἀλλ' οὐδ' ὁ μείνας νῦν ἐν Ἑλλάδος τόποις

783. φανεῖμεν] φάνημεν Guelf. Ald. Rob. Vict. Id. in codd. Regg. In Reg. B. imperiti cujusdam grammatici superscripta glossa, ἐφάνημεν ἰωνικῶς. Ceterum Dawesii correctionem, sic istos versiculos refingentis:

Εὖ γὰρ σαφῶς, τόδ' ἴσ' ἐμοὶ ξυνήλικες
Ἅπαντες, ἡμεῖς, εἰ κράτη τάδ' ἴσχομεν
Οὐκ ἂν ἐφάνημεν πήματ' ἔρξαντες τόσα.

bene refutavit Heathius, Stanleii lectionem φανεῖμεν, id quod et Brunckius fecit, amplexus. φανῆμεν Mosq. 786. πράσσοιμεν ὡς ἄριστα] In Mosq. corrupte scriptum πράσσοι ὡς ἄριστα. 788. μηδ' ἂν] μηδ' εἰ Codd. MSS. et edd. omnes ante Brunckium, qui μηδ' ἂν reposuit, quia εἰ cum subj. non construitur. Ei hoc libentius obsecuti sumus, quod hoc ἂν elegantius est, quam repetitum εἰ. 789. αὐτὴ] αὕτη Mosq. 790. συμμαχεῖ] ξυμμαχεῖ Reg. B. 792. ἀλλ' εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν, αἴρομεν στόλον] ἀλλ' εὐσταλῆ τε λεκτὸν ἀροῦμεν στόλον, invito metro Guelf. Ald. ἀλλ' εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν ἀροῖμεν στόλον Mosq. ἀλλ' εὐσταλῆ τε λεκτὸν ἄρωμεν στόλον Rob. ἀλλ' εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν ἀροῦμεν στόλον Turn. Vict. Cant. Stanl. At in

792. αἴρομεν—στόλον. Cum Darius dixisset, ipsum Græciæ solum hostes superbos fame enecare, in mentem veniunt Choro, quæ cum Xerxe fuga evaserant copiæ; itaque sic respondet: *At expeditum et lectum recipimus exercitum.* Ut enim αἴρειν sæpe est *reportare*, sic etiam *recipere*, *reducere* notare potest. Quare nos hanc lectionem e conjectura in textum induxisse, facile, ut spero, probabunt lectores, donec meliora quis excogitaverit. Observes autem velim, eum non dicere πολὺν, sed tantum εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν, quia jam ex nuntio audiverat paucos, pro tanta, quam eduxerat Xerxes, multitudine redituros esse.

793. Darius Chori spem, quam in illo exercitu posuerat, his verbis infringit: *minime vero delectum maxum recipietis; imo ne ille quidem exercitus, qui etiamnum in Græcia relictus est, salvus redibit.* Hæc et sequentia divinitus a Dario dicuntur; certe aliunde nihil de exercitu illo sub auspiciis Mardonii in Græcia relicto acceperat.

Στρατὸς κυρήσει νοστίμου σωτηρίας.
Χο. Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ πᾶν στράτευμα βαρβάρων
Περᾷ τὸν Ἕλλης πορθμὸν Εὐρώπης ἄπο;
Δα. Παῦροί γε πολλῶν, εἴ τι πιστεῦσαι θεῶν
Χρὴ θεσφάτοισιν, ἐς τὰ νῦν πεπραγμένα
Βλέψαντα· †συμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μέν, τὰ δ᾽ οὔ.
Κεἴπερ τάδ᾽ ἐστί, πλῆθος ἔκκριτον στρατοῦ
Λείπει κεναῖσιν ἐλπίσιν πεπεισμένος.
Μίμνουσι δ᾽, ἔνθα πεδίον Ἀσωπὸς ῥοαῖς
Ἄρδει, φίλον πίασμα Βοιωτῶν χθονί·
Οὗ σφιν κακῶν ὕψιστ᾽ ἐπαμμένει παθεῖν,
Ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων·

omnibus his lectionibus metrum claudicat. Dawesius in Miscell. critt. correxit: *ἀλλ᾽ εὐσταλῆ καὶ λεκτὸν ἢ ᾽ροῦμεν στόλον*, pro *εἰ ἀροῦμεν*, hoc sensu, *sed quid si delectas copias instruxerimus?* Brunckius Regium cod. utrumque cum lectione Turnebi etc. consentientem deprehendit; in margine tamen cod. B. scriptum erat: *γρ. ἀλλ᾽ εἶτε*; inde vir doctissimus occasionem cepit sic emendandi: *ἀλλ᾽ εἶτε λεκτὸν κεὐσταλῆ ᾽ροῦμεν στόλον*; *Sed quando lectis et expeditis militibus bellum moverimus, nonne spes erit prosperi successus?* Nobis autem verius videbatur, corrigere tantum in vulgata *αἴροιμεν* pro *ἀροῦμεν*, quæ lectio sensum præbet aptissimum, quem in Commentario declaravimus. 794. *κυρήσει*] *κύρσει* Rob. 799. *βλέψαντα*] *βλέψοντα* Vit. *βλέποντας* Rob. 801. *ἐλπίσιν*] *ἐλπίσι* Guelf. Ald. 803. *φίλον*] *φίλος* Vit. 805. *φρονημάτων*] *δυσφημάτων* Guelf.

795. Chorus, cui nuntius nihil de parte copiarum remanente narraverat, haud sine causa miratur id, quod modo regem dicentem audiverat.

798. *θεσφάτοισιν*. Hic aperte prodit Darius se ista, quæ jam dicturus sit, ex oraculis divinare.

799. *συμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μέν, τὰ δ᾽ οὔ*. *Non enim hæc esse solet oraculorum ratio, ut alia earum pars rata, alia irrita sit, sed omnia potius eventum habent.* cf. Herodot. vii. 77.

800. sq. *πλῆθος ἔκκριτον στρατοῦ λείπει*. Nempe sub Mardonii, ut diximus, imperio. cf. Herodot. viii. 15. sqq.

κεναῖσιν ἐλπίσιν. Forte hic respicitur ad vanam oraculorum interpretationem, qua sibi suisque blandiebatur Mardonius, teste Herodoto viii. 42. sq.

802. *Ἀσωπός*. Vid. eund. viii. 40.

803. *φίλον πίασμα Βοιωτῶν χθονί*. Graviter et acerbe dictum: *in Bœotia occubituri; ejusque solum cadaverum suorum grata* scil. Bœotis *pinguedine infecturi*. *πίασμα*. Sic Amphiaraus Sept. adv. Theb. v. 589. *ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα*.

805. *ἄθεα φρονήματα* sunt *impia hominum deos negligentium consilia*.

Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη
Ἠιδοῦντο συλᾷν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς·
Βωμοὶ δ' ἄιστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα
Πρόῤῥιζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων.
Τοιγὰρ κακῶς δράσαντες, οὐκ ἐλάσσονα
Πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι, κοὐδέπω κακῶν
Κρηπὶς ὕπεστιν, ἀλλ' ἔτ' ἐκπιδύεται.
Τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσταγὴς

807. πιμπράναι νεώς] πιμπρᾶν τοὺς νεὼς Guelf. Post νεὼς Mosq. add. τινάς. 808. βωμοὶ] βωμῶν Mosq. δαιμόνων θ' ἱδρύματα] δαιμόνων ἱδρύματα Ald. 809. πρόῤῥιζα] πρόριζα Ald. 810. δράσαντες] πράσσοντες Ald. 811. κακῶν omissum Mosq. 812. ἐκπιδύεται] Vulg. ἐκπαιδεύεται. Sed cf. Comment. 813. αἱματοσταγὴς] αἱματοσφαγὴς Guelf. Rob.

806. sq. *οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾷν.* Themistocles apud Herodotum viii. 109. de Xerxe loquens, ὃς τὰ ἱρὰ, inquit, καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα." *Stanl.*

807. *οὐδὲ πιμπράναι νεώς.* "Persas Græcorum templa spoliasse et cremasse a Diodoro Siculo proditum est lib. vi. De quibus etiam Isocrates in Panegyr. οἱ δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλᾷν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ, καὶ κατακαίειν ἐτόλμησαν. Unde Alexander apud Curtium lib. iii. queritur *diis dedita templa, ruinis et ignibus* ab ipsis *esse deleta;* unde et Cicero ii. in Verr. eos *diis hominibusque bellum indixisse* ait. Qua vero ratione hoc factum velint ipsi Persæ, ab eodem discimus, de Legib. lib. ii. *Nec sequor,* inquit, *Magos Persarum quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.* Aliam tamen causam assignat Herodotus lib. v. 102. nempe quia Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenæ deæ concremassent. καὶ Σάρδιες μὲν, inquit, ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης." *Stanl.*

808. *βωμοὶ δ' ἄιστοι. Aræ vero disturbatæ deorumque sedes passim ab imis fundamentis eversæ sunt.*

810. sqq. *τοιγὰρ—ἐκπιδύεται. Quapropter mala cum patraverint, haud minora patiuntur, et passuri sunt, neque enim jam subest fundus malorum, sed potius etiamnum emicare et scaturire pergunt.* Statim, ut opinor, versione hac lecta intelliges, cur pro vulg. ἐκπαιδεύεται, quod ab hoc loco alienum est, correxerimus ἐκπιδύεται. Hoc etiam allegoriæ consecutio postulat. Imago enim petita est ex natura vasculi aut putei, qui non prius exhauritur, quam ad fundum perveneris.

813. sq. *Τόσος—ὕπο. Tantum scilicet in agro Platæensi sub hasta Doriensi sanguinis concrementum erit.* πέλανος αἱματοσταγὴς, nostris: *ein Blutbad.* Quod autem Darium de clade Platæensi vaticinantem fecit poëta, id et ad Chori sensum terrore ac stupore percellendum apposite, et ad Atheniensium aures demulcendas callide excogitavit.

Πρὸς γῆν Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο·
Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασι βροτῶν,
Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.
Ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν
Ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.
Τοιαῦθ' ὁρῶντες τῶνδε τἀπιτίμια
Μέμνησθ' Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε, μηδέ τις
Ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα,
Ἄλλων ἐρασθεὶς, ὄλβον ἐκχέῃ μέγαν.
Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν
Φρονημάτων ἔπεισιν, εὔθυνος βαρύς.
Πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον, σωφρονεῖν κεχρημένον,

814. πρὸς γῆν] πρὸς γᾶ Ald. Rob. Δωρίδος] Δωριάδος Guelf. 815. θῖνες] θῆνες Ald. δὲ νεκρῶν καὶ] νεκρῶν δὲ καὶ Mosq. Rob. Turn. τριτοσπόρῳ] τρισπόρῳ Rob. 816. σημανοῦσιν] σημαίνουσιν Mosq. 817. χρὴ] δεῖ Ald. 820. τἀπιτίμια] τὰ ἐπιτίμια Ald. 821. μηδέ τις] μὴ δέ τις Ald. 823. ἐκχέῃ] ἐκχέει Mosq. 824. omissus Mosq. 825. ἔπεισιν] ἔπεστιν Ald. Rob. Turn. etc. ἔπεισιν dedit Brunck. e Valckenarii emendatione ad Phœniss. 192. 826. κεχρημένον] Hanc

815. sqq. *Cadaverumque acervi ad ipsos usque nepotes muti quidem, at clare significabunt hominum oculis, nefas esse mortalem natum superbire ac nimium sibi arrogare.* Gravissima sententia, magnificis verbis elata! Magnam vero vim habet ex ἐναργείᾳ imaginis.

818. sq. ὕβρις—θέρος. *Insolentia enim efflorescens spicam sceleris ferre solet, unde homo lacrymosam messem metit.* Nec veritatem præcepti, nec translationis pulchritudinem satis assequuntur, qui ἄτης h. l. interpretantur *damni*, cum sit majus aliquod *peccatum*, s. *flagitium*. Est enim opinio multum inter veteres celebrata, deum homines fastu insolentes et contumeliosos in majora peccata conjicere solere, unde tandem summa calamitas erumpat. Sic Νεφέλαι apud Aristoph. Nub. v. 1500. querenti seni, quod se nec opinantem deceperint et in mala conjecerint, respondent:

ἀεὶ ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοτ' ὅτ' ἄν τινά
γνῶμεν πονηρῶν ὄντ' ἐραστὴν πραγμάτων,
ἕως αὐτὸν ἐμβάλλωμεν εἰς κακὸν,
ὅπως ἂν εἰδῇ τοὺς θεοὺς δεδοικέναι.

822. ὑπερφρονεῖν τὸν παρόντα δαίμονα, est, præsente fortuna non contentum, sed elatum ad altiora adspirare.

823. ὄλβον ἐκχέῃ μέγαν. Cf. v. 161.

826. σωφρονεῖν κεχρημένον, *sapientia et moderatione animi indigentem, der's sehr nöthig hat zu Verstande zu kommen.* Id sententiæ multo aptius est, quam σωφρονεῖν κεχρημένοι, *præditi prudentia*, ut Abreschius, s. *qui soliti estis eum instituere*, ut Stauleius reddidit.

Πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι,
Λῆξαι θεοβλαβοῦνθ' ὑπερκόμπῳ θράσει.
Σὺ δ', ὦ γεραιὰ μῆτερ ἡ Ξέρξου φίλη,
'Ελθοῦσ' ἐς οἴκους, κόσμον ὅστις εὐπρεπὴς
Λαβοῦσ' ὑπαντίαζε παιδί· πάντα γὰρ
Κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι
Στημοῤῥαγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.
'Αλλ' αὐτὸν εὐφρόνως σὺ πραΰνον λόγοις.
Μόνης γάρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται.

lectionem Scholiastes præbuit, quam ut sensui ceteris aptiorem recepi. κεχρημένοι Ald. Turn. Vict. etc. Brunckius recepit lectionem cod. Reg. B. margini adscriptam κεκτημένοι, quæ tamen nobis potius, postquam invecta esset lectio κεχρημένοι, ex hujus interpretatione nata esse videtur. De sensu autem consule Commentar. ad h. l. 829. ὦ γεραιὰ] αὖ γηραιὰ Ald. ὦ γηραιὰ Rob. 830. εὐπρεπὴς] "Impressis concinunt ambo codd. Regg. Valckenario ad Phœniss. 801. placet εὐπρεπής. Quanquam plurimum apud me valet doctissimi viri auctoritas, tamen ab eo dissentire cogor. Persæ, gens luxui dedita, Regem suum nunquam conspiciebant, nisi splendidissimo instructum cultu. Inde horrore perstringuntur audientes Xerxem laceris pannis obsitum. Suadet igitur Darius uxori, ut oblatis filio quam pretiosissimis vestibus, dignitatem illi reddat, et aliqua ratione soletur. εὐπρεπὴς Persicæ magnificentiæ minus convenit, et μικροπρεπὴς est. Nonne gaza regia omnis generis pretiosissimis vestibus plena erat? Imo mille pro una paratæ erant." *Brunck.* 832. σώματι] σώμασι Mosq.

827. sq. πινύσκετ' εὐλόγοισι—θράσει. *Vos eum prudentibus admonitionibus ad mentis sanitatem informate, ut tandem insolenti audacia deos lædere desinat.*

829. sqq. σὺ—παιδί. *Tu vero grandæva, cara Xerxis mater, domum regressa, ornatu decoro sumto filio obviam i!*—κόσμος εὐπρεπὴς, *vestes* regali fastigio *dignæ.*

831. πάντα γάρ. Quorsum hoc πάντα pertineat, quoque jure Stanleius verterit *plane*, equidem non dixerim. Durum etiam videtur, cum Heathio interpretari κατὰ πάντα s. πανταχῆ. Quocirca mihi quidem legendum esse videtur:

παντὶ γὰρ
κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι,

unde hic sensus existit: *circum totum enim corpus præ dolore his ex malis concepto laciniæ variegatarum vestium laceratæ pendent.* Sic Germani quoque: *Die Lappen hängen ihm um den* GANZEN *Leib.*

834. ἀλλ' αὐτὸν—λόγοις. *Tu vero cura, ut eum benevolis alloquiis mitiges.* Convenientia personis, cum alias plerumque, tum hic inprimis reddidit Æschylus. Senibus enim, ut monendo corrigerent Xerxem, matri, ut blandis verbis consolaretur, præcipientem Darium induxit. Id enim est πραΰνειν, *animi dolorem mitigare ac mollire.*

835. μόνης γὰρ—κλύων ἀνέξεται. Hoc paulo aliter, ac vulgo solent, accipio.

Ἐγὼ δ' ἄπειμι γῆς ὑπὸ ζόφον κάτω·
Ὑμεῖς δὲ, πρέσβεις, χαίρετ', ἐν κακοῖς ὅμως
Ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν καθ' ἡμέραν,
Ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.

ΧΟΡΟΣ. ΑΤΟΣΣΑ.

ΧΟΡΟΣ.

Η ΠΟΛΛΑ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι
Ἤλγησ' ἀκούσας βαρβάροισι πήματα.
Ἀτ. Ὦ δαῖμον, ὥς με πόλλ' ἐσέρχεται κακὰ
Ἄλγη, μάλιστα δ' ἥδε συμφορὰ δάκνει,
Ἀτιμίαν γε παιδὸς ἀμφὶ σώματι

838. ψυχῇ] ψυχὴν Ald. Rob. unde Pauwius conjicit antiquam lectionem fuisse ψυχὴν διδόντες ἡδονῇ, quod mihi quidem sane probatur. 842. πόλλ' ἐσέρχεται κακὰ] πολλὰ εἰσέρχεται κακὰ Mosq. Ald. Rob. πολλὰ κακ' εἰσέρχεται Guelf.

Stanleius, participium κλύων arctissime cum ἀνέξεται connectens, reddidit: *Novi enim quod te solam audire sustinebit.* At si solam matrem auditurum esse Xerxem Darius noverat, frustra senibus imperaverat, ut eum hortando melius in posterum sapere docerent. Itaque κλύων ab ἀνέξεται sejungendum puto, ita ut hoc quidem vel absolute positum sit, vel intelligatur omissum ζῆν, vel τὸ ἄλγος. Hoc pacto illa his verbis sententia subjicitur: *Novi enim eum tuis unius verbis parentem, tuo solius dicto audientem, hoc a se impetraturum esse*, ut se *contineat, ut* istam calamitatem *perferat, neve gravius* quid *in se statuat, aut vitæ pertæsus violentas ipse sibi manus inferat.*

836. ἐγὼ—ὑπὸ ζόφον κάτω. "Sic γῆς ὑπὸ ζόφον Eurip. Hippol. v. 1416. et Hec. 208." *Abresch.*

837. sqq. Prudenter humaniterque Darius discedens Chorum a tristitia ad hilaritatem revocat, vitæque bonis, quorum nullus sit apud inferos usus, dum liceat, frui jubet.

IN SCENAM VII.

v. 840—848.

Postquam Darii umbra disparuit, Chorus pariter atque Atossa, quomodo ejus oratio animos effecerit, paucis verbis produnt.

840. καὶ μέλλοντ' ἔτι. Refertur ad ea, quæ Darius v. 797. sqq. 811. sqq. dixerat.

842. sq. πόλλ' ἐσέρχεται κακὰ ἄλγη. Verius forte fuerit κακῶν ἄλγη, ut v. 832.

843. μάλιστα—δάκνει. In his verbis et matrem et mulierem facile agnoscas. Materni enim affectus est, filii miseria quam regni calamitate propius tangi; muliebris vero sensus, vestes laceratas in maxima infortunii et ignominiæ parte ponere.

Ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει.
Ἀλλ' εἶμι, καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων
Ὑπαντιάζειν παῖδ' ἐμῷ πειράσομαι.
Οὐ γὰρ τὰ φίλτατ' ἐν κακοῖς προδώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ πόποι, ἦ μεγάλας — στροφή.
Ἀγαθᾶς τε πολισσονόμου βιοτᾶς
Ἐπεκύρσαμεν, εὖθ' ὁ γηραιὸς
Πανταρκὴς, ἀκάκας,
Ἄμαχος βασιλεὺς, ἰσόθεος
Παρεῖος ἆρχε χώρας.
Πρῶτα μὲν εὐδοκίμου — ἀντιστ.

845. κλύουσαν] κλύουσα Ald. 847. παῖδ' ἐμῷ] ἐμῷ παιδὶ Ald. Rob. παιδὶ ἐμῷ Guelf. Mosq. πειράσομαι] πειράσωμαι Ald. 849. μεγάλας] μεγάλης Ald. Rob. Turn. 850. πολισσονόμου] πολισονόμου Rob. 851. ἐπεκύρσαμεν] ἀπεκύρσαμεν Guelf. εὖθ'] εὖτ' Ald. Rob. Turn. γηραιὸς] Sic Reg. A. Rob. γεραιὸς Vict. Cant. haud ferente metro. 852. ἀκάκας] Sic Brunck. e Regg. ἀκάκης Ald. Rob. Turn. Vict. etc. πανταρχὴς] παντάχης Rob. παντάρκας Guelf.

848. προδώσομεν. Hæc elocuta regina discedit, nec postea in scenam revertitur. Et callide quidem hoc instituit Æschylus; gratius enim populo Atheniensium futurum esse intelligebat, ut tragœdia in dolore Xerxis, quam in consolatione finiretur.

IN SCENAM VIII.

v. 849—904.

Novum Chorus orditur carmen, quo Darii laudes ac merita celebrat; apte illud quidem et convenienter. Pietati enim consentaneum erat, quem modo ab inferis regressum adorassent, ejus vivi clara facinora memoria recolere; tristitiæ vero et curæ, quæ nunc animos affligebat, pristinam fortunam, unde se jam dejectos esse sentiebant, reminisci.

850. πολισσόνομος βιοτὰ i. q. πολιτεία.

855. sq. πρῶτα μὲν εὐδοκίμου στρατιᾶς ἀπεφαινόμεσθ'. Abreschius πρῶτα Attice pro πρῶτοι dictum esse opinatus: sic reddidit: *inter alia gentes probato exercitu primas tulimus*, vel *primi fuimus;* quod, quamquam nobis quidem non persuasit, melius tamen est Heathii ratione, hoc modo interpretantis: *quæ primas tenent in probatissimo exercitu exercebamus.* Ego vero vel vulgatæ hunc sensum tribuendum esse censeo: *Primum quidem ob exercitum laude et gloria florentem clari eramus;* ut ἀποφαίνεσθαι, *monstrari*, de celebritate sic di-

Στρατιᾶς ἀπεφαινόμεθ᾽, ἠδὲ νόμι-
μα τὰ πύργινα πάντ᾽ ἐπεύθυνον·
Νόστοι δ᾽ ἐκ πολέμων
Ἀπόνους ἀπαθεῖς ἡμᾶς εὐ-
πράσσοντας ἆγον ἐς οἴκους.
Ὅσας δ᾽ εἷλε πόλεις, μονος.
Πόρον οὐ διαβὰς

856. ἀπεφαινόμεθ᾽] Ita Guelf. Vict. Cant. ἀποφαινόμεσθ᾽ Ald. Rob. Turn. Brunckius de conjectura dedit ἀποφαινόμεν᾽. De sensu cf. Commentar. ad h. l. ἠδὲ] ἦδε Ald. 857. ἐπεύθυνον] Pauwius, quia v. 851. scriptum viderat γεραιὸς, h. l. ut antistrophicum strophico æqualem efficeret, corrigere tentabat εὔθυνον, quo jam nihil opus est, cum illic rectius legatur γηραιός. 859. ἡμᾶς abest in omnibus edd. ante Brunckium, qui id addidit e Reg. B. itaque congruentem antithetico reddidit versiculum. Est enim uterque parœmiacus. 860. εὐπράσσοντας] εὖ πράσσοντα Rob. εὖ πράσσοντας Vict. Cant. ἆγον ἐς οἴκους] Pauwius vel ἄγαγόν τ᾽ ἐς οἴκους, vel ἄγαγόν γ᾽ ἐς οἴκους legendum putabat. Neutrum necessarium. 861. πόλεις] Sic Regg. Ald. Rob. πόλις Turn.

catur, quemadmodum monstrari in Horatiano illo: *quod monstror digito prætereuntium—*; vel mutatione levissima sic emendandum:

πρῶτα μὲν εὐδόκιμοι
στρατιᾶς ἀπεφαινόμεθ᾽.

Primum quidem clari ab exercitu, clari bellicis expeditionibus apparebamus. ἠδὲ νόμιμα τὰ πύργινα πάντ᾽ ἐπεύθυνον, *ac bonæ leges rempublicam domi optime constitutam servabant.* Hac igitur ratione eundem fere sensum verborum assequimur, ad quem Cl. Brunckius alia via aggressus est. Is enim ἀποφαινόμενα reponit, constructionemque sic instituit: πρῶτα μὲν τὰ ἀποφαινόμενα νόμιμα εὐδοκίμου στρατιᾶς, καὶ τὰ νόμιμα τὰ πύργινα πάντα ἐπεύθυνον· ut τὰ ἀποφαινόμεν νόμιμα εὐδοκίμου στρατιᾶς significent *leges circa rem militarem, instituta, quibus bellum feliciter et gloriose administratur,* τὰ πύργινα νόμιμα vero *civilia instituta, leges, quibus urbes muris et turribus munitæ reguntur.* Nobis vero νόμιμα (pro νόμοι) primus, τὰ πύργινα autem quartus casus esse videbatur. *Foris,* inquit Chorus, *bello clari eramus, domi resp. legibus optime constituta.*

πρῶτα μὲν optime Stanleius vertit *primum quidem;* cui deinde ἠδὲ, et in tertio membro δὲ respondet "pro ἔπειτα δὲ, ut Eurip. Med. 125. Sic posito in priori membro τοῦτο μὲν, non semper in altero sequitur τοῦτο δὲ, sed quandoque nudum δὲ, e. c. Sophocl. Aj. 670. Œd. Col. 440. Sic post τοῦτο μὲν Œdip. Tyr. v. 605. sequitur τοῦτ᾽ ἄλλος, sequita εἶτα Philoct. 1345. ἔπειτα δὲ Antig. 63." *Brunck.*

858. sqq. νόστοι δ᾽ ἐκ πολέμων—. *Redituque e bellis nos sine labore, sine calamitate felices domum reduxerunt,* s. quoties ex bello revertebamur, sospites atque incolumes, nulla clade accepta, redibamus.

861. ὅσας—. *Quot vero ille urbes in deditionem accepit, ne Halym quidem fluvium transgressus, neque domo sua motus!*

Ἅλυος ποταμοῦ
Οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθεὶς,
Οἷαι Στρυμονίου πελάγους
Ἀχελωΐδες εἰσὶ πάροικοι
Θρηκίων ἐπαύλων
Λίμνας τ' ἔκτοθεν, αἳ
Κατὰ χέρσον ἐλη-
λαμέναι πέρι πύργον
Τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον,
Ἑλλάς τ' ἀμφὶ πόρον
Πλατὺν αὐχόμεναι
Μυχία τε Προποντὶς
Καὶ στόμα Πόντου,

Ἀχελωος is put universal for all water – as in the 1st Georgic Virgil

863. Ἅλυος] Ἅλεως Vict. 866. Ἀχελωΐδες] Ἀχελωΐδος Ald. 867. Θρηκίων] Θρηϊκίων Ald. Rob. Turn. Vict. ἐπαύλων] ἐπαύλιων Rob. 868.] ἔκτοθεν ἔκποσθεν Ald. Rob. Turn. 870. πέρι] περὶ Ald. Rob. Turn. Vict. Cant. Pro περὶ πύργον Pauw. conj. περίπυργον vel περίπυργοι. 872. Ἑλλάς τ'] Addidimus copulam e Guelf. in aliis omissam. 873. αὐχόμεναι] Sic Reg. B. Guelf. Rob. ἰσχόμεναι Ald. Turn. Vict. Cant. εὐχόμεναι Reg. A. In Reg. B. adjecta est glossa: ἀναθρωσκόμεναι. γρ. ἰσχόμεναι, ἢ καὶ ἐλαυνόμεναι. Postrema recte Brunckius inepta judicat, et vix memoratu digna.

865. sqq. Ordo est: οἷαι (πόλεις) Θρηκίων ἐπαύλων ἀχελωΐδες εἰσὶ πάροικοι Στρυμονίου πελάγους, *quæ urbes Thraciæ maritimæ strymonio sinui maris Ægæi adjacent.* Ἀχελωΐδες non sunt Acheloides insulæ, quas ignorant hoc loco Geographi, sed ἀχελωΐδες πόλεις dicuntur urbes maritimæ, quia, ut recte monet Scholiastes, omne ὕδωρ Ἀχελῷον appellabatur. Θρήκια ἔπαυλα Stanleius de tuguriis et mapalibus intelligit; nos simpliciter *Thracum sedes*, h. e. *Thraciam* dictam esse volumus.

868. λίμνας τ' ἔκτοθεν cum opponi videatur τοῖς Στρυμονίου πελάγους παροίκοις, recte, ut opinor, Heathius vertit, *procul a mari.*

869. sq. κατὰ χέρσον ἐληλαμέναι περὶ πύργον. *Reductæ circa terrestrem turrim s. murum.* Sic enim verba procedere statuo: κατεληλαμέναι χέρσον περὶ πύργον. Intelligit poëta, ni fallor, castellum vel murum, quod interiores Thraciæ incolas a Chersoneso Thraciæ sejungebat, cujus generis fuit μακρὸν τεῖχος a Plinio lib. iv. c. ii. memoratum: *Oppida: Cypsella Bisanthe, Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectus murus procurrentem exclusit Chersonesum.*

αἳ—ἄϊον. *Quæ huic regi parebant.*

872. sq. Ἑλλάς τ' ἀμφὶ πόρον πλατὺν αὐχόμεναι. *Et* urbes *circa latum Hellespontum superbientes;* quod exquisite et splendide dictum est, pro *positæ.*

874. μυχία τε Προποντὶς, *et Propontidis recessus, sinuosa Propontis.*

Νᾶσοί θ' αἱ κατὰ πρῶν'
Ἅλιον περίκλυστοι
Τᾷδε γᾷ προσήμεναι,
Οἵα Λέσβος, ἐλαι-
όφυτός τε Σάμος,
Χῖος, ἠδὲ Πάρος,
Νάξος, Μύκονος,
Τήνῳ τε συνάπτουσ'
Ἄνδρος ἀγχιγείτων·
Καὶ τὰς ἀγχιάλους
Ἐκράτυνε μεσακτίους,

875. στόμα] στόμωμα Rob. 876. αἱ Vulgarunt omnes αἳ, sed recte Brunckius in notis præpositivum articulum esse monuit. 879. οἷα] οἵα Vict. Cant. 882. Μύκονος] μύκονις Ald. Μύκων Guelf. Rob. 884. Ἄνδρος] ἄντρος Mosq. 886. μεσακτίους] Ex emendatione Heathii, quam Brunckius quoque probavit. μεσάγκτους Guelf. Ald. Vict. μεσάκτους Regg. Rob. Turn. etc.

875. στόμα Πόντου est *Bosporus Thracius.*

876. sq. πρῶν ἅλιον nullo modo cum Schol. de Hellesponto accipere licet. Intelligitur *promontorium* aliquod Asiaticum e. c. Canæ, ubi exadversum sitæ sunt insulæ, quæ deinceps nominantur.

877, 878. τᾷδε γᾷ. Scil. *Asiæ.* Omnes enim, quarum hic mentio fit, insulæ, propius ab Asiæ littore absunt. περίκλυστοι autem commune est epitheton insularum, *circumfluæ.*

883, 884. Andros insula dicitur Teno συνάπτουσ' ἀγχιγείτων, h. e. ei tantum non *continens* ac *vicina.*

885, 886. καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσακτίους. "Vocem μεσάγκτους, quæ vulgo legebatur, *medio constrictos* significare, concedi forsan potest; at ut κρατύνειν νῆσον μέσαγκτον significare credam *totam insulam obtinere*, nondum equidem adducor. Neque oppositio ista, quam inter has insulas et Cyprum a Poëta notatam observasse sibi visus est Pauwius, ulla esse videtur. Nam et Cyprus tota primum Dario tributaria facta diu in ejus ditione permansit, deinde rebellante tota insula præter solos Amathusios, iterum ejusdem auspiciis tota in servitutem redacta est. Vide Herodot. lib. iii. 91. et v. 104—116. Robortellus et Turnebus μεσάκτους ediderunt; sed vocem hanc Græcam esse negat Pauwius, cum ab ἀκτῇ non fiat μέσακτος, sed μεσάκτιος. Recte quidem! Sed quid prohibet, quo minus μεσακτίους hic reponatur? An minus hic convenit periodus, quam pherecratius, aut anapæsticus? Μεσακτίους igitur has insulas dicere potuit Poëta, quia μέσον quodammodo obtineat inter Asiæ Europæque ἀκτάς. Epitheton enim hoc ad Lemnum et Icariam tantum pertinet, et ad Καὶ Ῥόδον repeti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ debet ἐκράτυνε." *Heath.* Nempe hæc descriptio ἀγχιάλους μεσακτίους opponitur illi κατὰ πρῶν' ἅλιον —τᾷδε γᾷ προσήμεναι. Attamen quomodo Parus, Naxus, Myconus, Tenus

Λῆμνον, Ἰκάρου θ' ἕδος
Καὶ Ῥόδον, ἠδὲ Κνίδον
Κυπρίας τε πόλεις,
Πάφον, ἠδὲ Σόλους,
Σαλαμῖνά τε, τᾶς
Νῦν ματρόπολις
Τῶνδ' αἰτία στεναγμάτων·
Καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον
Ἰόνιον πολυάνδρους
Ἑλλάνων ἐκράτυνε
Σφετέραις φρεσίν· ἀκάματον δὲ παρῆν
Σθένος ἀνδρῶν τευχηστήρων,
Παμμίκτων τ' ἐπικούρων·
Νῦν δ' οὐκ ἀμφιλόγως
Θεότρεπτα τάδ' αὖ.

887. Λῆμνον] Frustra corrigit Pauwius Μῆλον. ἕδος] Sic Mit. Mosq. Guelf. Regg. Ald. Rob. Turn. ἴλος Vict. Cant. non tamen, ut Brunckius opinabatur, e propagato typographi errore; verum ea lectio quorundam codd. MStorum fuit, jam a Schol. memorata. 891. τᾶς] Ita Brunck. e Regg. τὰς Vit. τῆς cett. 892. ματρόπολις] ματρόπολεις Vit. 894. Hunc et sqq. versus Brunckius, quem sequimur, ita distinxit, ut in Reg. A. scripti erant. 897. φρεσίν] χερσίν, Rob. ἀκάματον] ἀναίματον Turn. 899. παμμίκτων] Sic Reg. Mosq. παμμίκτα Rob. παμμίκταν Turn. Vict. Cant. 900. ἀμφιλόγως] ἀμφιβόλως Ald. Rob. 901. Θεότρεπτα] Θεόπρεπτα Ald. Θεόπεπτα Rob. τάδ' αὖ] τάδ' ἦν ἂν Ald.

et Andrus a poëta sic describi potuerint, γᾷ προσήμεναι, non intelligo. Imo hæ insulæ a littore Asiæ reductiores sunt, quam Lemnus et Icaria, quas tamen μεσαντίους appellat. Forte igitur legendum :

Χῖός τ', ἠδὲ Πάρος,

ut præter ista οἷα—Χῖός τ' nihil ad illam descriptionem referatur, ceteræ vero insulæ Πάρος sic enumerentur, ut unice a νᾶσοί θ', non ab abjunctis αἱ προσήμεναι pendeant.

891. Σαλαμῖνα, nimirum illam Teucri, patrem patriamque fugientis, in Cypro coloniam. Inde Athenæ dicuntur hujus Salaminis ματρόπολις.

894. sqq. εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰόνιον—Ἑλλάνων scil. πόλεις. Notissima est Græcarum in Ionia coloniarum populositas et opulentia.

897. sq. ἀκάματον σθένος. *Insuperabile robur.*

900. sqq. οὐκ ἀμφιλόγως θεότρεπτα τάδ' αὖ φέρομεν. *Nunc vero calamitosam hanc deo auctore rerum conversionem experimur.* cf. v. 939.

Φέρομεν, πολέμοισι
Δμαθέντες μεγάλοις
Πλαγαῖς τε ποντίαισιν.

ΞΕΡΞΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

ΞΕΡΞΗΣ.

ΙΩ, δύστηνος ἐγὼ στυγερᾶς μοίρας
Τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης,
Ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη
Περσῶν γενεᾷ. Τί πάθω τλήμων;
Λέλυται γὰρ ἐμοὶ γυίων ῥώμη,
Τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν.
Εἴθ' ὤφελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν

903. δμαθέντες] δαμασθέντες Guelf. Ald. Turn. δαμαθέντες Rob. 904. πλαγαῖς τε ποντίαισιν] πλαγαῖσι ποντίαισι Rob. πλαγαῖσι ποντίαισιν Turn. Vict. Cant. Brunckius in cod. Reg. B. reperit πλαγαῖσί τε ποντίαισιν, unde copulam bene inseruit, et πλαγαῖς, ut versus iambicus efficeretur, rescripsit. 906. ἀτεκμαρτοτάτης] ἀτεκμαρτοτάτως Vit. haud inepte. 907. ὠμοφρόνως] ὁμοφρόνως Mosq. 909. ἐμοὶ] Sic rescripsi pro vulg. ἐμῶν. Illud enim, quod etiam in Guelf. tanquam glossa superscriptum, concinnius est, et elegantius. 911. ὤφελε] ὄφελε Turn. quod metrum poscere falso sibi persuadebat Arnaldus. ibid. et v. 913. Ζεῦ,—μοῖρα] Sic legendum esse conjecerat Stanl. idque Brunckius in Cod. Reg. A. reperit. Reliqui omnes Ζεὺς—μοίρᾳ.

IN SCENAM IX.

v. 905. *fin.*

Venit tandem Xerxes, adspectu, habitu, fortuna miserabilis; suasque querelas Chori quæstionibus, vituperiis, lamentationibus miscet.

905. ἰώ. *Heu me infelicem! Qui in abominandam istam et immensam calamitatem inciderim.* ἀτέκμαρτος μοῖρα, *infortunium adeo magnum, ut, quale quantumque sit, exputare non possis.* Germanis: *ein unübersehliches Unglück.*

907. sq. ὡς—γενεᾷ. *Quam crudeliter Persarum nationi insultavit fortuna!*

908. τί πάθω τλήμων. *Quid agam miser?* Vox desperantis rebus suis.

909, 910. λέλυται—ἀστῶν. *Labant mihi genua istam civium ætatem intuenti.* Nempe conspectis Chori senibus tot millia juvenum robustorum sibi periisse; nec fere quemquam nisi senem superesse dolet. Male igitur lat. interpres: *juventutem civium consideranti.* cf. v. 729. 439.

913. κατὰ μοῖρα καλύψαι. Tmesis, pro μοῖρα κατακαλύψαι.

Τῶν οἰχομένων
Θανάτου κατὰ μοῖραν καλύψαι.
Χο. Ὀτοτοὶ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς
Καὶ Περσονόμου τιμῆς μεγάλης,
Κόσμου τ᾽ ἀνδρῶν,
Οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρε·
Γᾶ δ᾽ αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
Ἥβαν, Ξέρξᾳ κταμέναν, Ἅδου
Σάκτορι, Περσᾶν. Ἀγβατάνων γὰρ
Πολλοὶ φῶτες, χώρας ἄνθος,
Τοξοδάμαντες, πάνυ γὰρ φύστις

914. ὀτοτοὶ] ὀτοτοτοὶ Vict. Cant. βασιλεῦ] Absunt commata post ὀτοτοὶ et βασιλεῦ Vict. Cant. 917. οὓς νῦν] ὃς νῦν Ald. ἀπέκειρε] ἐπέκειρεν Vit. 918. γᾶ δ᾽ αἰάζει] γαῖα δ᾽ αἰάζει Rob. ἡ γᾶ δ᾽ αἰάζει Vit. 919. Ξέρξᾳ κταμέναν] Pauwius ita legendum ac distinguendum esse censebat: Ξέρξα, κταμέναν ᾅδου, ut Ξέρξα esset vocativus, et ᾅδου σάκτορι ad Charontem pertineret. Heathius pro Ἅδου, ἄκως, indigne, et pro σάκτορι, ἄκτορι, duci, corrigendum opinabatur. Sed frustra se torserunt viri docti, quod putabant hæc audacius dicta esse, quam ut a Choro Regi oggesta fuisse credendum sit. Verum hunc scrupulum facile sibi ex animo evellere poterant. Bene Brunckius, "Nihil, inquit, discrepat codicum scriptura. Cur hic aliquid mutandum sit, non video: nec quærendum, an talia Persæ Regi suo dicere ausi fuissent. Non enim ista, ut coram Persis recitarentur, scripta, sed coram Atheniensibus, quorum aures nihil gratius accidere poterat, quam crimina hæc a senibus in Xerxem conjecta." 920. Ἀγβατάνων] Ita emendandum esse docuit Wesseling ad Herodot. p. 51. Ἀδαγβάται Ald. Ἀδαβάται Rob. Ἀγδαβάται Guelf. Turn. Vict. Cant. ἀγχιβάται conj. Pauw. ἱπποβάται Heath. 992. φύστις] φύσις Turn. φύξις conj. Pauw. φεῦ ᾽στιν Heath. Sed nihil mutandum. φύστις quoque in Regg. cum glossa ἀναβλάστησις.

914. Quemadmodum v. 855. εὐδοκίμου στρατιᾶς, sic h. l. στρατιᾶς ἀγαθῆς, et ut ibi resp. legibus bene constituta, ita hic περσονόμος τιμὴ honos e domestica regni Persarum disciplina celebratur.

916. κόσμος ἀνδρῶν, i. q. alibi ἄνθος, e. c. v. 59. 921.

917. ἀποκείρειν de floribus dicitur, ut Lat. *detondere*.

918. sqq. γᾶ—Περσᾶν. *Terra vero cum gemitu luget Persarum pubem a Xerxe mactatam, Orcum colonis implente.* σάκτωρ Ἅδου, acerbissima regis reprehensio.

921. χώρας ἄνθος, *flos et ornamentum patriæ*.

922. sq. πάνυ γὰρ φύστις μυριὰς ἀνδρῶν, *utique enim decem millium hominum seges*. Hæc dicens confirmat id, quod paulo ante dixerat, πολλοὶ φῶτες.

Μυριὰς ἀνδρῶν, ἐξέφθινται.
Ξέρ. Αἶ αἶ αἶ αἶ, κεδνᾶς ἀλκᾶς.
Χο. Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ, γαίας
Αἰνῶς αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται.
Ξέρ. Ὅδ' ἐγὼν, οἲ οἲ, αἰακτὸς,
Μέλεος, γέννᾳ γᾷ τε πατρί-
ᾳ κακὸν ἄρ' ἐγενόμαν.
Χο. Πρόσφθογγόν σοι νόστου, τὰν
Κακοφάτιδα βοὰν
Κακομέλετον ἰὰν
Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος
Πέμψω, πέμψω,
Πολύδακρυν ἰαχάν.

924. αἶ—αἶ bis tantum Guelf. Ald. Rob. 926. αἰνῶς αἰνῶς] αἰνῶς αἰνῶν Guelf. γόνυ] γοῦνυ Vict. Cant. 927. In hujus, et qui sequuntur duorum versiculorum collocatione secutus sum Schol. metricum, qui ait priores duo, 927, 928. esse anapæsticos ἐφθημιμερεῖς, ultimum vero, 929. dimetrum e proceleusmatico. Ita nihil opus est mutari. Brunckius autem sine codicis auctoritate οἲ οἲ, in οἶον, et ἐγενόμαν in ἐφαάνθην mutavit, hosque versiculos hunc in modum constituit:

Ὅδ' ἐγὼν, οἶον, αἰακτὸς μέλεος γέννᾳ καὶ γᾷ
Πατρίᾳ κακὸν ἄρ' ἐφαάνθην.

928. γέννᾳ] γένναν Rob. 929. ἐγενόμαν] Sic Guelf. Vit. reliqui ἐγενόμην. 930. πρόσφθογγον] πρὸ φθόγγου Ald. πρὸς φθόγγου Rob. προσφθόγγου Guelf. 933. Μαριανδυνοῦ] μαριανδινοῦ Ald. Μαριανδινοῦ Rob.

924. αἶ αἶ—κεδνᾶς ἀλκᾶς. *Heu heu præclarum robur!* Egregium regni præsidium quod perdidi!

925. sq. βασιλεῦ, γαίας αἰνῶς. Quoniam γαίας cum sequentibus conjunctum vix idoneum sensum præbet, optimum fuerit comma post γαίας ponere; ita in his verbis

Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ γαίας,

nova latebit regis vituperatio.

926. αἰνῶς—κέκλιται. *Grabi lapsu in genua cecidit;* i. e. viribus fracta est. "Sic Herodot. l. vi. c. 28. μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε." *Abresch.*

933. Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος. Mariandyni, s. Mariandeni, Bithyniæ populus. Apud eos solemnis erat cantilena, qua hominum quendam priscum nomine Borimum inclamabant, quem viri illustris ac divitis filium, forma et ætatis vigore excellentem, cum suis intentus negotiis, messoribus quod biberent dare vellet, ideoque aquatum exisset, evanuisse narrabant. Ideo eum quærentes indigenæ flebilium canticorum lamentis prosequebantur. Auctor est Nymphis apud Athenæum.

Ξέρ. Ἵετ' αἰανῆ καὶ πανόδυρτον
Δύσθροον αὐδάν.
Δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ
Μετάτρεπτος ἐπ' ἐμοί.
Χο. Ἥσω τοι καὶ πανόδυρτον
Λαοπαθῆ τε σεβίζων
Ἁλίτυπά τε βάρη
Πόλεως γέννας πενθητῆρος·
Κλάγξω δ' αὖ γόον ἀρίδακρυν.
Ἰάνων γὰρ ἀπηύρα
Ἰάνων ναύφρακτος
Ἄρης ἑτεραλκὴς,
Νυχίαν πλάκα κερσάμενος

937. δύσθροον] δύσθροαν Ald. 938. ὅδ' αὖ] ὅδ' ἂν Ald. 939. μετάτρεπτος] Sic Reg. B. μετάτροπος Guelf. Rob. Turn. Vict. Cant. μεσάτροπος Mosq. 940. ἥσω τι] ἥσω τοι Ald. 941. λαοπαθῆ τε] Abest τε Rob. Turn. 944. ἀρίδακρυν] εὐρύδακρυν Ald. Turn. 946. ναύφρακτος] νεόφρακτος Ald. 947. Ἄρης ἑτεραλκὴς] Pauwius emendabat Ἄρης ἴν' ἑτεραλκὴς, perperam. 948. νυχίαν] Præter necessitatem Arnaldus corrigebat βρυχίαν. Abreschius, si quid mutandum

(Deipnos. lib. xiv. c. 3. Cf. et Hesych. in Μαριανδυνὸς θρῆνος, et in Βώριμος. Item Polluc. Onom. lib. iv. c. 7.) Scite igitur Chorus ab hac re colorem sententiæ duxit. Nam ipsi quoque tot millia civium, qui ad bellum exierant, nunquam redituri, carmine lugent, eorumque desiderio tabescunt. *Acclamabimus tibi,* inquiunt, *infaustam vocem, lugubre carmen, quasi Mariandyni cujusdam cantoris lacrymosam næniam.*

936. sq. ἵετ'—αὐδάν. Edite vero *luctuosam doloris et ejulatus plenam vocem !*

939. μετάτρεπτος. Cf. v. 901.

940. ἥσω τοι καὶ πανόδυρτον. Nisi hic forte substantivum librariorum culpa excidit, repetendum est ex v. 935.

ἰαχὰν, vel αὐδὰν e v. 937.

941. λαοπαθῆ. *Celebrans calamitates luctuosæ hujus urbis progeniei ab hostibus immissas et a mari inflictas.* λαοπαθῆ βάρη clades, quam ab Athniensium populo passi sunt Persæ. ἁλίτυπα βάρη, illa nimirum supra narrata v. 406. sqq.

945. ἀπηύρα, scil. γένναν. *Græcorum enim navalis Mars* illum juventutis florem *eripuit, nobis adversarius, infaustum mare, et calamitosa* (Psyttaleæ scil. insulæ, ubi ii quos Xerxes in præsidiis reliquerat trucidabantur) *littora depopulatus.*

948. νυχίαν πλάκα, propter oppositum δυσδαίμονα ἀκτὰν, de *maris æquore,* quam cum Abreschio de *navibus* capere præstat. νυχία πλὰξ eadem est, quæ

Δυσδαίμονά τ' ἀκτάν.

Ξέρ. Οἶ οἶ οἶ βόα, καὶ πάντ' ἐκπεύθου.

Χο. Ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος,
Ποῦ δέ σοι παραστάται
Οἷος ἦν Φαρανδάκης,
Σούσας, Πελάγων,
Καὶ Δοτάμας, ἠδ' Ἀγδαβάτας,
Ψάμμις, Σουσισκάνης τ'
Ἀγβάτανα λιπών;

Ξέρ. Ὀλοοὺς ἀπέλιπον Τυρίας

esset, βυθίαν se malle profitetur. Heathius post Pauwium præfert μυχίαν. Sed bene se habet vulgata lectio. 951. ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος] Recepi lectionem a Steph. memoratam, quam etiam enarrator metrorum Græcus in cod. suo invenerit necesse est; propterea quod hunc versiculum, item ut sequentes, trochaicum ἐφθημιμερῆ pronuntiat. ποῦ σοι φίλων ὄχλος Rob. ποῦ δὴ φίλων ἄλλος ὄχλος Guelf. In reliquis est ποῦ δὲ φίλων ἄλλος ὄχλος. Forte autem v. 950, 951. transpositi sunt. Si enim Chorus, postquam ista δυσδαίμονά τ' ἀκτὰν dixisset, statim pergeret:

ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος . . .

aptius interpellaret Xerxes:

οἶ οἶ οἶ βόα καὶ πάντ' ἐκπεύθου,

nec minus concinne Chorus orationem interruptam sic persequeretur:

ποῦ δέ σοι παραστάται;

954. Σούσας] Σούδας Turn. Πελάγων] καὶ Πελάγων Rob. 955. καὶ Δοτάμας] Abest καὶ Rob. καὶ Δομάσας Turn. Ἀγδαβάτας] Αἰγαβάτας Ald. Ἀγαβάτας Turn. Vict. Cant. 956. Σουσισκάνης τ'] ϗ Σουσισκάνης τ' Rob. καὶ Σουσισκάνης Vict. Cant. 957. Ἀγβάτανα] Ἀκβάτανα Ald. ἐκβάταν' Rob. τἀκβάτανα Turn. Vict. Cant. Nos Ἀγβάτανα cum Brunckio verum putamus. λιπὼν] ἐκλιπὼν Rob. 958. ἀπέλιπον] ἔλιπον Rob.

supra vocabatur θάλασσα ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν, v. 418. δυσδαίμων ἀκτὰ quæ fuerit, intelligitur e v. 445. sqq. κείρεσθαι, *demeti*, ad utrumque pulcre refertur. In maris enim æquore naves et milites classiarios, in insula Psyttalea equites peditesque demessuerant Græci. νυχίαν, *nocturnam*, h. e. *funestam, infaustam*. Caliginis enim imagine sæpius apud nostrum illustratur calamitatis notio.

958. sqq. ὀλοοὺς ἀπέλιπον Τυρίας ἐκ ναὸς ἔῤῥοντας ἐπ' ἀκταῖς Σαλαμινίσι, στυφλοὺς θείνοντας ἐπ' ἀκτάς. Repetitio vocabuli ἀκτὴ h. l. incommoda et parum decora. Fortasse verba ἐπ' ἀκταῖς Σαλαμίνισι glossemati debentur. Nihil enim sensui aut metro decedit, si ita legeris:

Ἐκ ναὸς ἔῤῥοντας στυφλοὺς
Θείνοντας ἐπ' ἀκτάς.

Ἐκ ναὸς ἔῤῥοντας ἐπ᾽ ἀκταῖς
Σαλαμινίσι, στυφελοὺς
Θείνοντας ἐπ᾽ ἀκτάς.

Χο. Οἶ οἶ οἶ, ποῦ δέ σοι Φαρνοῦχος
Ἀριόμαρδός τ᾽ ἀγαθὸς
Ποῦ δὲ Σευάλκης ἄναξ,
Ἢ Λίλαιος εὐπάτωρ
Μέμφις, Θάρυβις, καὶ Μασίστρας,
Ἀρτεμβάρης τ᾽ ἠδ᾽ Ὑσταίχμας;
Τάδε σ᾽ ἐπανηρόμαν.

Ξέρ. Ἰὼ, ἰώ μοι μοι
Τὰς ὠγυγίους κατιδόντες
Στυγνὰς Ἀθάνας, πάντες
Ἐνὶ πιτύλῳ
Ἒ ἒ ἒ, τλάμονες

959. ἐκ ναὸς] ναὸς Rob. ἔῤῥοντας] αἴροντας Vit. Mosq. ἐπ᾽ ἀκταῖς] ἐπ᾽ ἀκραῖς conj. Pauw. 960. Σαλαμινίσι] σαλαμινῆσι Ald. 961. στυφελοὺς θείνοντας ἐπ᾽ ἀκτάς.] στυφίλου θείνοντας ἐπ᾽ ἀκτᾶς Guelf. Vit. στυφίλου θανόντας ἐπ᾽ ἀκταῖς Ald. Turn. στυφίλου θείνοντας ἐπ᾽ ἀκτὰς Rob. στυφίλου θανόντας ἐπ᾽ ἀκτᾶς Vict. Cant. In Reg. utroque θείνοντας. In Reg. B. ἀκτὰς et ἀκτᾶς. 962. Φαρνοῦχος] Φανοῦχος Vit. Φανοῦχος Rob. 963. Ἀριόμαρδός τ᾽] Καριομάρδος τ᾽ Ald. Rob. Turn. κ᾽ Ἀριόμαρδός τ᾽ Vict. Cant. In Codd. Regg. legitur Καρίσμαρδός τ᾽. In, Reg. B. notatur γρ. καριόμαρδός τ᾽. Recte autem Brunckius, quem imitati sumus. 964, 965. ποῦ δὲ—εὐπάτωρ] In Aldina sic:

ποῦ δὲ σιβάλκις ἢ λιλαιάται
ποῦ δὲ σινάκης ἄναξ ἢ λίλαιος εὐπάτωρ.

In Rob. ita: ποῦ δὲ σινάλκης ἄναξ μέμφθις. In Turn. Vict. etc. pro Σευάλκης, quod Brunckius dedit e Reg. B., scribitur Σιβάλκης. 966. Μέμφις] Μέμφθις Ald. Rob. Θάρυβις] Θώρυβις Ald. θάμυρις Rob. Μασίστρας] μασίστρης Ald. Rob. Vict. Cant. 967. Ὑσταίχμας] οἰσταίχμας Ald. οἰσταίχμας Rob. 968. ἐπανηρόμαν] Hanc scripturam Brunckius e pravis codd. Regg. lectionibus eruit. In Reg. A. est σ᾽ ἐπαναιρόμην. In B. ἐπανίρωμαι. In edd. Ald. Rob. Turn. Vict. Cant. ἐπανίρομαι. 970. ὠγυγίους] ὠγυγίας Ald. Rob. Turn. Vict. Cant.

961. θείνοντας. "Glossa in Reg. A. συντεμόντας. Supra v. 308. νικώμενοι κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα; quod hanc lectionem confirmat. Præpositio verbo jungenda: ἐπιθείνοντας στυφελοὺς ἀκτάς." *Brunck.*

968. ἐπανηρόμαν. Malim optativum ἐπανηροίμαν.

Ἀσπαίρουσι χέρσῳ.

Χο. Ἦ καὶ τὸν Περσῶν αὐτοῦ

974. ἀσπαίρουσι] ἀπαίρουσι Ald. 975. αὐτοῦ] αὐτὸν Ald.

974. ἀσπαίρουσι χέρσῳ, *palpitant in terra.* Nimirum tanquam in rem præsentem deducit eos qui audiunt.

975. sqq. ὀφθαλμόν. "Ita dictum, quod ejus ope πάντα, ut loquitur Suidas (.ὀφθαλμὸς βασιλέως) ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπει, *omnia* (scribit Apuleius de mundo) *quæ ubique gererentur discebat.* Etenim Persarum reges ministros quosdam habuere, qui ὀφθαλμοὶ βασιλέως, *imperatoris oculi* (reddente Apuleio), dicebantur a munere vel officio; quicquid enim in toto regno ageretur, eorum erat ad regem deferre. Hesychius: Βασιλέως ὀφθαλμός· ἐπίμπεστό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφιωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. Aristides orat. panegyr. Cyzicena: Ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν καλούμενον βασιλέως ὀφθαλμόν. Dio Chrysost. Orat. iii. de Regno: Ὁ μὲν Πέρσης ἵνα τινὰ ἴσχειν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον, τοῦτον οὐ σπουδαῖον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων· ἀγνοῶν ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως οἱ φίλοι πάντες εἰσὶν ὀφθαλμοί. Quibus tamen verbis peccatum est; neque enim uni tantum, nec alicui e vulgaribus deferebatur hoc officium. Duos fuisse ait Scholiastes noster, isto munere functos; at Xenophon plures, imo multos; postquam enim eos refellerat, qui unicum existimarunt, Cyrop. lib. viii. 2. 10. (Verum ibi Xenophon magis quid melius sit, quam quid fieri soleat exponit, omninoque magis monendi principes causa, quam ad historiæ veritatem disputare videtur.) εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι καὶ εἷς ἀκούσειε· mox subjicit, οὕτω δὲ πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζονται· καὶ φοβοῦνται πανταχοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος. Ita et Lucianus de mercede conduct. ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, οὐ μόνον τἀληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τι προσπεριμετροῦντες, ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῖεν. Aristoteles Politic. lib. iii. (Scholiastæ Aristophanis in Acharn. laudatus) ἐπεὶ καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ Μόναρχοι ποιοῦσιν αὑτῶν. Quod etiam ait viros hoc officio functos graves non fuisse, sed vulgares, rursum falsus est Dio. Alpistum Xerxis ὀφθαλμὸν πιστὸν vocat Æschylus noster, non otioso epitheto: hoc enim titulo insigniti erant proceres Persici, quod vel ex hac fabula plus semel discendum est. Adhæc videntur πιστοὶ apud Persas Eunuchi quidam, regi propter fidem summo in pretio. Etenim παρὰ τοῖσι βαρβάροισι (inquit Herodotus lib. viii.) τιμιώτεροί εἰσιν οἱ Εὐνοῦχοι πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης τῶν ἐνορχίων. Quod vero tales fuerint ὀφθαλμοὶ βασιλέως, ab Heliodoro diserte proditum est, Æthiop. lib. viii. Περσῶν γὰρ βασιλείας αὐλαῖς ὀφθαλμοὶ καὶ ἀκοαί, τὸ εὐνούχων γένος. οὐ παίδων οὐ συγγενείας τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας μεταστάσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης. Enim vero regis oculi inter satrapas regni Persici numerantur. Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn.

Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν
Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν·—

οὕτω ἐκάλουν, inquit, τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπει, quem exscriptum more suo tradit Suidas in ὀφθαλμὸς βασιλέως. Sic et Philostratus in vita Apollonii lib. i. Σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐφέστηκε, βασιλέως τις οἶμαι ὀφθαλμός." *Stanl.* ἦ καὶ—περιπεστόν

Σὸν πιστὸν ὄντ' ὀφθαλμὸν
Μυρία μυρία πεμπαστὰν,
Βατανώχου παῖδ' Ἄλπιστον
Τοῦ Σησάμα τοῦ Μυγαβάτα,
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην
Ἔλιπες, ἔλιπες;

Ξέρ. Ὦ ὢ δαΐων.

Χο. Πέρσαις ἀγαυοῖς κακὰ πρόκακα λέγεις.

976. σὸν πιστὸν] τὸν σὸν πιστὸν Rob. Vict. Cant. σὸν τὸν πιστὸν Turn. ὄντ' ὀφθαλμὸν] Sic Rob. πάντ' ὀφθαλμὸν Ald. Turn. Vict. Cant. παντόφθαλμον conj. Stanl. 978. Βατανώχου] Βατανόχου Ald. Rob. Turn. 979. Σησάμα] Sic Mosq. Reg. A. Σησάμου Vict. Cant. Μυγαβάτα] Μεγαβάτα Ald. μεγαβάταν Rob. 980. Πάρθον] Πάρθιον Vict. Cant. Οἰβάρην] οἰνοβάρην Ald. οἰνοβάρην τ' Turn. 981. ὦ ὢ δαΐων] Choro tribuuntur Ald. At in Rob. ἔλιπες ἔλιπες quoque Xerxi adsignantur. In Vict. Cant. ὢ δαΐων legitur sub Xerxis persona. Pro ὢ δαΐων Heath. conj. ὢ δαῖμον. 982. πρόκακα] πρὸς κακὰ Vit. Mosq. Reg. A. Ald. πρὸς κακοῖς Rob.

—ἔλιπες. *Num etiam ibi Persarum multa millia*, quorum imperator erat, *numerantem, tuum fidum oculum illic reliquisti?* Etsi quæ Stanleium modo exponentem audivimus, vera sunt, et idoneis scriptorum testimoniis confirmata, facile tamen fieri potuit, ut Æschylus hac translatione usus nec ad illos apud Persas proprie sic dictos βασιλέως ὀφθαλμοὺς, nec ad eos, qui proprio nomine πιστοὶ appellabantur, respexerit, sed potius πιστὸν ὀφθαλμὸν, suo ingenio obsecutus, dixerit *fidum regis amicum*. Nam Germani quoque ejusmodi regis administrum simili metaphora appellant *des Königs rechte Hand*. πεμπαστὴς a πεμπάζειν, quod est proprie *quinos numerare*, universe autem de copiarum numeratione ponitur.

981. sqq. ὦ ὢ δαΐων—ἦτορ. In hisce versiculis vel personarum distinctionem, vel ipsam quoque verborum seriem interpolatione quadam turbatam esse suspicor. Non enim bene coëunt inter se ea quæ Chorus dicit, Πέρσαις—λέγεις, et quæ subjungit Xerxes, ἴυγγα ὑπομιμνήσκεις—λέγων. Itaque vel versum 982. suppostitium esse judico, vel alternas dialogi partes ita distribuendas:

Ξέρξης
ὦ ὢ δαΐων.
Χορός.
Πέρσαις ἀγαυοῖς κακὰ πρόκακα λέγεις.
Ἰυγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν
Ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις
Ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα
Λέγων.
Ξέρξης.
βοᾷ βοᾷ
Μελέων ἔνδοθεν ἦτορ.

Χορός.
Καὶ μὴν etc.

982. κακὰ πρόκακα non ut Stanl. interpretor *mala malorum præsaga*, sed *mala præsentia, urgentia, ante oculos posita.*

Ξέρ. Ἴυγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν
Ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις,
Ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα
Λέγων. βοᾷ βοᾷ
Μελέων ἔνδοθεν ἦτορ.
Χο. Καὶ μὴν ἄλλο γε ποθοῦμεν
Μάρδων ἀνδρῶν μυριοντάρχαν
Ξάνθην, ἄρειόν τ' Ἀγχάρην,
Δίαιξίν τ', ἠδ' Ἀρσάκην
Ἱππιανάκτας
Κιγδαγάταν, καὶ Λυθίμαν,
Τόλμον τ' αἰχμᾶς ἀκόρεστον.
Ξέρ. Ἔταφεν, ἔταφεν, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
Τροχηλάτοισιν, ὄπισθε δ' ἑπόμενοι.
Βεβᾶσι γὰρ οἵπερ ἀκρόται στρατοῦ,

983. ἴυγγα] ἴυγα Ald. μοι] με Rob. 988. ἄλλο γε] Sic Reg. A. ἄλλο τι Vict. Cant. 989. Μάρδων] Perperam Stanleius corr. Μάρδων'. ἀνδρῶν] ἀνέρων Pauwio metri causa scribendum videbatur. μυριοντάρχαν] μυριοντάρχον Ald. Vict. μυριόναρχον Rob. 990. Ξάνθην] ξάνθον Rob. 993. Κιγδαγάταν] κυγδαγάταν Ald. κυγδάταν Rob. λυθίμαν] Sic Reg. A. λυθίμναν Ald. Rob. etc. 994. τόλμον τ'] τόμον Ald. Rob. τόλμον Turn. Vict. Cant. τόλμαν τόλμαν Guelf. superscripto schol. τολμήρον. 995. ἔταφεν ἔταφεν] Ita emendavit Valckenaer ad Eurip. Hippol. 1247. Æolice pro ἐτάφησαν. ἔταφον ἔταφον Guelf. Ald. Rob. Vict. Cant. ἐκ ἀμφὶ] Abest ἐκ Rob. 996. ὄπισθε] ὄπισθεν Ald. Turn. Vict. Cant. ἑπόμενοι] ἑπόμενος Turn. 997. ἀκρόται] Ita est in Rob. et apud Schol. quoque memoratur. Vulgo in edd. ἀγρόται.

983. sq. ἴυγγα ἑτάρων, *desiderium amicorum.* Nisi forte Æschylus hic scripserat ἰῢγὰν, e quo si Choro verba tribuerentur, hic sensus exsisteret : *Tu igitur me mones, ut et horum amicorum causa clamorem,* h. e *flebilem lessum, edam.* cf. v. 930. 940. 1036.

994. Τόλμον h. l. nom. propr. τόλμον esset *audacem et promtum.* "τολμίστατος superlativus extat ap. Sophocl. Philoct. v. 998." *Abresch.*

995. sq. ἔταφεν—ὄπισθε δ' ἑπόμενοι. Corrigendum sine dubio ἑπομένοις. *Sepulti, sepulti sunt, non cum tentoriis curribus vectis, nec cum comitibus funus persequentibus.* Aut, si mavis, ἑπομέναις, ut ad comitatum curruum pertineat. Si prius amplexus fueris, ὄπισθε δ' ἑπομένοις positum erit pro οὐδ' ἀμφὶ ὄπισθεν ἑπομένοις. Mos enim Persis erat, principum virorum funera in curribus tentorio tectis efferre, multis quoque exsequias euntibus.

997. sq. βεβᾶσι—νώνυμοι. Perierunt

Βεβᾶσιν, οἳ οἵ, νώνυμοι.
Χο. Ἰὴ ἰὴ, ἰὼ ἰὼ ἰὼ ἰὼ,
Δυσδαίμονες ἔθετ' ἄ-
ελπτον κακὸν διαπρέπον
Οἷον δέδορκεν ἄτα.
Ξέρ. Πεπλήγμεθ', οἷαι δαίμονος τύχαι.
Χο. Πεπλήγμεθ'· εὔδηλα γάρ·
Νέαι νέαι δύαι δύαι.
Ἰαόνων ναυβατᾶν
Κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς.
Δυσπόλεμον δὴ τὸ γένος Περσᾶν.
Ξέρ. Πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον
Τάλας πέπληγμαι.
Χο. Τί δ' οὖν; ὄλωλεν

998. *βεβᾶσιν, οἳ οἵ, νώνυμοι*] *βεβᾶσιν οἳ νώνυμοι* Vit. *βεβᾶσιν ἀνώνυμοι* Rob. *βεβᾶσιν οἳ νώνυμοι* Turn. 999. *ἰὴ—ἰὼ*] *ἰὴ* quinquies, *ἰὼ* octies repetitum Ald. utrumque bis Rob. *ἰὴ* bis, *ἰὼ* quater Turn. Vict. 1000. *δυσδαίμονες*] *ὦ δαίμονες* Guelf. Rob. *δαίμονες* Mosq. *ἔθετ'*] *ἔλθετ'* Mosq. 1003. *δαίμονος*] *δι' αἰῶνος* Ald. Turn. Vict. Cant. *δὴ δι' αἰῶνος* Rob. 1004—1008. Choro tribuuntur Ald. Xerxi ab aliis. 1004. *εὔδηλα γὰρ*] *εὔδηλον* sine *γὰρ* Rob. 1005. *νέαι νέαι*] *νέα νέα* Ald. 1006. *ναυβατᾶν*] *ναυβατῶν* Ald. *ναυβατῶν* Turn. *ναυατᾶν* Reg. A. unde Brunckius doricam terminationem sumsit. 1008. *τὸ γένος Περσᾶν*] *γένος τὸ Περσῶν* Guelf. Ald. Turn. Vict. Cant. *τὸ γένος Περσῶν* Rob. Brunck. 1011, 1012. ad Xerxem referuntur Ald. 1011. *τί δ' οὖν;*] Ita emendandum censui pro vulg. *τί δ' οὐκ.* Nam si vel maxime sic distinguatur: *τί δ'; οὐκ ὄλωλε—Περσῶν;* addito interrogandi signo post *Περσῶν*, incommoda tamen h. l. est interrogatio. Et librarii sæpius pro *οὖν* dederunt *οὐκ* vel *οὐ*. *ὄλωλεν μεγάλα*] *ὄλωλε μέγα* Ald.

enim *Principes exercitus, perierunt, eheu inglorii.*

1000. *δυσδαίμονες* non cum lat. interpr. vertendum *pessimi dæmones*, sed *infelices*. Sensus: *Heu, infelices vos, qui patrastis* clade vestra, s. rebus male gestis, *insperatum insigne malum, quale* cum voluptate *spectat Ate.*

1003. sqq. *πεπλήγμεθ', οἷαι δαίμονος τύχαι.* Hanc lectionem a Scholiaste commemoratam recte Brunckius prætulit vulgatæ. *Perculsi et afflicti sumus, tales fortunæ adversitates* in nos irruerunt.

πεπλήγμεθα cum *Ἰαόνων ν. κύρσαντες* conjungendum, interjectis illis *εὔδηλα —δύαι.*

1008. sq. *στρατὸν—πέπληγμαι. Tantus enim exercitus nobis fusus fugatusque est.*

1010. sq. *τί δ' οὖν;—Περσῶν. Quid igitur? magnæ Persarum res ceciderunt; magna eorum fortuna eversa est.*

Μεγάλα τὰ Περσῶν.
Ξέρ. Ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς ;
Χο. Ὁρῶ, ὁρῶ.
Ξέρ. Τάνδι τ' οἰστοδέγμονα...
Χο. Τί τόδε λέγεις ;
Ξέρ. σεσωσμένον
Θησαυρὸν βέλεσι.
Χο. Βαιά γ' ὡς ἀπὸ πολλῶν.
Ξέρ. Ἐσπανίσμεθ' ἀρωγῶν.
Χο. Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγαίχμας.
Ξέρ. Ἀγανόριος· κατεῖδον
Δὲ πῆμ' ἄελπτον.
Χο. Τραπέντα ναύφρακτον
Ἐρεῖς ὅμιλον ;
Ξέρ. Πέπλον δ' ἀπέῤῥηξ' ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ.
Χο. Παπαῖ, παπαῖ, παπαῖ, παπαῖ.
Ξέρ. Καὶ πλεῖον ἢ παπαῖ μὲν οὖν.
Χο. Δίδυμα γάρ ἐστι καὶ τριπλᾶ.

1014. Verba τάνδι—θησαυρὸν βέλεσι absunt Ald. βέλεσι post θησαυρὸν omittitur Rob. σεσωσμένον—βέλεσι Choro adsignata Turn. σεσωσμένον ad Chori orationem refert Vict. Cant. τάνδι] τάνδε Turn. 1017. Xerxi tribuitur Ald. Turn. 1019. Post φυγαίχμας interrogandi signum Turn. Vict. Cant. 1020. ἀγανόριος] ἀγανόρεος Rob. 1021. δὲ πῆμ'] Abest δὲ Rob. 1022. ναύφρακτον] ναύφρακταν Ald. 1024. ἀπέῤῥηξ'] ἐπέῤῥηξ' Ald. Rob. Turn. ἐπέῤῥηξά γ' Vict. Cant. 1025. παπαῖ] παπαὶ παπαὶ Rob. 1026. μὲν οὖν absunt Ald. μὲν οὖ Vit. Mosq.

1014. sqq. τάνδι—βέλεσι. *Et hanc saggittas recipientem*, scil. pharetram... *servatum* a nobis *telorum receptaculum*.

1019. sqq. Iterum poëta auribus inservit Atheniensium.

1022. sq. ναύφρακτον ὅμιλον exquisite *classem* dixit.

1024. ἀπέῤῥηξ'. Cf. v. 466.

1026. καὶ πλεῖον ἢ παπαὶ μὲν οὖν. Hoc idem valet ac: *nunquam satis deploranda hæc est calamitas.* Vernacula oratione: *O mehr als tausendfaches Weh!*

1027. δίδυμα καὶ τριπλᾶ. i. e. *multiplicia, infinita.*

Ξέρ. Λυπρὰ, χάρματα δ' ἐχθροῖς.
Χο. Καὶ σθένος γ' ἐκολούσθη.
Ξέρ. Γυμνός εἰμι προπομπῶν·
Χο. Φίλων τ', ἄταισι ποντίαισι.
Ξέρ. Δίαινε, δίαινε πῆμα· πρὸς δόμους δ' ἴθι.
Χο. Αἶ αἶ αἶ αἶ, δύα, δύα.
Ξέρ. Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
Χο. Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.
Ξέρ. Ἴυζε μέλος ὁμοῦ τιθείς.
Χο. Ὀττοττοτοῖ.
Ξέρ. Βαρεῖά γ' ἅδε συμφορά.
Χο. Οἴμοι, μάλα καὶ τόδ' ἀλγῶ.
Ξέρ. Ἔρεσσ' ἔρεσσε, καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν.
Χο. Διαίνομαι γοεδνὸς ὤν.
Ξέρ. Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
Χο. Μέλειν πάρεστι, δέσποτα.

1028. Choro tribuitur Ald. Turn. χάρματα] χαρίσματα Ald. 1029. καὶ σθένος γ'] Ita Brunck. e Regg. Reliqui καὶ σθένος δ'. ἐκολούσθη] ἐκολούθη Ald. 1031. φίλων τ', ἄταισι] φίλων ἄταισι Gnelf. Rob. Turn. Vict. Cant. 1033. αἶ bis tantum Rob. 1034. βόα νυν] βόα νῦν Ald. Rob. Turn. 1037. ὀττοττοτοῖ] ὀτοτοτοῖ ὀτοττοὶ Ald. Rob. ὀτοτοτοτοῖ Vict. Cant. ἅδε] Sic Vit. Reg. A. ἅδ' ἃ Ald. Rob. Vict. Cant. 1038. οἴμοι] οἶ Ald. Rob. 1039. ἔρεσσ' ἔρεσσε] Male Pauwins corrigebat ἄρασσ' ἄρασσε. 1040. γοεδνὸς ὤν] γὲ ἕδνὸς ὤν Mosq. 1042. μέλειν] μέλλειν Ald. μέλει conj. Pauw.

1028. λυπρά—. *Tristia nobis, at hostibus lætabilia.*

1032. δίαινε, i. q. δάκρυε.

1034. ἀντίδουπά τινι βοᾷν est *clamoribus* alicujus *clamores regerere.*

1035. δόσιν—κακοῖς. *Heu malam malorum malis retributionem!* Inest acerba Xerxis castigatio. " Ceterum casuum hic notes ejusdem vocabuli coacervationem, quam elegantiam et alii affectant. Soph. Œd. Col. 1300. πρόσπαντα κακὰ κακῶν συνοικεῖ. v. 1323. γέρων γέροντι συγκατῴκησεν πόνος. et Ajac. v. 690. πόνος πόνῳ πόνον φέρει." *Abresch.*

1036. μέλος ὁμοῦ τιθείς, *cantum simul condens*, de lugubribus cantilenæ modis. Nostri dicerent; *Giess deine Klage in Trauertönen aus.* Et sequitur Chori vox ὀττοτοτοῖ, in cujus pronuntiatione sine dubio flebilibus vocis flexionibus usus est.

1039. ἐρέσσειν h. l. *pectus tundere.*

1040. διαίνομαι γοεδνὸς ὤν, *lacrymis diffluo luctu oppressus.*

1042. μέλειν πάρεστι, δέσποτα. " Interpres: *lugubriter cantare licet.* Quem

Ξέρ. Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.
Χο. Ὀτοτοτοτοῖ. μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται
Στονόεσσα πλαγά.
Ξέρ. Καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον.
Χο. Ἄνια, ἄνια.
Ξέρ. Καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα.
Χο. Ἀπριγδ' ἀπρίγδα, μάλα γοεδνά.
Ξέρ. Ἀϋτει δ' ὀξύ.
Χο. Καὶ τάδ' ἔρξω.
Ξέρ. Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν.
Χο. Ἄνια, ἄνια.
Ξέρ. Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτισαι στρατόν.

1044. μεμίξεται] Additur μοι, reliqua verba μέλαινα—μεμίξεταί μοι tribuuntur Xerxi Ald. Rob. Turn. μεμίξεταί μοι καὶ στ. π. Vict. Cant. sub Xerxis persona. In Regg. abest καὶ, idque pariter ac μοι, quod e glossa in textum venit, recte Brunckius expunxit. 1047. ἄνια ter repetitum Ald. Rob. Turn. 1048. πέρθε] ὕπερθεν Ald. ὕπερθεν Guelf. Turn. 1049 ἄπριγδ'] ἄκμηγδα Mosq. 1051. καὶ τάδ' ἔρξω] Sic recte Brunck. e Regg. καὶ τάδε ἔξω Ald. καὶ τάδε ἔρξω Rob. Turn. Vict. Cant. 1052. ἔρεικε κολπίαν] ἔρειδε κολπίαν Rob. ἔρεικ' ἐγκολπίαν Guelf. [illegible] κολπ[illegible] sic Mosq. 1053. ἄνια ter Ald. Rob. 1054. κατοίκτισαι] κατοίκτιζε Rob. Turn. Illud Brunckius eruit e Regg.

equidem sensum e Græcis non elicio, nec credo usquam facile μέλειν ita usurpatum occurrere. Æschylus certe non alio novit significatu, quam vulgari. Vid. S. C. Theb. v. 289. Agam. 379. et 578. et Rom. v. 3. Itaque μέλειν πάρεστι δεσπότα significat, *id vero mihi curæ est domine*." *Abresch.*

1043. ἐπορθίαζε νῦν. Rectius, ut opinor, scriberetur ἐπορθίαζε νυν γόοις. *Incipe igitur, luctuosam vocem ede!* "Ut hic ἐπορθιάζειν, ita ὀρθιάζειν v. 684. et ἐξορθιάζειν Choëph. 169. et ὀπορθοβοᾶν Eurip. El, 142." *Abresch.*

1044. sq. μέλαινα—πλαγά. *Atra vero*, h. e. lugubris, *et gemitu mista adderetur plaga.* Hæc nimirum dicentes frontem percutiunt.

1046. κἀπιβόα τὸ Μύσιον. *Et Mysorum more* h. e. admodum flebiliter *vociferare.* cf. lex. Æschyl. v. Μύσιος.

1048. πέρθε—τρίχα. *Et barbæ mihi canos pilos perde*, i. e. *evelle.* μοι h. l. πλεονάζει.

1049. ἄπριγδα vox est pilos sibi præ dolore tenaciter et cum impetu vehementi evellentium. μάλα γοεδνά, scil. ταῦτά ἐστι, *supra modum hæc sunt lugubria.* Ridicule nonnulli in vocabulo γοεδνός *dotis* significationem quærunt; e. c. Heathius vertit: *dotem luctui optime convenientem.*

1054. καὶ ψάλλ' ἔθειραν. *Et velle comam.* Hesych. ψάλλειν, τίλλειν. idem: ψῆλαι, τίλλειν.

Χο. Ἄπριγδ' ἄπριγδα, μάλα γοεδνά.
Ξέρ. Διαίνου δ' ὄσσε.
Χο. Τέγγομαί τοι.
Ξέρ. Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
Χο. Οἶ οἶ οἶ οἶ.
Ξέρ. Αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.
Χο. Ἰὼ ἰὼ Περσὶς αἶα δυσβάϋκτος.
Ξέρ. Ἰωὰ δὴ κατ' ἄστυ.
Χο. Ἰωὰ δῆτα; ναὶ, ναί.
Ξέρ. Γοᾶσθ' ἁβροβάται.
Χο. Ἰὼ ἰὼ, Περσὶς αἶα δυσβάϋκτος.
Ξέρ. Ἦ ἢ ἢ ἢ, τρισκάλμοισιν,
Ἦ ἢ ἢ ἢ, βάρισιν ὀλόμενοι.

1056. διαίνου δ' ὄσσε] δίαιν' ὄσσε Rob. 1059. οἶ ter Ald. 1061. 1065. ἰὼ—δυσβάϋκτος] "Voces ἰὼ ἰὼ sunt extra versum, qui dimeter est trochaicus. Vulgo perquam absurde legitur δύσβακτος. Reg. A. utroque in loco habet δύσβακτος, quod et hic B. exhibet, cum varia lectione δυσβάϋκτος, at glossa δυσθρήνητος, altero in loco præstat δυσβάϋκτος cum var. lect. δύσβακτος. E corruptis lectionibus non difficile erat sinceram eruere δυσβάϋκτος, quo refertur unice glossa δυσθρήνητος. Extat vox illa supra v. 572." Hactenus Brunckius; recte ille quidem et sapienter. At edd. omnes item Guelf. habeat δύσβακτος. 1062. ἰωὰ] Sic Mosq. Regg. hoc et sequenti versiculo recte pro vulg. ἰώ. 1064. γοᾶσθ'] ἰὼ γοᾶσθ' Rob. Pro γοᾶσθ' ἁβροβάται Pauwio in mentem venit scribere γοᾶσθε πρεσβάται.

1066. et sq. ἢ] Ter tantum Ald. 1067. ὀλόμενοι] ὀλλομένοισι Rob. ὀλύμενοι sic Mosq.

1064. γοᾶσθ' ἁβροβάται. "Recte hic se habet ἁβροβάται, leniter ac pro dignitate incedentes, non præ nimia tristitia ἀκόσμως se gerentes. Ita Hesych. ἁβρυνόμενοι, σεμνυνόμενοι; et apud Suidam ex Herodoto ἁβρὸν, σεμνόν. Et hoc sensu usurpari videtur in fragmento e veteri quodam scriptore a Suida v. Ἁβρὰ βαίνων allato: Ἐκεῖνος ἰόντος ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει ἔχων τὰς ὀφρῦς ὑπερηρμένας ἄνω, licet aliter Suidas eumque secutus Kusterus interpretentur." *Heath.* Nobis in ἁβροβάται lentus gradus, tristitiæ conveniens designari videtur.

1066. sq. τρισκάλμοισιν—βάρισιν ὀλόμενοι. Grave est, quod etiam in extremis, quæ pronuntiat, verbis causam calamitatis nominat.

1068. πέμψω—γόοις. *Persequamur te infandis querelis, gravi luctus strepitu.* Atque ita demum Xerxem in regiam deducunt. Vide autem, quam sollerter Æschylus in isto senum Xerxisque colloquio omnia luctus indicia ac signa exhauserit, quam nihil omiserit, ad

Χο. Πέμψω σε δυσθρόοις γόοις.

1068. πέμψω σε] πέμψω τοῦτι sic Ald. πέμψω τοίτι Guelf. πέμψω sine σε Rob.

summam Xerxis miseriam declarandam. Clamor enim, fletus, suspiria, vociferationes, singultus, vestium scissiones, corporis afflictio, capilla barbæque vulsiones, planctus, incessus tristis ac lentus, genuum tremor ac solutio, hæc omnia inter se varie juncta tam expressum efficiunt simulacrum tristitiæ, ut majus perfectiusque nihil fingi aut excogitari possit.

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΠΕΡΣΩΝ.

AD PERSAS

EXCURSUS I.

DE TRAGŒDIÆ PERSARUM CONSILIO ET ADORNATIONE.

Argumentum Persarum simplex et unum est, e Salaminia Xerxis clade depromtum; idque poëta sic tractavit, ut singulæ fabulæ partes ad idem caput referrentur, nulla minus apte cum proposito cohæreret. Senum choricorum in principio dramatis de regis fortuna male timentium prologus ipsum quoque spectatorem attentum reddebat, in societatem quandam sollicitudinis eum vocans trahensque; isque animi sensus augebatur ominosis Atossæ somniis, quæ quam vera fuerint mox e nuntii narratione intelligitur. Is nempe res a Xerxe male gestas exponit; unde senes cum regina in summam animi tristitiam vertuntur. Quæ vero supersint calamitates, et qua ratione in posterum eas evitare liceat, ab umbra Darii docentur; cujus evocatio, ut tum erant hominum opiniones, et veri speciem haud mediocrem habebat [a], et magnam addebat spectaculo gravitatem. Xerxis denique reditus finem fabulæ facit idoneum, ad misericordiam excitandam aptissimum. Integra igitur est fabula, principio suo, medio, fine conclusa; nihil est quod addi velis, nihil quod melius abfuisse videatur.

Multo plus autem narratur in hoc dramate, quam agitur; si quidem ea tantum agi in scena proprie dicas, quæ quibus causis eveniant, et quomodo eveniant, suis ipsius oculis cernat spectator, non ex aliorum dictis intelligat. Una est actio, vere hoc nomine digna, umbræ Darii evocatio, quæ quidem quibus auctoribus, et quam ob causam et quomodo perficeretur, ipsi qui in theatro consederant videbant. Reliqua pars tragœdiæ vel in sensibus animorum exprimendis, vel in narratione rerum gestarum versatur. Prima enim scena suspensos inter spem et metum senum Cho-

[a] Itaque ejus exemplo ad illustrandam Samuelis ab inferis evocati historiam usus est nuper Cel. *Herderus* in elegantissimo libro, quem de ingenio poëseos Ebræorum scribere instituit. (v. Geist der Ebräischen Poësie. 2 Th. p. 200.)

ricorum animos ostendit; secunda visi nocturni reginæ oblati narrationem habet, addito de rebus Atheniensium colloquio, in quo nulla est vis ad agendum aliquid, nulla colloquentium mobilitas; nulla rerum gerendarum perplexio. Nullum hic personarum animis vel vetus consilium eripitur vel novum inseritur. Sequitur scena, quæ nuntium advenientem sistit, in qua profecto omnia narratione conficiuntur; e qua magna quidem audientium perturbatio, summusque luctus ac tristitia exsistit; nihil tamen uspiam est actuosum, nihil quo aut novas res moliri aliquem, aut inchoatas perficere videas. Idem de reliquis Chori canticis, ac de extrema scena, quæ ejus cum Xerxe colloquium habet, existimandum.

Quamquam vero, si agendi vim ac celeritatem spectes, quietum potius hujus fabulæ et otiosum, quam agile vividumque ingenium est, magnum ei tamen e concitato narrationum genere lumen accedit. Somnii enim Atossæ narratio aperta, dilucida, verisimilis; illa vero, quam nuntio poëta tribuit, prælii Salaminii descriptio in magna dignitate summam quoque evidentiam habet, res ut omnis ostendi potius oculis, quam auribus narrari videatur.

A morum notatione exigua est hujus tragœdiæ laus; unius enim fere Darii mores diligentius vel narrando expressi, vel ab ipso loquente proditi et patefacti. Contra multis iisdemque egregiis morum præceptis ac sententiis abundat. Incertas enim hominum spes, et fortunæ nimium fallaces blanditias (v. 91. sqq.), periculosam magnarum opum ac divitiarum conditionem (v. 161. sqq.), animi humani nimiam in sperando timendoque temeritatem v. 597.), insolentis hominum superbiæ pœnas (v. 817. sqq.) apto et gravi sermone declarari videas. In sensibus autem et affectibus cum alibi, tum in hac quoque tragœdia regnat Æschylus. Chorus enim, et Atossa, et nuntius, denique Xerxes, per vices metum, consternationem, luctum, dolorem, pudorem, desperationem, ita perspicue produnt, ut non fictum poëtæ sermonem, sed verissimas naturæ voces audire tibi videare. Nulla umquam flebilior elegia condita est, quam alterna illa Xerxis et Chori querela! Quam sinceram animi pietatem, quam fervidos desiderii igniculos illa senum cantica spirant, quibus tum evocant animam Darii, tum abeuntem persequuntur!

Nullum autem aliud fabulæ argumentum deligere poterat, quod magis Atheniensium animos alliceret, quam Persarum ab iis nuper devictorum historiam; in quo sic versatus est, ut, ubicunque commode fieri posset, se auribus populi daret, ejusque laudis avaritiæ satisfaceret.

Omnino autem sic misericordiam theatri movit, ut animos utrimque a mollitie et immanitate abduceret; sic metum, ut eos a nimia audacia non magis, quam ab ignavia imbelliaque derivaret; διὰ ἐλέου καὶ φόβου, ut ait Aristoteles, *ποιῶν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν*.

EXCURSUS II.

DE SERIE REGUM PERSARUM ÆSCHYLEA

AD VERS. 762. SQQ.

Stanleio Æschylus multum a reliquis historicis in recensenda Persiæ regum serie discedere videtur. Verum si rem attentius disquiramus, nulla fere inter Herodotum et Æschylum discrepantia invenietur, certe non ejusmodi quam conciliare difficile sit. Primum Persarum regem Æschylus *Medum* dicit. Eumdem nominat Suidas: Μῆδος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. Est autem ille *Darius Medus*, alias Astyages dictus. Quod ipse Stanleius Cedreni auctoritate confirmavit, qui (pag. 142.) Μῆδος Δαρεῖος, inquit, καὶ Ἀστυάγης ἐλέγετο, πάππος δὲ ἦν Κύρου. Astyagis hujus s. Darii Medi filius, quem Æschylus non nominat, est Cyaxares. Ejus filius Cyrus tertius ab Æschylo numeratur. Quartus, quem non nominat, ejus filius est Cambyses. Quintus Smerdis. Jam inter hunc et Darium in Æschyleo verborum contextu sextus Maraphis, septimus Artaphrenes recensentur. Stanleius hoc ita explicat, post necatum a septem conjuratis Smerdin Magum non statim Darium regnum excepisse, sed e ceteris conjuratis nonnullos ante eum regnasse, quibus ille e medio sublatis demum imperio potitus sit. Atque in eandem fere sententiam ivit Waltherus, in singulari libello, quo hunc locum illustravit; existimans Æschylum ex antiquioribus Persicæ historiæ fontibus hausisse [a]. Ego vero haud scio, an totus hic versiculus:

Ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομός τ' Ἀρταφρένης,

a glossatoris potius, quam ab Æschyli manu profectus sit. Cum nimirum septem principes Persarum ad Smerdin tollendum conjurasse notum esset [b], scholiastes forte quidam ad explicanda Æs-

[a] Waltheri commentatio de antiquissimis Asiæ monarchis ad locum Æschyli v. 762. sqq.

[b] Eorum nomina apud Ctesiam hæc sunt: Onophas, Idernes, Norodobates, Mardonius, Barises, Artaphernes, Darius apud Herodotum vero Otanes, Hydarnes, Megabyzus, Gobrias, Aspathines, Intaphernes, Darius.

chyli verba οἷς τόδ' ἦν χρέος, adjecerat septem conjuratorum nomina tribus senariis inclusa, e quibus tertius eo facilius in textum irrepere potuit, quod numerus ἕκτος ordini regum ab Æschylo enumeratorum responderet. Certe si abesset hic versiculus, nihil ad sensus orationisve absolutionem desideraretur. Præterea me offendunt duo nomina regum nude sic deinceps posita. Melius quoque illo versu deleto verba ἐγὼ πάλου τ' ἔκυρσα cum antecedentibus cohærerent, et Herodoti narrationi optime convenirent. Sed nolumus huic conjecturæ diutius immorari.

VARIETAS LECTIONIS

IN

EDITIONE PORSONIANA:

IN PROMETHEO VINCTO,

SEPTEM ADVERSUS THEBAS,

ET

PERSIS.

VARIETAS LECTIONIS

IN

EDITIONE PORSONIANA,

QUÆ SINE EDITORIS NOMINE PRODIIT GLASGUÆ 1795. FOL.

IN PROMETHEO VINCTO.

ver.
9. σφι] Porsonus σφί.
16. τῶνδ' ἐμοὶ] τῶνδε μοι.
21. οὔ τί του] οὔτι του.
34. φθέγξῃ] φθέγξει.
36. κατοικτίζῃ] κατοικτίζει.
39. συγγενὴς] ξυγγενής.
51. κ' οὐδὲν] κοὐδέν.
52. ἐπείξῃ] ἐπείξει.
53. ἐλινύοντα] ἐλιννύοντα.
57. κ' οὐ] κού.
59. κᾀξ] κάξ.
60. ἤδε] ἡ δέ.
66. ὕπερ στένω] ὑπερστένω.
73. κᾀπιθωΰξω] κἀπιθωΰξω.
87. ἐκκυλισθήσῃ] ἐκκυλισθήσει.
93. αἰκίαισι] αἰκίαισιν.
107. οἷόντ' ἐμοὶ] οἷόν τε μοι.
111. πέφηνε] πέφηνε.
112. ἀμπλακημάτων] ἀπλακημάτων.
114, 115. Porsonus ita constituit:
Ἆ, ἆ, ἔα, ἔα.
Τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;
117. τις omittit P.
132. δ' ἐμ'] δέ μ'.
134. ἐκ δ' ἔπληξε] μύχον, ἐκ δ' ἔπληξε.
147. πέτρᾳ] πέτραις.

ver.
150. δὲ] δὲ δή.
196. βλάπτῃ] βλάπτει.
201. ἕδρης] ἕδρας.
213. ὑπερέξοντας] ὑπερσχόντας.
242. κᾀκ] κάκ.
274. ἐμοὶ] μοι.
309. γίνωσκε] γίγνωσκε.
347. καὶ] χ' αἱ bene.
350. ὤμοις] ὤμοιν.
386. τᾀμπλάκημ'] ταπλάκημ'.
395. ὁ omittit.
408. κᾀρχαιοπρ.] τ' ἀρχαιοπρ.
416. μάχαις] μάχας.
418. πόρον] τόπον.
430. ὑποστενάζει] ὑποβαστάζει.
438. προσηλούμενον] προυσελούμενον.
442. πταίσματα] πήματα.
457. ἔς τε] ἔστε.
463. ζεύγλῃσι] ζεύγλαισι.
ib. σάγμασιν] σώμασιν, male cum sequentibus verbis copulatum.
465. ὑφ' ἅρματά τ'] ὑφ' ἅρματ'.
472. ἀεικὴς] αἰκής.
473. πλάνῃ] πλανᾷ.
476. θαυμάσῃ] θαυμάσει.
477. πόρους] δόλους.
481. σφίσι] σφίσιν.

ver.
517. ἄρ' ὁ Ζεὺς] ἄρα Ζεύς.
ib. ἀσθενέστερος;] puncti signo finit.
521. ξυναμπέχεις;] puncto distinguitur.
529. ἐλινύσαιμι] ἐλιννύσαιμι.
540. διερκομένα] διερκομένη.
541. Post hunc versum defectus versiculi septimi antistrophici asteriscis notatur. Recte.
543. γνώμᾳ] γνώμῃ.
545, 546. ita constituti :
Φέρ' ὅπως ἄχαρις
Χάρις, ὦ φίλος εἰπέ, ποῦ τις ἀλκά.
548. ὀλιγοδρανίαν] ὀλιγοδρανίην.
550, 551. in unum contracti :
'Αλαὸν * * * γένος ἐμπεποδισμένον·
554. sq. hoc modo ordinati :
"Εμαθον τάδε, σὰς
Προσιδοῦσ' ὀλοὰς τύχας, Προμηθεῦ.
556. δ' ἐμοὶ] δέ μοι.
557. ὅτ'] ὅ, τ'.
559, 560. in unum contracti.
563. γᾶ] γῆ.
564. πετρίνοισι] πετρίνοισιν.
565. ἀμπλακίας] ἀμπλακίης.
566. ἑλίκῃ] ἑλίκει.
567. γᾶς] γῆς.
575. κυναγέτει] κυνηγέτει.
575. sqq. ita constituti :
Κυνηγέτει—παραλίαν
Ψάμμον—δόναξ
'Αχέτας—ποῖ
Πᾶ—πλάνου.
582. παῖσδ'] εἴποτε παῖσδ'. et versus clauditur in εὑρών.
584. sqq. ita divisi :
Οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
Παράκοπον ὧδε τείρεις;
Πυρὶ—κάλυψον, ἢ
Ποντίοις δάκεσι—μηδέ μοι
Φθονήσῃς εὐγμάτων ἄναξ.
591. τᾶς—κλύεις;] Κλύεις πρόσφθεγμα τᾶς βουκέρω παρθένου cum tamen *Iambi* superscripserit.
600. ἐτήτυμα] ἔτυμα.
604. νήσοισιν] ad hunc versum retrahitur αἰκίαις.
606. μῆδεσι] μήδεσιν.
607, 608. in unum contracti.

ver.
609. ἀλλ' ἐμοὶ] ἀλλά μοι.
611. τί με χρὴ] τίς μὴ χρή.
614. ὅ, τι] ὅτιρ.
620. ἀρμοῖ] ἁρμοῖ.
622. αἰτῇ] αἰτεῖ.
625. ἀμπλακημάτων] ἀπλακημάτων.
634. ἢ ὡς] ὡς.
635. προθυμῇ] προθυμεῖ.
636. κἀμοὶ] κἀμοί.
642. κἀποκλαῦσαι] τἀποκλαῦσαι.
653. παρθενεύῃ] παρθενεύει.
663. Δωδώνης] Δωδώνην.
665. δαίμοσι] δαίμοσιν.
668. ἦλθε βάξις] βάξις ἦλθεν.
682. ἄκραν] ἄκρην.
692. ἔπεχε] ἄπεχε.
693, 694. ὅπου' ἄπου' ηὐχόμην ξ. μ. λ.] in unum contracti et scripti
οὔποτ' οὔποτ' ηὔχουν ξ. μ. λ.
695. sqq. ita ordinati :
'Ες ἀκοὰν ἐμὰν, οὐδ' ὧδε δυσθέατα,
Καὶ δύσοιστα πήματα, λύματα,
δείματ' ἀμφήκει
Κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν.
715. ἀφίξῃ] ἀφίξει.
730. ἕξῃ] ἕξει.
732. Σαλμυδησία] Σαλμυδησσία.
744. ἐπέῤῥιψε] ἐπέῤῥιψεν.
748. ἒ ἒ] ἒ quater repetitum.
749. κἀναμυχθίζῃ] κἀναμυχθίζει.
772. θεμιτὸν] ῥητόν.
776. λυθῶ] λυθεὶς - - - -
831. ἐκμιμόχθηκε] ἐκμιμόχθηκεν.
844. χειμάζῃ] χειμάζει.
856. θιγημάτων] γεννημάτων.
865. σώμαθ' ὧν] σωμάτων.
866. διδέξεται] δὲ δέξεται.
872. sq. ἀπαμβλυνθήσεται· Γνώμαιν] ἀπαμβλυνθήσεται Γνώμην·
881. χρόνου] λόγου.
883. ἐλελελελελεῦ] ἐλελεῦ, ἐλελεῦ.
894. sqq. ita constituti :
"Ος πρῶτος ἐν γνώμᾳ
Τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν.
900. γάμων prorsus e textu ejectum.
902. sq. sic divisi :
Μοῖραι ξ * * * *
Λεχέων Διὸς εὐνάτειραν ἴδοισθε πέλουσαν·

ver.

Μήτι πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ.

908. γόνων e textu ejectum.

909. sqq. hoc modo collocati:

Ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος
Ἄφοβος, οὐ δέδια· μηδὲ κρεισσόνων
Θεῶν ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προσδέρκοιτό με.

915. αὐθάδης φρενῶν] αὐθάδη φρονῶν.

925. πυρπνοῦν] πυρπνόον.

955. πατήρ σ' ἄνωγεν] πατὴρ ἄνωγέ σ'.

958. αὖθ' ἵκαστ'] αὐθίκαστ'.

ver.

ib. μηδ' ἐμοὶ] μηδέ μοι.

1003. τῶνδ' ἔμ'] τῶνδε μ'. Sed hic ἐμὲ præstat.

1016. τέγγῃ] τέγγει.

ib. μαλθάσσῃ] μαλθάσσει.

1015, 1016. λιταῖς Ἑρμαῖς] Κέαρ Λιταῖς.

1018. βιάζῃ—μάχῃ] βιάζει—μάχει.

1019. σφοδρύνῃ] σφοδρύνει.

1030. λάβρος] λαβρῶς.

1065. εἰ δὲ τάδ' ἀτυχεῖ] εἰ δ' εὐτυχῇ.

1079. ἅτ' ἐγὼ] ἃ 'γώ.

IN SEPTEM ADVERSUS THEBAS.

ver.

12. ὤραν, sic enim in edit. nostra excudi debebat] ὥραν.

28. Ἀχαιΐδα] Ἀχαΐδα.

34. εὐθαρσεῖτε] εὖ θαρσεῖτε.

61. πλευμόνων] πνευμόνων.

62. νηὸς] ναός.

68. ἴσῃ] ἴσει.

84. ὡσὶ χρίμπτεται] ἐγχρίμπτεται.

115. δοχμολοφᾶν] δοχμολόφων.

156. ἄμμιν] ἄμμι.

174. πανδίκως] πανδίκους.

215. νιφομένας] νιφομένης.

227. μήτηρ, γυνή, σωτῆρος·] μήτηρ, γυνὴ σώτηρος·

228. δ' ἔτ'] δέ τ'.

229. κακοῖσι] κακοῖσιν.

ibid. τὰν ἀμήχανον] τὸν ἀμήχανον.

230. ἐκ χαλεπᾶς] καὶ χαλεπᾶς.

250. οὔκουν—πέρι;] οὐκοῦν—πέρι.

251. ἀραγμὸς] ἀραγμὸς δ'.

254. ἀνασχήσῃ] ἀνασχήσει.

255. καί με καὶ πᾶσαν πόλιν] κἀμὲ καὶ σὲ καὶ πόλιν.

280. δουρίπληχθ'] δουρύπληχθ'.

303. διογενεῖς] διογενεῖς ὦ.

310. πομάτων] πωμάτων.

313. ἰῶ] ὦ.

323. τήνδ' ὠγυγίαν] ὧδ' ὠγυγίαν.

340. εὖτ' ἂν] εὖτε.

419. νυν] νῦν.

ver.

433. θάλπεσι] θάλπεσιν.

436. γράμματι] γράμμασιν.

440. ἀνδράσι] ἀνδράσιν.

447. ἐξηκασμένον] ἐξεικασμένον.

483. τάδε] τῷδε.

494. ὤπασε] ὤπασεν.

500. θυνὰς] Θύας.

502. φόβον] φόβος.

511. ἀνὴρ] ἁ 'νήρ.

518. ἠσσημένων] ἡσσωμένων.

529. Βοῤῥείαις] Βοῤῥαίαις.

562. ἔξωθεν] ἤ 'ξωθεν, fortasse errore typogr. pro ἢ 'ξωθεν.

594. ἄριστος] δίκαιος.

603. uncis inclusus.

609. ἐνδίκως] ἐχδίκως.

650. ἔξει, πατρῴων] ἔξει πατρῴαν.

654. μέμψῃ] μέμψει.

669. προσεῖδε] προσεῖπε.

687. τί μέμονας] καὶ μέμονας. Versiculi strophici sic digeruntur:

Καὶ—θυμοπλη-
θὴς —κακοῦ δ'
Ἔκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν.

694. Antistrophici sic divisi:

Ὠμοδακής σ' ἄγαν ἵμερος ἐξοτρύ-
νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν
Αἵματος οὐ θεμιστοῦ.

ver.
697. ἐχθρὰ] αἰσχρά.
700. κεκλήσῃ] κεκλήσει.
701. δ' οὐκ] οὐκ.
702. οὔτ' ἂν ἐκ χερῶν] ἐκ χερῶν ὅταν.
712. φασμάτων ἐνυπνίων] ἐνυπνίων φαντασμάτων.
741. sqq. ita constituti :
Τίς ἄν σφι λούσειεν; ὢ
Πόνοι δόμων νέοι παλαιοῖσι συμμιγεῖς κακοῖς.
750. sq. ita digesti :
Χρηστηρίοις, θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν.
752. κρατηθεὶς δ' ἐκ] κρατηθεὶς ἐκ.
784. ita constituti :
Δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν
Πατροφόνῳ χερὶ τῶν
Κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη.
791. διαχειρίᾳ ποτὲ λαχεῖν] δία χερί ποτε λαχεῖν.
806. uncis inclusus, ut spurius.
807. αὐτοκτόνων] αὐτοκτόνων . . . . addito aposiopeseos signo.
830. πολιμάρχας] πολιμάρχους.
838. θυιὰς] Θυάς.
839. δυσμόρως] δυσμόρους.
860. sq. ita scripti :
Τὰν ἄστονον μελάγκροκον
Ναύστολον θεωρίδα.
874. κλαίω] κλάω.
881. λύμᾳ] λύμη.
920. οὐ φιλογαθὴς] additur ἐτύμως.
922. κλαιομένας] κλαομένας.

ver.
924, 925. ita divisi :
Πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν ὡς ἐρξάτην.
930. πρὸ πασῶν] προπασῶν, et ὁπόσαι ad hunc versum referuntur.
935. δὴ] δῆτα.
945. σίδαρος] additur πικρὸς e seq. versu.
949. λαχόντες] e seq. versu adjungitur ὦ μέλεοι.
962. ἔληξ' ὁ δαίμων] ἔληξε δαίμων.
976. πέλας—ἀδελφεαί.] πέλας αἵδ' ἀδελφεαὶ ἀδελφεῶν.
978, 979. ita scribuntur :
Πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ
Μέλαιν', Ἐριννὺς ἦ μεγασθενής τις εἶ.
et sic quoque v. 990. sq.
982. κατέκτανε] κατέκτανεν.
986. τάλαινα παθὸν] τάλαινα καὶ παθεν.
998. δώμασι præcedenti versiculo junctum.
1000. δυσπότμων] δυστόνων.
1002. πουλυπονώτατοι] πολυπονώτατοι.
1011. τυγῶν] εἴργων.
1035. κακῶν] κακῷ.
1043. θάρσει] abest comma, ut θάρσει cum sequentibus constructum sit dativus voc. θάρσος.
1049. οὐκ ἠτετίμηται] οὐ διατετίμηται.
1062. ἐπὶ τύμβον] ἐπὶ τύμβῳ.
1068. τίς ἂν οὖν] τίς ἄν.
1070. κλαίοντας] κλάοντας.

IN PERSIS.

ver.
13. οἴχωκεν] ᾤχωκε.
16. Ἀγβατάνων] Ἐκβατάνων.
28. εὐτλήμονι] ἐν τλήμονι.
29. Ἀρτεμβάρης] Ἀρτημβάρης.
35. Αἰγυπτιογενὴς] Αἰγυπτογενής.
37. ὠγυγίους] ὠγυγίας.
46. ἅρμασι πολλοῖς] πολλοῖς ἅρμασιν.

ver.
58. ὑπὸ πομπαῖς] ὑποπόμπαις.
65. πεπέρακε] πεπέρακεν.
66. ἀντίπορον] duæ postremæ syllabæ ad sequentem versiculum relatæ.
68. in duo versiculos divisus :
Λινοδέσμῳ σχεδίᾳ

ver.

Πορθμὸν ἀμείψας.

69. Ἕλλας] Ἕλλης.

73. ποιμανόριον] tres postremæ syllabæ sequenti versiculo præfixæ.

75. in duo versiculos divisus :
Διχόθεν, πεζονόμοις
Ἔκ τε θαλάσσης.

94. εὐπετίος] εὐπετοῦς.

104, 105. ita constituti :
Διέπειν, ἱππιοχάρμας τε κλόνους,
Πόλεων τ' ἀναστάσεις.

110, 111. sic :
Πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασι λαοπόροις τε μηχαναῖς.

150. ἐμὴ, τὴν προσπιτνῶ] ἐμὴ, προσπιτνῶ.

161. ἀνατρέψῃ] ἀντρέψῃ.

169. τοῦδ' ἐμοὶ] τοῦ δέ μοι.

230. δυσμὰς] δυσμαῖς.

237. διὰ χερῶν] διὰ χερός γ'.

244. εἴσῃ] εἴσει.

ibid. νημερτῆ] ναμερτῆ.

253. Πέρσαις] Πέρσαι.

259. καὐτὸς] αὐτός.

260. μακροβίοτος] additur e seq. vers. ὅδε.

277. ναΐησιν] ναΐοισιν.

279. sqq. ita ordinati :
Δυσαιανῆ Πέρσαις δαΐοις,
Ὡς πάντα παγκάκως ἔθεσαν,
Αἶ Αἶ, στρατοῦ φθαρέντος.

284. στυγναί γ' Ἀθᾶναι] στυγναὶ δ' Ἀθᾶναι.

285, sqq. hoc modo divisi :
Μεμνῆσθαί τοι πάρα ὡς πολλὰς Περσίδων μάταν ἔκτισαν
Εὔνιδας ἠδ' ἀνάνδρους.

306. κ' Ἀργήστης] κἀργήστης.

311. ἐκ μιᾶς πέσον] ἔπεσον ἐκ μιᾶς.

315. πορφυρέᾳ] πορφυρῷ.

316. Ἄραθος] Ἄραβος.

320. Σησάμης] Σεισάμης.

325. ἔπαρχος] ἄπαρχος.

334. ναΐησιν] ναΐοισιν.

336. ναυσὶ] ναυσίν.

342. δοκῶμεν—μάχῃ.] δοκοῦμεν—μάχῃ; interrogative.

370. τοιαῦτ'] τοσαῦτ'.

381. νεῶν] ναῶν.

414. παίοντ'] παισθέντ'.

416. δὴ] δέ.

ver.

450. κτείνοιεν] κτείνειαν.

456. Ἐκυκλοῦντο] Ἐκυκλοῦντο.

461. κρεωκοποῦσι] κρεοκοποῦσι.

477. ποῦ τάσδε γ' ἔλιπες] ποῦ τάσδ' ἔλειπες.

490. ἔς τε] ἠδέ.

504. 'πίπτον] ἔπιπτον.

533. Ἀγβατάνων] Ἐκβατάνων.

536. διὰ μυδαλέοις] διαμυδαλέοις.

546. νῦν γὰρ] νῦν δή.

548. γὰρ] μέν.

556. τε γὰρ θαλασσίους θ'] τε καὶ θαλασσίους.

568. sq. non integri versus, sed pedis tantum defectus notatur sic :
Ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας· ἐὰ
* * * στένε καὶ δακνάζου.

574. γναπτόμενοι] γναμπτόμενοι.

579. Δάκρυσιν ἔῤῥανται] hic versus prorsus ejectus.

581. 'δυρόμενοι] Δυρόμενοι.

587. προσπίτνοντες] προπίτνοντες.

597. ἔμπορος] ἔμπειρος.

606. ἄνευ τ'] ἄνευ θ'.

608. πατρὶ παιδὸς εὐμενεῖς] παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς.

629. ψυχὴν] ψυχάν.

648, 649. ita constituti :
Ἀϊδωνεὺς δ' ἀναπομπὸς ἀνείης
Ἀϊδωνεύς.

650. Ἄκακον—Δαρεῖον] Δαρεῖον, οἷον ἄνακτα Δάρειον.

651. πώποτ'] πότ'.

653. sq. ita divisi :
Θεόμηστωρ δ' ἐπεκλήσκετο Πέρσαις
Θεόμηστωρ δ'.

656, 657. ita divisi :
Βαλὴν ἀρχαῖος βαλὴν
Ἴθι, ἵκου.
Ἔλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου.

662. et 669. Δαρεῖ' ἄνει] Δαρειὰν οἷ.

663. sqq. ita collocati :
Ὅπως καινά τε κλύῃς
Νέα τ' ἄχη.

672. δυνάστα δυνάστα] δυνάτα δυνάτα.

674. διάνοιεν] διάγοιεν.

675. πάσα γᾶ σᾶ τᾶδε.

681. τάφου πέλας] πέλας τάφου.

707. ὅς θ', ἴως] ὡς ἴως.

ver.
717. στρατευμάτων] στρατηλάτων.
732. τελευτᾷς] τελευτᾷν.
738. ἐκτελευτῆσαι] ἐκτελευτήσειν.
742. ἱρὸν] ἱερόν.
748. πόνος] πόρος.
764. οἰακοστρόφουν] ᾠακοστρόφουν.
770. ηὔθυνε] ἴθυνε.
775. uncis inclusus.
776. κἀγὼ—ἤθελον] κἀγὼ γ' ἔκυρσα τοὔπερ ἤθελον πάλου.
792. αἴρομεν] ἄρωμεν.
814. πρὸς γῆν] πρὸς γῇ.
825. ἔπεισιν] ἔπεστιν.
838. Ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν] Ψυχὴν διδόντες ἡδονῇ.
859. ἀπόνους ἀπαθεῖς ἡμᾶς εὖ-] ἀπόνους ἀπαθεῖς εὖ * * *
870. πύργον] πύργοι.
873. αὐχόμεναι] εὐχόμεναι.
886. μεσακτίους] μεσάγκτους.
894. sqq. ita divisi:
Καὶ τὰς εὐκτεάνους
Κατὰ κλῆρον Ἰώνων πολυάνδρους
Ἑλλάνων ἐκράτυ-
νε σφετέραις φρεσίν·
Ἀκάματον δὲ παρῆν.
904. πλαγαῖς τε ποντίαισιν] πλαγαῖσι ποντίαισιν.
920. Ἀγβατάνων] ἀγδαβάται.
924. αἶ αἶ bis tantum.
925. sqq. in tres divisi:
Ἀσία δὲ χθὼν βασιλεῦ
Γαίας αἰνῶς αἰνῶς
Ἐπὶ γ. κέκλιται.
926. γόνυ] γοῦνυ.

ver.
929. ἐγενόμαν] ἐγενόμην.
934. sq. sic in unum contracti:
Πέμψω πολύδακρυν ἰαχάν.
939. μετάτριπτος] μετάτροπος.
951. ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος] ποῦ δὲ φίλων ἄλλος ὄχλος.
961. ἀκτὰς] ἀκτᾶς.
966. Μασίστρας] Μασίστρης.
968. ἐπανηρόμαν] ἐπανέρομαι.
970. ὠγυγίους] ὠγυγίας.
976. σὸν] τὸν σόν.
ibid. ὄντ'] πάντ'.
979. Σησάμα] Σησάμου.
981. ὢ ὤ] ὤ.
989. μυριοντάρχαν] μυριόνταρχον.
995. ἔταφεν, ἔταφεν] ἔταφον, ἔταφον.
996. ὄπισθε] ὄπισθεν.
997. ἀκρόται] ἀγρόται.
1007. δὴ τὸ γένος] δὴ γένος τό.
1008. πῶς δ' οὔ; στρατὸν] πῶς δ' οὐ στρατόν.
1010. τί δ' οὖν; ὄλωλεν] τί δ'; οὐκ ὄλωλεν.
1014. in duo divisus:
Ὁρῶ ὁρῶ
Τάνδε τ' οἰστοδέγμονα.
1015. σεσωσμένον Chori tribuitur, verbis τί τόδε λέγεις annexum.
1024. ἀπέῤῥηξ'] ἐπέῤῥηξ'.
1031. φίλων τ' ἄταισι] φίλων ἄταισι.
1044. sqq. ita divisi:
Ὀτοτοτοτοῖ.
Μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται
Καὶ στονόεσσα πλαγά.



EXCUDEBAT N. BLISS, LONDINI.

fin.



